UTRIVSQVE
TESTA






TESTA









TRIVSQVE

TESTA





INDEX
VTRIVSQVE TESTAMENTI,

ad quaſcunq; ſeu res ſeu ſententias, continuo inueniẽdas, quàm commodiſſimus, nunc rurſum typis excuſus, ac aliorum quorundam non pœnitenda acceſſione locupletatus.

II. 385. c.

Iſaiæ. LVII.

In ſenſum reprobum tradit nos Dominus ob iniquitatem noſtram.

Anno M. D. XXXV.

pro Commun. Theologor.
IV. 7, 26
Inscrip. Cathal. Soctis Jesu Posna


VTRIVSQVE
TESTA

Jeremie 2 quod os phoph: 4 7: 8:
Isaie: 8 de Consperatione



BIBLJOTEKA
VNIWERSYTECKA
W POZNANIU

Dar Kuratorj. Okr. Szk. Pozn.
Z księgozb. Gimn. im. M. Magd.
w Poznaniu. 1930.

den er von tungenden sendet
vñ von gnaden scheidet

an sin gebet sich machte
Dicz wolde er nit im triben

INDEX

VTRIVSQVE TESTAMENTI,

ad quaſcunq; ſeu res ſeu ſententias, continuo inueniẽdas, quàm commodiſſimus, nunc rurſùm typis excuſus, ac aliorum quorundam non pœnitenda acceſſione locupletatus.

II. 385. c.

Iſaiæ. LVII.

In ſenſum reprobum tradit nos Dominus ob iniquitatem noſtram.

Anno M. D. XXXV.

pro Commun. Theologor.
IV. 7, 26
Inscrip. Cathal. Soctis Jesu Posna

TYPOGRAPHVS CANDIDO Lectori. S.

NON possumus candide Lector, quin subinde aliquid publicæ vtilitati in lucem demus. Damus itaq; nunc elegantem hunc cum rerum tum sententiarum vtriusque testamenti Indicem, nostris typis hac enchiridij forma iam rursus excusum.

Sunt, fatemur, concordantiæ illæ maiores quas vocant, sacrarum literarum studiosis, præsertim cõcionatoribus, haud incommodæ: at gestari, at circumferri, at in manibus difficile haberi possunt. Contra autem, hoc nostrum enchiridion suæ paruitatis commoditate & manibus tractari, & sinu foueri, & quouis locorum facile portari queat. Necq; vero res ipsas & sententias tantum simpliciter indicat, sed & communes quoq; diuinæ scripturæ locos subinde vt breuiter ita & haud inutiliter perstringit. Quin & commentarij interim officium facit, dum scripturarum quas indicat, simul fere & sensum genuinum obiter declarat, breuibusq; verbis lectori tanquam ob oculos ponit, qui alias vel ex veterum vel recentiorũ interpretum voluminibus, vt prolixoribus, ita maiori & temporis, & laboris impendio inquirendus erat. Atqui harum insignium adeo commoditatum neutram habent Concordantiæ maiores. Quibus hic vltro tibi oblatis, candide lector, fac ad votum tuum fruaris, ac bene feliciterq; vale.

S.D. 2861.I

1334168 (N)
N.522.4426

BIBLIOT. UNIWERSYT. W POZNANIU

ORDO LIBRORVM VETERIS Testamenti.

Genesis.
Exodus.
Leuiticus:
Numeri.
Deuteronomium.

Iosue.
Liber Iudicum.
Ruth.
Regum. I.
Regum. II.
Regum. III.
Regum. IIII.
Paralipomenon. I.
Paralipomenon. II.
Esdræ. I.
Esdræ. II:
Tobias.
Iudith.
Esther.
Iob.

Liber Psalmorum.

Prouerbia Salomonis.
Ecclesiastes.
Canticum canticorum.
Liber Sapientiæ
Ecclesiasticus.

Isaiæ prophetia.
Ieremiæ.
Baruch.
Ezechielis.
Danielis.
Osee.
Ioelis.
Amos.
Abdiæ.
Ionæ.
Michææ.
Nahum.
Habacuc.
Sophoniæ.
Aggæi.
Zachariæ.
Malachiæ.

Machabæorum. I.
Machabæorum. II.

Hos veteris testamenti libros Christus Iesus in Legem, Prophetas, & Psalmos, simplicissime partitus est. Matthæ. septi. vndec. & vigesi. secund. & Lucæ. vltimo. Hæc sunt (inquit) verba quæ loquutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, q̃m necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi, & Prophetis, & Psalmis de me. Quam

VD16 ZV 1552 [Köln: M. Neuss]

distinctionem secuti sunt Apostoli, patresq; nostri Latini. Nec ab hac aliena est Hebræorū distinctio תורה vocantium Legem, נביאים Prophetas, נתובים Agiographa, inter quæ & Psalmi Dauid numerantur, author est Hieronymus in Prologo galeato.

ORDO LIBRORVM NOVI Testamenti.

Euangelium secundum Matthæum.
Euangelium secundum Marcum.
Euangelium secundum Lucam.
Euangelium secundum Iohannem.
Acta Apostolorum.

Pauli Epistola ad Romanos.
Ad Corinthios. II.
Ad Galatas.
Ad Ephesios.
Ad Philippenses.
Ad Colossenses.
Ad Thessalonicenses. II.
Ad Timotheum. II.
Ad Titum.
Ad Philemonem.
Ad Hebræos.

Iacobi Epistola.

Petri Epistolæ. II.

Iohannis Epistolæ. III.

Iudæ Epistola.

Apocalypsis.

INDEX
RERVM ET SENTENTIARVM
Veteris & Noui Testamenti.

A & Ω.

& ω Deus. Apoc.1 b.22 c.

A Aaron.

AARON vxor, & eius filij. Exod 6 b.c.
Aaron filij. Nume. 3 a.1.Para.6 a.
Aarõis filij Nadab & Abiu occiduntur, quod ignẽ alienum offerrent. Leui.10 a.
Aarõ eloquẽs refert Pharaoni verba Mosi. Ex.4 d
Aaron iussu dei, it obuiam Mosi proficiscenti in Aegyptum. Exod.4 g.
Aaron & Hur ad radices montis, expectant Mosen cum deo loquentem. Exod.24 d.
Aaronis & filiorum eius ornatus. Exod.28.39 a.
Aaron iussus ab Israelitis conflat vitulum aureum quem ipsi adorant. Exod.32 a.
Aaronem obiurgat Moses ob vitulum conflatilem. Exod.32 e.
Aaronis & filiorum eius oblatio in die vnctionis suæ. Leui.6 c
Aaronis & filiorum eius consecratio. Leuit.8 a.
Aaronis oblatio pro se & populo. Leuit.9 a.
Aaron benedicit populo post oblationem. Leu.9 d.
Aaron & Maria murmurant contra Mosen, quos increpat deus. Nume.12 a.b
Aaronis erant oblationes & primitiæ siue decimæ a filijs Israel deo oblatæ. Nume.18 b.
Aaronis hæreditas deus. Numer.18 c.
Aaronis virgam germinare faciens deus, ostendit eo signo se eligere ipsum Aaronem in sacerdo-

tem & ministrum: ne amplius murmuraret populus in eum tanquã non constitutum ad deo. nũe. 17.
Aaron non ingressurus terram promissionis ob infidelitatem. nume. 20 b.
Aaron moritur iussu Dei in Mossera. nume. 20 d. deutero. 10 b.
Ex Aaronis domo non futuros amplius sacerdotes prædicit deus ipsi Heli ob filiorum ipsius peccatum. 1. regum. 2 f.
Aaronis filiorum habitacula. 1. paralip. 6 d.
Aaronis laus. eccl. 45 b.

¶ Abarim mons.

In Abarim monte deus præcepit Mosen mori conspecta terra promissionis. deut. 32 g.

¶ Abdemelech eunuchus.

Abdemelech eunuchi rogatu iubet rex Ieremiam educi e lacu. Ierem. 38 b.
Abdemelech obtiduciam in deum liberatur a captiuitate. Ierem. 39 d.

¶ Abdias.

Abdias timens deum abscondit cẽtum prophetas in spelunca, pane & aqua eos nutriens, quos quærebat Iezabel occidere. 3. regum. 18 a.
Abdias timens vitæ suæ non vult renunciare ipsi Achab adesse Eliam. 3. regum. 18 b.
Abdias propheta accipit legationem a domino aduersus Edom. Abd. 1 a.

¶ Abdon.

Abdon iudex Israel quadraginta filios habuit. Iudicum. 12 d.

¶ Abel

Abel pastor ouium offerens primogenita deo suscipitur & gratus est, propter quod occidit a Cain. Gene.

Gen.4 a b. Abelis fides. Heb.11 a.

Abela vrbs

In Abela ciuitate multi sapientes habitabant & spiritu dei docti, secũdum quorum consilium multi in Israel agere soliti erant: ea mulieris prudentis consilio seruatur a deo ne destruatur a Ioab. 2. Regum 20 f g.

¶Abesan

Abesan iudex Israel triginta filij & totidem filiæ. Iudicum 12 d.

¶Abia rex

Abia siue Abiam regnat super Iudam. 3 Re. 15 a.
Abia rex Iuda pugnat contra Ieroboã. 2 Par. 13 a.
Abia gloriatur se habere ducem exercitus sui deum. 2. Par. 13 c.
Abia sperans in dño victor euadit. 2. Para. 13 d.
Abia moritur, cui succedit pius Asa. 3. Regum. 15. b. 2. Paral. 14 a.
Abia filius Ieroboam mortuus plangitur ab Israele. 3. Regum. 14 e.

¶Abiathar

Abiathar filius Achimelech, euadit manus Saul, & fugit ad Dauid. 1. Regum. 22 d.
Abiathar cum Ephod in Ceila manet cum Dauide. 1 Regum. 23 a.
Abiathar adiuuat partes Adoniæ. 3. Regum. 1 a.
Abiathar priuatur sacerdotio. 3. Regum. 2 d e.

¶Abigail

Abigail qualis mulier. 1. Regum. 25 a.
Abigail vxor Nabal it obuiam Dauidi cum cibariis. 1 Regum. 25 c.
Abigail oratio elegans qua incensum Dauidis animum sedauit, transferentis in se peccatum viri, vt non tam Nabal quam sibi donetur peccatũ

1.Reg.15 d. Abigail accipit in vxorem Dauid: mortuo Nabal. 1 Reg, 25 g.

¶Abijcere

Abiecerant sacrificia dei Ophni & Phinees, rapiendo sibi partem suam antequam secundum legem essent oblata & incensa. 1.Reg.2 f.

Abijci a se neminem vult deus. 1 Reg.14 d.

¶Abimelech

Abimelech rex Geraræ rapit vxorem Abrahæ. Genes.20 a.

Abimelech obiurgat ipsum Abraham: quod vxorem dixisset esse sororem suam, quam reddidit ei cum muneribus. Genes.20 b c d.

Abimelech timens sibi ab Abraham quod deus cum eo esset, ferit fœdus cū ipso Abrahā. Gen.21 c

Abimelech obiurgat ipsum Isaac quod de vxore sua dixisset eam vxorem esse. Genes.26 b.

Abimelech init fœdus cum Isaac, quod videat deum esse cum ipso. Genes.26 f g.

Abimelech filius Gedeonis occisis.70. fratribus suis, regnat super Israelem. Iudicum 9 a.

Abimelech & Sichimitarum interitum prædicit Ioatham filius Gedeonis proposita lignorum parabola. Iudicum 9 a b.

Inter Abimelech & Sichimitas immittit deus spiritum odij. Iudicum.9 c.

Abimelech expugnat exercitum Gaal, Iudic.9 e.

Abimelech destruit vrbem Sichem interfectis habitatoribus. Iudicum 9 f.

Abimelech oppugnans ciuitatem Thebes occiditur a muliere. Iudicum 9 g.

Abimelech nolens videri occisus a muliere, iubet armigero vt ipsum confodiat. Iudicum 9 g.

¶Abinadab

In Abinadab domo in Gabaa est arca dei quam reducit Dauid. 2 Regum 7 a. 2 Regum 6 a.

¶ Abiron

Abiron, Dathan, & Core rebellio, sacerdotium sibi quærentium. Numer. 16 a b.

¶ Abisag

Abisag puella pulchra dormit in sinu Dauidis senis frigidi, vt eum calefaceret. 3 Regum 1 a.
Abisag petit Adonias in vxorem. 3 Regum 2 c.

¶ Abisai

Abisai persequitur Sebam. 2 Regum 20 b c.
Abisai q̃re inter fortes Dauid cõputat̃. 2 Re. 23 c.

¶ Abiud

Abiud cũ Nadab & Aarone, & Mose, viderunt deum in monte Sinai, & qua specie. Exod. 24 d.
Abiu & Nadab cõburuntur, quod contra præceptũ dei ignẽ alienũ obtulissent. Leu. 10 a. Num. 3 a.

¶ Ablactare

¶ Ablactatio

Ablactat filium suum Samuelem Anna vxor Elcanæ. 1 Regum 1 d.
Ablactionis die celebrat conuiuium Abraham. Genes. 21 a.

¶ Abnegatio

Abnegatio sui quæ sit, vide. 2 Regum 15 f.
Ad Abnegationẽ nostri & crucem, hortatur Christus. Matth. 16 d. Marci 8 d. Lucæ 9 c.

¶ Abner

Abner principi exercitus Saul, exprobrat somnolentiam ipsius, Dauid. 1 Regum. 16 c.
Abner constituit Isboseth regẽ super Israelẽ: & cõtra Dauidẽ pugnat: a quo fugatur. 2 Reg. 2 b c d.
Abner transfodit Asaelem. 2 Regum 2 d.
Abner concumbit cum Respha cõcubina Saulis,

ob quod factum irascitur in eũ Isboseth. 2.re.3 b.
Abner data occasione per iram sentit pro Dauide ad ipsumq; vult regnum transferri 3.re.3 b c.
Abner hortatur Israelitas vt Dauidem suscipiant in regem 2.re.3 c d.
Abner occiditur a Ioab 2.re.3 e.
Abner occisum plãgit Dauid cũ populo. 2.re.3 f.
Abner sepelitur in Hebrõ, cum ingenti põpa exequiarum. 2.re.3 f. Abner mortuum audientes Israelitæ, turbantur 2.re.4 a.

¶Abominari
¶Abominatio

Abominari iubet Moses Ammonitas & Moabitas. i, non admitti in ecclesiam & consortium Israelitarum, non autem Idumæos & Aegyptios, deuteronomij 23 a b.
Abominatur deus populum inobedientem præceptis suis leuit. 26 e.
Abominatio dei, sunt idola & imagines, quæ tanquam dij coluntur, & coram eis inclinatur populus deut. 7 d. 27 a.
Abominationes gentium prohibet imitari deus leuitici 18 d.
Abominationes gentium imitatur tribus Iudæ 3. regum 14 f.
Abominatio coram deo, quod excelsum reputant homines luc. 16 d.
Abominationem stãtem in loco sancto, Lucas interpretatur, Ierusalem ab exercitu circundatam mat. 24 b. marc. 13 b. luc. 21 d.

¶Abram

Abram ducit Sarai in vxorem gene. 11 d.
Abram egreditur terram suam iussus a deo gene. 12 a.

Abræ & semini promittit deus terram Chanaan Genes.12 b.13 d.15 d.17 a.

Abram proficiscitur in terrā Chanaan cum vxore & fratre suo Lot: ibique deo ædificat altare. Genesis.12 b. Abram timens sibi ab Aegyptijs ob pulchritudinem vxoris, dicit eam esse sororem Genes.12 c. Abræ reddit vxorem Pharao p̄cussus a domino. Genes.12 d.

Abram diues reuertitur ex Aegypto. Genes.13 a.

Abram nolens regnare iurgia inter pastores suos & pastores fratris, amicissime separatur a fratre et abit in terram Chanaan. Genes.13 b.

Abram eripit Lot, viros item ac mulieres, quos abduxerat Chodorlahomor. Genes.14 c.

Abram spolia siue prædam renuit accipere a rege Sodomorum, vt soli deo tribueretur gloria diuitiarum suarum. Genes.14 d.

Abram dat decimas ipsi Melchisedec. Gen.14 d.

Abræ conquerenti se non habere filium, promittit ei Isaac. Genes.15 a b

Abram petit signum a deo quo certus sit se possessurum terram Chanaan. Genes.15 b.

Abram ex cōsensu vxoris dormit cum ancilla sua ex qua suscipit filium Ismahelem. Genes.16 a.

Abræ apparet deus, consolaturq; eum. Gen.17 a.

Abram appellatur Abrahā, & quare. Gen.17 a.

Abraham se, Ismahelem, & domesticos omnes circumcidit. Genes.17 d.

Abrahæ p̄dicit deus interitū Sodomorū. Gen.18 c.

Abraham in Geratis timens sibi, dicit de vxore, quod soror sua sit. Genes.20 a.

Abraham propheta obiurgatur ab Abimelech quod vxorem dixisset esse sororem. Genes.20 b c.

Abrahæ semen verū qui ex Isaac nati, quicq; filij pro-

promissionis sunt, promissioni vitæ æternæ fidentes. Genes.21 b.

Abraham ejcit Agar ancillam cum Ismahele, Genes.21 b.

Abrahæ dolenti ob Saræ de ejciẽdo Ismahele verba, præcipit deus obedire voci Saræ. Genes.21 b.

Abraham plantat nemus in Bersabee. Gene.21 d.

Abraham tentat deus, probatq; quanta esset ipsius fides in suas promissiones: iubens immolare Isaac, quem tamen solum habebat in quo promissio impleretur. Genes.22 a.

Abraham offert arietem in holocaustum loco filij. Genes.22 c.

Abraham plangit Saram mortuam: & locum sepulchri emit a filijs Heth: in quo sepelit eam. Genes.23 a.

Abraham non vult sine pecunia & gratis accipere locũ sepulturæ a filijs Heth oblatum. Gen.23 c.

Abraham aliam ducit vxorem Ceturam nomine. Genes.25 a.

Abraham mittit seruum suum ad quærendam vxorem filio suo Isaac. Genes.24 a.

Abraham mortuus sepelitur in spelunca duplici, Genes.25 a.

Abraham in itineribus suis nomen dei inuocat. Genes.12 c.

Ad Abraham factæ promissionis memor deus, adiuuat Israelem in afflictionibus. 4 Regum 13 d.

Propter Abraham deus liberauit Lot. Gene.19 f.

Propter Abraham multiplicauit deus ipsum Isaac, Genes.26 e.

Abraham, Thare & Nachor seruierunt dijs alienis in Mesoporamia: quos liberauit deus dans eis fiduciam in ipsum. Iosue 24 a.

Cum

Cum Abraham erat deus in omibus quæ agebat gene.21 c. Abrahæ hospitalitas sedētis ante ostium tabernaculi. vt si quem prætereūtem videret, inuitaret ad hospitium gene.18 a. Abrahā inseruit mensæ peregrinorum. genes.18 c. Abraham intercedit pro Sodomitis gen.18 b. Abrahæ obedientia cōmendatur. genes.22 d. 26 a. Ex Abrahæ semine ideo descendit Christus quod voci dei obedierit. gene.22 d. 26 a. Abrahæ fides rom.4 c. heb.11 b. Abrahæ filij & semen sunt, qui Christo credūt, & opera Abrahæ faciunt. matth.3 c. iohan.8 e. rom.9 b. galat.3 a d. Abraham optauit videre Christi aduentū in carnem, quem & vidit ioh.8 g. Abrahæ filius Zacchæus Christo credēs. luc.19 b. Ante Abraham Christus erat ioh.8 g. Abraham filijs & familiæ præcipiebat vt custodirent viam domini gene.18 c. Abrahæ laus ecci 44 c.

¶Absalom

Absalom celebrato conuiuio filijs regis fratribus suis in tonsione ouium, occidit fratrem suum Amnon ob stupratam sororem 2.re.13 e
Absalom fugit occiso Amnone 2.re.13 g
Absalom reuocatur astu & prudētia Ioab & mulieris Thecuitidis 2.re.14 a.
Absalomis filij 2.re.14 f.
Absalomis pulchritudo 2.reg.14 f.
Absalom reductum non vult videre pater, ne factum ipsius approbare videretur 2.re.14 f.
Absalō messem Ioab succendit, & ꝗre. 2.re.14 g.
Absalō introductus osculatur a patre 2.re.14 g.
Absalom bona specie, animos populi patris sibi con-

conciliat, volens regnare, votum & sacrificium simulans 2.re.15 a.
Absalom sequitur populus insscius, simplici corde 2.re.15 b.
Absalom consilio Achitophel concumbit cũ concubinis patris sui 2.re.16 d.
Ne Absalom occidatur, præcipit Dauid ipsi Ioab principi exercitus 2.reg.18 a.
Absalom de quercu pendens confoditur a Ioab 2.regum 18 b c d.
Absalom mortuum luget Dauid. 2.re.18 g. quem Ioab consolatur audacter 2.re.19 a.
Quod Absalom constituisset regem, increpat stultitiam suam populus 2.re.19 b.

¶Abscondere
¶Absconditus

Abscondit deus faciem suam a filijs Israel conuersis ad idola deut.32 c.
Abscondita sua & mysteria sua, voluntatem suam manifestauit deus Iudæis legem suam, vt eã facerent deut.29 d.
Abscondita in thesauris domini deut.32 e.
Absconditur Elias iussu dei, ne ab Achab occidatur. 3.re.17 a. Abscondit se populus Israel in cauernis pauidus audito quod Philisthæi congregati essent contra ipsum 1.reg.13 b.

¶Abstinentia

Abstinentia Mosi exo.34 d.
Abstinentia Eliæ. 3.reg.19 b.

¶Abundare
¶Abundantia

Abundat bonis omnibus qui custodit dei præcepta deut.28 a.30 b.
Abundantia rerum omnium a deo deut.8 b c.

Pro-

Propter abundantiam rerum omnium deo seruiẽ dum in gaudio & cordis lætitia deut.28 e.

¶Abyssus

Abyssi terræ, rudis & indigesta moles cum aquis confusa gen.1 a.

¶Accaron vrbs

Accaron vrbem capit Iudas iudic.1 d.
Accaronitæ arcam dei eijciunt e finibus suis timẽ tes sibi a deo. 1.reg.5 d.

¶Accipere a deo

Accepimus a deo quicquid habemus 1.cori.4 b.

¶Accessus ad deum

Accessum habent Iudæi & Gentes ad deum & gratiam eius, per Christum.rom.5 a.ephes.2 d, 3 b.

¶Accinctus

Accinctus Dauid fortitudine a deo contra inimi-cos 2.reg.22 c.

¶Accipiter

Accipitrem non comedebant Iudæi deu.14 b.

¶Accusatio

Accusat falso Miphiboseth a Siba seruo erga Da uidem 2.reg.19 e.

¶Acetum

In aceto vt buccellam intingat ipsa Ruth, præci-pit ipse Booz ruth 2 c.
Acetum Christo sitienti in cruce offertur. matthæi 27 f. iohan.19 f.

¶Achab rex

Achab vxorem ducit Iezabel idololatram, quæ illius animum plusquam cæteros induxit ad idolo latriam, propter quam plantat lucum 3.regum 16 c f g.
Achab reædificat Iericho 3.reg.16 g.
Achab desperans multitudini exercitus se posse re sistere

sistere submittit se ipsi Benadab regi Syriorum 3.re.20 a.
Achab regi misso propheta promittit victoriã de us contra Benadab, tunc cum nulla eẽt spes victoriæ, vt cognosceretur verus deus 3.re.20 b c e.
Achab nuntiat omnia quæ fecisset Elias, quomodo sacerdotes Baal occidissent, vxori suæ Iezabel, quæ accensa persequitur ipsum Eliam 3.re. 19 a.
Achab regem præmonet propheta ipsum Benadab præliaturum contra ipsum 3.re.20 d.
Achab non agnoscens dei victoriam, seruat Benadab contra dei ptæceptum, eique fœdera f̃, propter quod misso prophetæ filio, deus prænuntiat ei interitum, & populi Israelis 3.re. 20 f g.
Achab denegante Naboth ei vineam suam, tristis decumbit in lecto 3.re.21 a.
Achab regem increpat Elias ob occisum Naboth & vineam ipsius a se occupatam, simul prædicit ei interitum & toti familiæ 3.re.21 e f.
Achab pœnitentia & humilitate sua mouet deum vt ad tempus quædam remittat ei, quẽ sciebat ab impietate non recessurum 3.re.21 g.
Achab regis malitia 3.re.21 g.
Achab 400. pseudoprophetas consulit, in quorum ore posuerat deus mendacium 3.re.21 a c. 2.paral.18 a e.
Achab & Iosaphat consulto deo, proficiscunt̃ contra Ramoth Galaad 3.re.22 a.
Achab odit Michæam vnicum dei prophetã, eo quod ei veritatem diceret 3.re.22 b. 2.paral.18 d.
Achab pugnãs cõtra Ramoth Galaad, occiditur iuxta

iuxta verbum Michææ prophetæ, tametsi mutaſ set habitum. 3. reg. 22 e. 2. par. 18. g. Achab ſanguinem lingunt canes. 3. reg. 22 f. Achab interitus prænuntiatur. 4. reg. 9 b. Achab filio Coliæ, & Sedeciæ filio Maaſiæ pſeudoprophetis minatur dominus. Iere. 29. e. Achab filij cum tota domo occiduntur, iuxta dei verbum. 4. reg. 10 a b c.

¶Acham.

Acham de anathemate contra præceptum dei accipiens, lapidatur, & omnia quæ illius erant, comburuntur, filij, filiæ, boues & c. Ioſ. 7 d.

¶Achaz

Achaz rex Iuda idololatra, conſecrat filium ſuũ per ignem. 4. reg. 16 a. para. 28 a. Achaz petit auxilium Aſſyriorum, non dei, contra aduerſarios. 4. reg. 16 b. 2 para. 28 a. Achaz in gratiam regis Aſſyriorum, ablato dei cultu, dijs Syriæ ſacrificat 4. reg. 16 c 2. par. 28 d. Achaz promittitur a deo auxilium, cuius promiſſionis iubetur ſignum quęrere. Iſaiæ 7 a b. Achas moritur 4. reg. 16. d

¶Achias.

Achias filius Achitob, 1. reg. 14 a b.

¶Achimaas

Achimaas cum Ionatha nuntiat Dauidi conſiliũ Achitophel, 2. reg. 17 d e. Achimaas currens prævenit Chuſi, annũtians victoriam Dauidi 2. reg. 18. e f g.

¶Achimelech.

Ad Achimelech ſacerdotem fugit Dauid in Nobe 1. reg. 21 a. Achimelech ſacerdos dat Dauidi panes propoſitiõis, 1. re. 21 a. Achimelech accerſitus, accuſatur coniurationis a Saule impio, quod pauiſſet Dauidem, & arma dediſſet, vnde & occiditur cum reliquis ſacerdotibus. 1. reg. 22. c. d.

¶Achinoam.

Achinoam vxor Dauid 1.reg.25 g

¶Achior.

Achior a seruis Holofernis ligatur ad arborē quē soluunt Iudæi, & benigne suscipiunt, Iudit. 6 b. Achior relicta gētilitate credit deo, et circūciditur Iudith.14 b. ¶Achis rex.

Ad Achis regem Geth, fugit Dauid, 1. Re. 27 a. Apud Achis regem insaniam simulat Dauid, vt euadat, 1. Reg. 21 d.

¶Achitophel.

Achitophel consiliarius Dauid, stat a parte Absalom, 2. Reg. 15 b c. Achitophel consilium, tanquam verbum dei habitum, 2. Reg. 16 d. Achitophel consilium, nocte irruendum esse super Dauidem cum duodecim milibus, deus dissipat per Chusai dantem aliud quo periret Absalom cum suis, 2. Reg. 17 a b c. Achitophel laqueo se suspendit, quod non fuisset factum consilium suū cōtra Dauidem, 2. Reg. 17 f.

¶Achor

Achor vallis, Iosue. 7 d.

¶Acquisitio

Acquisitionis populus, Christiani dicuntur a Petro, sanguine Christi redempti, 1. Petri. 2 b.

¶Ada.

Ada, altera vxor Lamech, Gen. 4 d.

¶Adad.

Adad suscitat̄ a dño aduersus Salomonē, 3. reg. 11 c. Adad Idumæus fugit faciē Dauidis vastātis Idumeā, in Aegyptū, vbi vxorē ducit sororē Pharaonis, 3. re. 11 d. ¶Adam

Adam creat deus, subijciens ei omnia, Genes. 1 d. Adam in paradiso constituitur vt aret terram, cui interdicitur ligno vitæ, Gen. 2 c. Adam cunctis ani-

animalibus nomina imponit, Gen. 2 d. Adam comedit de ligno scientiæ, Gene. 3 b. Adam erubescens propter peccatum fugit cõspectũ dei, gen. 3 b. Adam reiecit peccatum in vxorem, gene. 3 b. Adæ pœna propter peccatũ, gen. 3 c d. Adam eiicitur e paradiso, gen. 3 d. Adæ ætas, 930. anni, gen. 5 a. Adæ genealogia vsq; ad Esau & Iacob repetitur, 1. Para. 1 a. Adam nomen viro & mulieri commune, gen. 5 a. Adam figura futuri Adæ Christi, Rom. 5 c. Adam primus homo factus vt animæ beneficio viueret, at Adam posterior Christus, vt suis vitam daret spiritualem, 1. Corinth. 15 f. Per Adam peccatores sumus cõstituti omnes, a quo hæreditariam peccandi procliuitatem accepimus, Rom. 5 b d. Adam cœlestem vita pura referre oportet, sicut nos Adæ terreni imaginem improbis moribus expressimus, 1. Corinth. 15 f. Per Adam omnes sumus obnoxij morti, per Christum autem vitæ restituti, 1 co. 15 c.

¶ Adarezer.

Adarezer rex Soba percutitur a Dauide, 2. re. 8 a. Adarezer serui victi faciunt pacem cum Dauide, & seruiunt ei, 2. Re. 10 d.

¶ Adeps.

Adipem hostiarum prohibet deus comedere, leu. 7 c. Vt Adipem agnorum comederent, introduxit deus Israelitas in terram promissionis, deut. 32 b.

¶ Adhærere.

Adhærendũ deo fide & fiducia, non idolis aut cuiquam alij rei, deut. 13 a. Vt adhæreamus deo fide, hortatur Moses, deu. 11 c. Hortatur & Iosu. 22 a. 23 b. Adhærentes deo viuunt, non occidunt vt occisi fuerunt q̃ sequuti sunt Beelphegor, deu. 4 a.

¶ Adhortari.

Adhortatur deus Salomonem vt ſimplici corde ambulet cum populo in præceptis Moſi, ne reiſciatur cũ populo, 3. reg. 9 a. Adhortatur Moyſes ad ſeruanda præcepta dei, demonſtrata prius dei bonitate erga populum ſuum, deut. 4 a.

¶ Adinuentiones

Adinuentiones ſuas malas ſequẽtes derelicto deo cõterit fames, deut. 28 b. Adinuentiones ſuas ſequentes Iſraelitæ, id eſt, ad idola conuerſi affligun tur, Iudic. 2 d.

¶ Adiurare

Adiurat Achab Michæam vt ei verum|loquatur, 1. reg. 22 c. Adiurat Paulus Theſſalonicẽſes 1. theſſ. 5 d. & Timotheum, 2, Timot. 4 a.

¶ Adiutores

¶ Adiutorium

Adiutores Pauli in prædicatione euangelij roma. 16 a coloſſ. 4 b. Adiutores dei, & cooperarij apoſtoli in prædicatiõe euangelij, 1. Corinth. 3 b. Adiutorium viri mulier, gene. 2 c.

¶ Adoleſcentulæ.

¶ Adoleſcentes.

Adoleſcentulæ quales eſſe debeant, tit. 2 a. Adoleſcentes diaconi ſubditi ſint epiſcopis ſiue preſbyteris, illis miniſtrantes. 1. petri. 5 b. Adoleſcentis modeſtia in loquendo, eccl. 32 b. De Adoleſcẽte quodam nudo fugiente cum Chriſtus comprehenderetur, marc. 14 e.

¶ Adonias.

Adonias filius Dauidis inſcio patre occupat regnum, immolatis victimis, 3. reg. 1 a b. Adonias audiens Salomonem præcepta patris conſtitutum regem ſuper Iudam & Iſraelem, fugit tenens cornua altaris, a quibus iuſſu Salomonis auul

ſus

sus reducitur in domū suam,3.reg.1.f.g. Adonias petit Abisag in vxorē,3.reg.2 c. Adonias occiditur,3.reg.2 d.

¶Adonibezec.

Adonibezec comprehēso absciduntur summitates manuum ac pedum, & moritur in Ierusalem. Iudic.1.a b.

¶Adoptare.

Adoptare nos in filios prædestinauerat deus ante secula, ephe.1 a, vtcp ita esset, venit Christus, gal. 4.a. Adoptati Iudæi a deo in peculiarem gētem ro.9 a. Adoptationē sui expectāt fideles ro.9 d.

¶Adorare.

Adorandus deus, timendus, & illi procidendum. mat.4 b.luc.4 b.deut.6 c.10 d. Adorāt deum Israelitæ loquentem ad Moysen in nube in ostio tabernaculi,exod.33 b. Adorabāt procul seniores Israel cum Aaron, non appropinquantes monti Sinai,exo.24 a. Adoraturus & domio sacrificaturus Elcana ascendit in Silo, vbi coram domino comedebat & bibebat cum familia,1.reg.1.a. b. Adorant corā dño Elcana cum vxoribus mane: 1.reg.1 c. Adorat Dauid dominū in summitate montis fugiens Absalom,2.reg.15 g. Adorat Saul dominū, sed nō in fide, 1.reg. 15 g. Nō Adorandus deus alienus, exod. 23 c 34 b. ne derelíquamur a deo 3.reg.9 b. Adorat populus vitulos qs fecerat Ieroboam,3.reg. 12.g. Adorāt idola Israelitæ ignorātes dei opera, & traduntur in manus hostium, iudiciū.2 b. Adoratores veros futuros post publicatum euangeliū pdicit Christus, q nō hostijs pecudū, sed interne & mente adorarēt deū iohan.4.c. Adorāt apostoli Christū ascendētem in cœlū, luc.24.g. Adorare volēs Iohānes angelum

lum, ab eo prohibitus est, apoc. 16 b. 22 b. Adorant bestiam vniuersi, apoc. 13 a, qui non sunt scripti in libro vitæ, apoc. 13 c, eorumq; plaga, apoc. 16 c. Adorasse dicit scriptura Gedeonem audientem castra Madianitarum tradi a deo in manus ipsius Gedeonis, id est, gratias egisse deo & credi disse promittenti victoriam, iudicium, 7 d. Adorant, siue gratias agunt deo filij Israel quod ipsos visitauerit & respexerit afflictionem ipsorũ, exo. 4 g. Adorasse populũ dr̃ Abrahã pro egisse gratias populo cũ geniculatiõe aut gestu decoro, gen. 23 b. Adorare pro inclinari & incuruare se corã aliq̃, honoris & reuerẽtię gratia, vtitur scriptura, gen. 18 a, 33 a. 42. 43. 44. Adorat Dauidẽ siue ĩclinat se Dauidi ipse Nathã propheta, itẽ Bethsabee 3. re. 1 c d. ¶ Aduena

Aduenæ fuerunt Israelitæ apud Aegyptios, deut. 10 d. Aduenis, pupillis & viduis relinquendæ reliquiæ messis, vindemiæ & oliuarum, deut. 24 d. Aduenæ iudicium non peruertendum, deutero. 24 d. Aduenæ iudicium puertens maledictus, deu. 28 c. Aduenæ diligendi, Leu. 19 g. non affligendi exod. 22 c. Aduenę non exprobrandum, leu. 19 g. exod. 22 c. deu. 24 d. Aduenis triennales primitiæ dãdæ, deu. 26 a. Aduenis p̃cipitur legi deuteronomiũ, deu. 31 c. ¶ Aduentus domini.

De Aduẽtu dñi, malac. 4 a. Aduẽtũ Christi expectat propheta, is. 62 a. Aduẽtus Christi sedẽtis super asinã, zach. 9 b. Aduentus Christi signa, Isa. 35 c. Aduentus Christi & victoria aduersus mortẽ, pctm̃, & infernũ, Habacuc 3 a. Aduentũ suũ per euangelium breui toto orbi adfuturũ cũ maxima virtute et signis, p̃dicit Christ⁹, mat. 16 d. mar. 9 a. luc. 9 c. Aduẽtus dñi ad iudiciũ, apoc. 6 d. tam

inopi-

inopinatus vt dies diluuij, mat.24 d.luc.17 f. vt fur in nocte, 2. Pet.3 c.apoc.3 a, vt fulgur exiēs ab oriente & patēs in occidētē, mat.24 c.mar.13 c.lucæ. 17 e. Aduētus dñi ad iudiciū, Isa.3 c.13 b.da..7 b. Aduentus dñi qualis futurus, act. 1 b. Aduētum dñi expectant fideles, 1.cor.1 a, in quo gloriabuntur, 2 cor.1 c. Aduentū dñi instāre dicit Iacobus, Iacob.5 b. Aduentū suū qre tardet dñs, 2.pe.3 c.

¶Aduersarij.

Aduersarij dñi formident ipsum, 1.reg.2 b. Aduersarios suscitat deus Salomōi cōuersō ad idola, Adad Idumæum, & Razon, 3. reg.11 d e. Aduersarios mittit deus in Iudā, 4.reg.15 g.16 a. Ad Aduersa fortiter sustinenda exhortatio ad populū dei, psal.4.

¶Adulatio.

¶Adulatores

Adulationis pernicies, prou.27 a.28 d.eccls.7 a.isa. 3 c.habac.2 c. In Adulatores, prou.24 c. Non AdulabaturPaulus in sua prædicatiōe, 1.thes.2 a.

¶Adulterari

¶Adulterium

¶Adulteri.

Non adulterandū, exo.20 c.deut.15 b. Adultera fugienda, prou.6 c.22 b Adulterum morti adiudicat deꝰ in historia Abimelech, gen.26 a b. Adulter & adultera moriātur, leu.18.26 a b.deut.22 d. Adulteriū q̄ mala cōsequntur eccle.23 c. Adulteriū spūale, Psa.71 ver.26. Adulteriū vxoris quo dep̄hendere poterat maritus, num.5 b. Ne Adulterium committeret Pharao cū vxore Abræ, deus flagellat familiam Pharaonis & famulorum gen.12 d. Adulteriū Dauidis cum Bethsabee, 1. reg.11 a. Adulteri non possident regnum dei, 1. Corinth.6 b, quos iudicat dominus, Heb.13 a.

¶Aduocatus

Aduocatus noſter Ieſus Chr̃us. i. ioh. ij. a.

¶Aduram.

Aduram præfectus tributorum Roboam lapidatur a populo, 1. reg. 12. e, 2. para. 10. d.

¶Aedificare

Aedificata domo non habitat in ea qui præcepta dei non ſeruat, deuterono. 28. c. Qui Aedificarat domum nouam non cogebatur ire ad bellum, niſi ea dedicata, deuterono. 20 b. Aedificare pro facere more ſcripturæ, geneſ. 2. d. Aedificia Salomonis, 3. reg. 9. c. Aedificare domum fratris, pro fratris defuncti vxorem accipere, & ex ea ſuſcipere filium qui fratris defuncti nomine voceť, deut. 25. c. Aedificauerũt domum Iſrael, Rachel et Lia, ex quibus deſcendit omnis populus Iſrael, ruth. 4. c. Aedificat deus domos obſtetricibus timentibus ſe, & ſeruantibus pueros Hebræorum, exod. 1. d. Aedificaturum ſe domum firmam et permanentem promittit deus Ieroboam ambulãti iuxta p̃cepta ſua, 3. re. 2. g. Aedificaturꝫ ſe domũ fidelẽ ſacerdoti Sadoc p̃dicit deus. 1. re. 2. g Aedificauit Chr̃s eccleſiã p̃dicando euãgeliũ & fidẽ, q̃ ſuſciperet, dãdo, 2. reg. 7. c. Aedificatio dei docere fidem in Chriſtum, 1. timo. 1. a. Aedificium dei. Chriſtiani prædicatione adducti ad Chriſtum, 1. Corinthi. 3. b. Aedificemus ſinguli ſingulos, 1. theſſ. 5. c. Aedificãtes ſacerdotes Iudæi, Chriſtum quem docere debebant populo, reiſciunt, matth. 21. d, marc. 12. a, luc. 20. c, actuum, 4. b.

¶Aegrotus.

¶Aegrotare.

De Aegroti filij Abiæ valetudine conſuluit Ieroboam

boam Ahiam prophetam.3.Re.14.a. Aegrotat filius Dauidis ex Bethsabee, pro quo ieiunans Dauid orat vt eũ liberet deus.2.Reg.12.d. Aegrotat Amnon nimio amore in Thamar sororem Absalom, ægrotumq; se simulat, vt cum ea dormiat 2.Re.13.a. Aegrotanti Ezechiæ prædicit Isaias mortem. 4.Re.20 a.

¶ Aegyptĩj.

¶ Aegyptus.

Aegyptĩjs illicitum edere cum Hebræis, gen.43.g. Aegyptĩj detestantur pastores ouium.gen.46.d. In Aegyptum descendit Abraam cum vxore sua famem fugiens.gen.10 c. Aegyptum egreditur Abraham. gen.13 a. Aegypti fames.gene.41 g. Aegyptum ingreditur Iacob cum filijs,gen.46.c. Aegyptĩj deficiente pecunia,cibum pecoribus cõparant,gen.47 d. Aegyptios iubet dominus spoliari,exod.11 a. Aegypti primogenitorum clades.exod.12.d. Aegyptios Iudæi spoliãt vasis argenteis,exod.12.f. Aegyptũ egrediuntur filij Israel,exod.12.f. De Aegyptiorum interitu, & Hebræorum liberatione,sapien.19 a. In Aegyptum reuerti volunt Israelitæ desperantes se posse resistere Chananæis. nume.14 a. Aegyptus meminit dei,1.regu.30 d. In Aegyptum fugit Christus. matt.2 c. Ex Aegypto reuertitur Christus,monitu angeli.matt.2 d. Aegypti cladem prædicit Ieremias.Iere.46 a. Aegypti vastatio per regem Babylonis,ezec.32 c. Aegypti & vrbium eius destructio plangitur.Ezec.29 b.30 a. De Aegypti regno,& fœdere eius,& bello cum regno Syrię dan.11 b. Aegyptĩj non abominandi.deut.23 b. Aegyptĩj post flagella,relictis idolis in vno altari Christo deum adorant, Isaiæ 19 d. Aegyptio-

orum & Aethiopũ captiuitas prędicitur, Isa. 20 a. Aegyptus, merces regis Babylonis ob laborem quem subijt aduersus Tyrum, Ezech. 29 d. Aegyptiorum vastatio ab Assyrijs, Isai. 19 a. Ab Aegyptijs petit Osee auxilium, 4. Regum. 17 a. Contra Aelam sermo domini, Iere. 49 g.

¶ Aemulator
¶ Aemulatio
¶ Aemulari
¶ Aemulatus
¶ Aemulus.

Aemulator deus, non vult alij quam sibi soli fidi Exo. 34 b. Deut. 4 d. 5 a. Iosu. 24 e. Vbi aemulatio & cõtentio, ibi omne opus prauum, Iac. 3 d. Aemulandum bonum semper, Galat. 4 c. Aemulatur Paulus Corinthios æmulatione & charitate dei, ne diuellãtur a sponso Christo, 2. cori. 11 a. Aemulationem dei habentes, & zelum, sed absq; iudicio, roma. 10 a. Ad æmulationem prouocat Iudæos Paulus, euangelium prædicans gentibus, roma. 11 b. Amulatus pro Mose Iosue vult solum Mosen prophetare, cæteros prohiberi, quem ipse Moses corripit, nume. 11 f. Aemulus Heli Samuel, 1. regum. 2 g.

¶ Aeneas

Aeneas sanatur a Petro virtute Christi, actu. 9 f. Aeneũ cœlũ non custodiẽtibus p̃cepta, deut. 28 c.

¶ Aenigma

Aenigma, vide Problema, vel Propositio, Aenigmatum, & rerum obscurarum quas a suis sapientibus & prudentibus carnis nõ poterat scire nempe per quid deus recte agnoscatur & rite colatur, & similia, vt audiat solutionem venit Saba regina ad Salomonem, 3. regum. 10 a.

Aequali-

¶Aequalitas

Aequalitas qualis inter diuites & pauperes ſctōs 2.Corint.8 c. ¶Aequitas

Aequitati cordis noſtri ne tribuamus quod deus det nobis vitam æternam,Deut.9 a.

¶Aerugo

Aerugo propter peccata,3.reg.8 d.

¶Aeſtus

Aeſtu percutiuntur præcepta dei non cuſtodientes Deuter.28 c.

¶Aetas mundi

In ætatem mundi vltimam incidimus,1 cori. 9 c.

¶Aethiopes

Aethiopibus interitum minatur dñs, Sopho.2 d.

¶Affectus

Affecti ſimus eodē omnino alij in alios,rom.12 d.

¶Affinitas

Affinitatis gradus in lege prohibiti,leui.18 a.

¶Affligere.

¶Afflictio.

¶Afflictus.

Quod affligatur Iſrael a Madianitis miratur & queritur Gedeon deo,Iudic,6 c. Afflictiōes multas minatur deus ijs qui a ſe fornicantur alij fidentes quam ipſi ſoli,deut.31 d.e. Ioſu.24 e. Affligit tamdiu nos deus donec peccata noſtra ipſi confiteamur,Leu. 26 f. Afflictione dura afflicti filij Iſrael nō acquieſcūt Moſi,exod.6 b. Vt afflictionibus cognoſcerent malitiam cordis,duxit deus Iudæos per deſertum,deu.8 a. Afflictionem populi ſui videt deus,exo.3 b. De afflictionibus liberat deus populum reuertentem toto corde ad ſe & ei ſoli ſeruientem & fidētem,Deu.26 b.1.Re.7 a.

In af

In afflictionibus constituti Israelitæ confitentur deo peccatum quod relicto ipso seruierint dijs alienis, clamantes assidue, & liberantur: tametsi dixisset deus se non liberaturum, iudic. 10 c. Afflicti Bethsamitæ confitentur deum Israel esse deum sanctum 1. reg. 9 d. Afflictis adest deus & eos exaudit, exemplo Agar, quem & ipsa videntem propterea appellauit, gen. 16 d. 21 b. Afflictionem Agar fugientis a conspectu dominæ videns deus, exaudit eam, propter quod & Ismaeli impositum nomen, gen. 16 b c. Afflictorum quos afflixerat propter idola ad quæ conuersi erant, gemitus exaudiebat deus, propter iudices quos sup eos constituerat, iudic. 2 d. Ab afflictiõibus liberat deus Israelẽ per impium Ieroboã, 4. reg. 14 f. Afflictiones tanquam a deo suscitatas, non ab homine libenter fert Dauid, 2. reg. 16 b c. Affligitur cor Annæ sterilis, 1. reg. 1 b. Afflictionis magnitudine coacta Anna sine fatigatione continue orat, 1. reg. 1 c. Affligere animas, leuit. 23 e. Isaiæ 58 b; Afflictis succurrendum, eccl. 7 d. In Afflictione Ieruſalem videtur afflictus dñs, iere. 8 g.

¶ Agabus

Agabus propheta prædicit famem vniuerso orbi futuram, actu. 11 d. & Paulum Ieroſolymis alligandum, actu. 21 b. Agag rex Amalecitarũ non occiditur a Saule, 1. reg. 15 b. Agag regem Amalec occidit Samuel, 1. reg. 15 g.

¶ Agar.

Agar dñam Sarã irridet videns se cõcepisse ex Abram dño, gen. 19 b. Agar fugiẽs Sarã dñam, cõsolatur ab angelo, gen. 16 a b c. Agar semẽ multiplicandum prædicit deus, gen. 16 c. Agar ancilla ejcitur cum filio Ismahele, gen. 21 b.

Ager

¶Ager.

Ager non ſerendus diuerſo ſemine, leuit. 19 e. De Agrum vel vineam proximi lædente, exod. 22 a. Agrorũ termini nõ trãsferendi, Deut. 19 d. Ager ſanguinis, actu. 1 d. Ager emptus a Ieremia ſignificat populũ a captiuitate reuerſurũ, iere. 22 b.

¶Aggæus

Aggæi & Zachariæ adhortatione reædificãtur templũ, 1. eſdr. 5 a. Aggæus Iudæos increpat, q̃ neglecto tẽplo propria ędificia curabant. agg. 1 a.

¶Aggrauare.

Aggrauare cor ſuum eſt obſtinatum eſſe, nolle ad deum conuerti 1. reg. 6 b Aggrauata manus dei ſuper aliquem dicitur quem vehementer affligat 1. reg. 5 b. ¶Agnus

De Agnis oblatio. leui. 3 b.

Agni paſchalis edendi ritus, exod. 12 a. Agnus paſchalis immaculatus, exod. 12 a. Agnus Chriſtus redemit, & abſtulit peccata noſtra ſanguine ſuo, iohan. 1 d apoc. 5 b. Agni viſio, quem oĩs terra adorat, ſtantis ſuper montẽ Sion, apo. 14 a.

¶Agricola

Agricola Adam, gen. 3 d. Agricola Eſau, gene. 25 d. Agricolam vocat Chriſtus patrem auferẽtem a ſe omnem palmitem non ferẽtem fructum Iohan. 15 a. Ab Agricultura ad prophetiam vocatur Eliſeus a deo per Eliam, 3. reg. 19 d. Agricultura dei, Chriſtiani, quos quaſi agros coluerunt apoſtoli, 1. corint. 5 b.

¶Agrippa

Agrippam Paulus hortatur vt Chriſto credat. actu. 26 g. ¶Ahias.

Ahias prophera miſſus a deo tradit decem tribus Ioroboam, 3. reg. 11 f. Ahias propheta prædi

cit

cit mortem filij Ieroboam totiusq; regni exitium 2.Reg. 14 b. ¶Ahio.

Ahio & Oza filij Abinadab 2.reg. 6 a.

¶Ala dei.

Sub alas dei confugerat Ruth Moabitis, & alitus Rut. 2 c. ¶Alapa

Alapa percutitur Iesus, Iohan. 10 d.

¶Alcimus.

Alcimus homo Iudæus erat impius, quem Demetrius rex sacerdotem præfecit Iudeis, 1. Mac. 7 a. b. Alcimi instinctu Demetrius Nicanorem aduersus Iudæos mittit, 2. mac. 14 a. Alcimus paralysi dissolutus interijt, 1. mac. 9 f.

¶Alexander.

Alexander Antiochi Nobilis filius regnat in Ptolomaida, 1. mac. 10 a. Alexander bellum cõmittit cum Demetrio, 1. macha. 10 d. Alexander & Ptolomæus rex Aegypti amicitiã inter se statuunt 1. mac. 10 e. Alexandro Macedone mortuo regnum suscipit Antiochus, 1, mac. 1 a. Alexãder ærarius aliquãdo fidelis, Paulo nocuit, 2. Tiõ. 4 c.

¶Alienus

¶Alienigena.

Alienos deos adorantes lapidabantur, deu. 17 a. Alienos deos ne adoret cum populo, dehortatur deus Salomonẽ, 3. reg. 9 b. Alienigenæ seperãtur a populo Israel iuxta legẽ Deuteronomij, 2. Es. 13 a Alienigenæ, adducti fama nominis dei, orãtes ex audiuntur, 3. Regum. 8 e.

¶Allegoria

Allegoria Pauli de filio Agar & Saræ, gala. 4 c.

¶Altare

Altaria deo ædificat Abram in locis vbi ipse ei apparebat, gene. 12 b. c. 13 d. Altare deo ædificat Isaac

Isaac, Genes. 24 f. Altare præcipit sibi construi deus a Iacob in Bethel, genes. 33 d. 35 a. Altari ædificato ad radices montis Sinai a Mose offerũtur holocausta, ad fœdus ineundum, exodi. 24 a. Altare terreum præcipit fieri sibi deus, & quomodo, exod. 20 d. Altaris tabernaculi forma, exod. 27 a. Altaris thymiamatis forma, situs, & fabricatio, exod. 30 a. 37 d. 40 c. Altaris holocausti fabricatio, exod. 27 a. 38 a. Altaris templi Salomonis fabricatio, 2. Par. 4 a. Altaris descriptio, ezec. 43 d. Altare quomodo expiabatur, exod. 29 f. leuit. 16 d. Super altare quod extructum erat ante tabernaculum, offerebantur hostiæ & reliqua, nusquam alibi, Iosu. 22 g. In altaris dedicatione quæ obtulerint singuli principes Israel, nume. 7. Altare ædificat Moses in memoriam interitus Amalecitarum, exodi. 17 d. Altare extrui iubet Moses transmisso Iordane, & illi legem inscribi, deu. 17 a Altare immensæ magnitudinis ædificatur a filijs Ruben, Gad & Manasse in testimonium quod dominus sit deus, Iosue. 22 c. Altare ædificat Iosue in Hebal, super cuius lapides scribit Deuteronomiũ, & offert holocausta, Iosue. 8 f. Altare deus sibi extrui iubet a Gedeone, destructa ara Baal, iubetque eum nõ timere, Iudicum. 8 e. Altari ædificato domino, Dauid offert holocaustum, & cessat pestis, 2. Regum, 24 d. Altaris dedicatio sub Iuda Machabæo, 1. machabæorum. 4 e. Altare deo ædificat Samuel, 1. Regum, 7 d. Altare deo ædificat Saul, 1. Regum, 14 e. Altare dei destructum dolens Elias, ipsum reædificat, super quod & sacrificat coram sacerdotibus Baal, 1. Regum 18 e. Altare dei æreum destruit Achaz impius, 4. Reg. 16 c.

Ab alta-

Ab altaris cornibus euellitur Adonias iussu Salomonis, qui contra dei legem occupauerat regnum Dauidis, 3. reg. 1 g. Coram altari occiditur Ioab iussu Salomonis 3. reg. 2 e f. Altaria idolorum destruuntur a Iosia, 4. regu. 23 c. Altare ædificat Aaron ipsi vitulo quem formauerat, exod. 32 b. Altare Ieroboam filij Nabat destruitur. 4. reg. 23 c Altare nostrum Christus, Heb. 13 b. Altari olim seruientes, victum inde habebant, multomagis q euangelio seruiunt, 1. corin. 9 b.

¶Amalecitæ.

¶Amalec.

Amalecitæ occiduntur a filijs Israel orante Mose, exod. 17 c. Amalec percutit populum Israel, nume. 14 d. Amalecitæ occiderunt Chananæos, nume. 14 g Amalecitarum interitum prædicit Balaam, nume. 24 d. Prædixit & deus, exodi. 17 d. Amalec iubet deus occidere propter mala quæ fecit in Israel, deu. 25 d. Amalec percutitur a Saule, 1. reg. 14 g. Amalecitas iubet Saul ad internetionem delere, quod præceptum nō implens reijcitur a deo, 1. reg. 15 a. Amalecitæ percutiuntur a filijs Simeon, 1. para. 4 g.

¶Aman.

Aman exaltatum a rege Assuero solus Mardochæus non adorat, esther. 3 b. Aman videns se contēptū a Mardochæo, oim Iudæoꝝ interitū ab Assuero impetrat, esther. 3 b. Aman iussu regis suspēditur in patibulo quod Mardochæo parauerat esther. 5 d. 7 d. Aman filij decem suspenduntur, esther. 9 d.

¶Amaritudo

Amaritudo auferenda a nobis, ephes. 4 g. heb. 12 d. Amaritudo animæ mulieris hospitæ Elisæi ob filij sui

Iſŕ ſui mortem,4.reg.4 c. Amaræ aquæ dulceſcunt, impoſito in eas ligno quod poſt orationem oſtenderat Moſi deus,Exo.15 f.

¶Amaſa

Amaſa pro Ioab conſtituitur caput exercitus Abſalom,2.Reg.17 f. Amaſa conuocat Iudam contra Sebam,quem oſculatus Ioab occidit in itinere,2.Reg.20 b.c. Amaſa filius Abigoil ſororis Dauid,1.Par.2 b.

¶Amaſias.

Amaſias ſuccedit patri Ioas in regno Iuda,4.Regum.23 d. 2.Par.24 g. Amaſias rex Iuda occidit interfectores patris ſui,4.Reg.14 a. b. 2.Para.25 a. Amaſiam monet quidam vir dei, ne viribus humanis fidat, 2. Paralipo.25 b. Amaſias percutit Edomitas ſiue Idumęos,4.Reg.14 b. 2.Par.25 d. Amaſias corripitur a domino q̃d deos Idumæorum coluerit,2.Para.25 e. Amaſias rex Iuda voluntate dei traditur in manus hoſtium,2.Par.25 f. Amaſias capitur a Ioa rege Iſrael,& occiditur, 4.Reg.14 b. 2.Para.20 f. Amaſias ſacerdos Bethel obſiſtit prophetæ dei Amos,Amos.7 c.

¶Ambitioſus

Ambitioſus honorum non eſt, qui charitatem habet,1.Corint.13 b.

¶Ambulare.

Ambulantes meditemur verbum dei,Deut. 11 c Ambulare cum deo,diuinamq; agere vitam, Gene.5 d. Vt ambulet coram ſe, id ē, vt ei ſoli fidat,opera & fidentis faciat,adhortatur Abram deus,gen.17 a. Ambulauit coram deo in veritate Ezechias firma fiducia in deum,4.Re.20 a Ambulare in vŕjs dei,eſt cuſtodire præceptaſpiu

3.Re.3 b. Vt ambulemus in vijs suis petit a nob deus,deu.10 c.11 c. Ambulare in vijs suis docuit deus filios Israel,deu.8 b. Ambulat Salomõ in præceptis dei,3 reg.3 a. Vt ambulent in vijs dei hortatur Rubenitas Iosue, Iosue.22 a. Ambulare in luce,est credere in lucem Christum, Iohã.12 c. Ambulare in veritate,toto corde &anima diligere deum,3.reg.2 a. Ambulare in vijs patris pro facere sicut pater fecerit,1. regum.8 a. Ambulare ipsi deo ex aduerso ,id est,non facere quæ præcepit,leuit.26 d. Ambulare ex aduerso nobis dicitur deus quando percutit nos propter peccata , leuit.26 d. Ambulaturum se inter Israelitas promittit deus seruantes mandata ipsius,leui.26 b. Vt ambulet secum deus petit Moses, exodi.33 c. 34 a. Ambulare in cordis prauitate, deute.29 c.

¶Amentia

Amentia percutit deus non seruantes põcepta,deutero.28 c.

¶Amici

Amici diligendi,leui.19 d. Amici bonum consilium res suauissima,prouer.27 b. Amici gratia,damnum negligendum,prouer.12 d. Amici veteres colendi , prouerbio.27 b. eccĩ. 9 c, Amici arcana non denudanda,eccĩ.27 c. Amicis plus quam par sit non fidendum , Abdi.1 c. Amicitia vera,eccĩ.6 a. Amicitiam pariunt diuitiæ,prouerb.19 a. Amicitiam soluunt conuitia,eccĩ.22 d. Cum amico potenti caute versandum,prouer.23 a. Amicos parit comitas,prouerbio.18 d. Amicus verus, prouer.17 a. Amicus simulatus, eccĩ.37 a. Amicus verus amat etiam cum sæuit, prouer.27 a. Amicus in paupertate non relinquendus, eccĩ.22 d.

Quomo

Quomodo amicus dignoscendus, eccl. 12 b. Amicitia huius mundi, inimicitia apud deum, Iacobi. 4 a. Amicos nobis paremus, bona temporalia pauperibus elargientes, qui recipiant nos in æterna tabernacula, lucæ. 16 a. Amicos vocat Christus apostolos, & quare, Iohann. 15 b. Amicum suum Iudam Christus vocat, matt. 26 c. De eo qui amicum nocte accedens improbitate orandi eum expugnat. Vide: Orādum esse sedulo

¶Amissus

De amisso boue vel oue aut re altera, quæ cum inuenerimus, quid agendum, deu. 22 a.

¶Ammonitæ

Ammonitæ a quo habeant originem, gen. 19 g. Ammonitæ prohibentur admitti in consortium, & ecclesiam Israelitarum, & quare, deu. 23 a. Ammonitæ traduntur a deo in manus Iephte, Iudic. 11 f. Ammonitæ & Moabitæ inuadunt Iosaphat, 2. Para. 20 a. Ammonitarum idolū Moloch siue Melchom, 3. regu. 11 b. 4. regum. 23 c. Ammonitæ repetunt terras suas ab Israelitis possessas, Iudicum. 11 c.d. Ammonitis ne bellum inferant præcipitur Israelitis, deu. 2 d. Ammonitæ præliantes contra Iabes Galaad, a quibus petierant oculos dexteros, occiduntur a Saule, 1 regu. 11 a.b.c. Ammonitæ occiduntur a Dauide qui seruos quos ad consolandum regem ipsorum miserat, ignominia affecerant. 2. regu 10 a.b.c.d. Ammonitarum grauis afflictio a Dauide facta, 2. regum. 12 g. Contra ammonitas sermo domini, Ierem. 49 a. Ammonitis minatur dominus, Ezechie, 25 a. amos, 1 d.

¶Amnon

Amnonis inceſtus cum ſorore Abſalomis Thamar,2.reg.13 a. Amnon expellit ipſam Thamar cum ingenti odio, poſt admiſſum cum ea ſtuprum .2.reg.13 c.

¶Amon.

Amō impius rex Iuda occidit a ſeruis,4 .reg.21 d

¶Amor.

Amor proximorꝝ deo & hoīibus gratus,eccl 25 a Amor Iacob in Rachelem maximus,gen.29 c Amor Ionathæ & Dauidis, 1.reg.18 a. Amore nimio Thamar virginis ſororis Abſalom ægrotat Amnon,2.reg.13 a. Amore mulierum idolatrarum captus Salomō quas ne tangeret, prohibuerat deus,idola colit,3.reg.11 a.

¶Amare

Amare,vide Diligere,deut.10 d. Amat Dauid filiam Saul Michol,1.reg.18 e. Amat deus peregrinum,idcirco & Iudæos amauit,deu.10 d. Vt Amemus deum exhortatur Moſes,deut.11 a. Quos amat deus,arguit & caſtigat,hebr.12 b. apoa .3 d. Qui Amat parentes plus quam Chriſtum,non poteſt eius eſſe diſcipulus,matt.10 d. Amare in fide, Titum.3 d.

¶Amorrhæi.

Amorrhæi occidunt a Chodorlahomor,gen.14 b Amorrhęorum vrbes habitat Iſrael,num.21 e f g. Amorrhæi bellum inferunt Gabaonitis quod pacem feciſſent cum Ioſue, quos Amorrhæos tradit deus in manus ipſius, ioſue.10 a b. Amorrhæi occidunt Iſraelitas,deu.1 g. Amorrhæus tributarius filijs Ioſeph,iudi.1 g. Amorrhæos relictos Salomon facit ſibi tributarios,3.reg.9 c. Amorrhæus occiditur,Num.32 g. Amorrhæos iu-

os iubet deus penitus excindi,Deut.20 d.

¶Amos

Amos conditio, & prophetiæ eius tempus, amos 1 a. Amos armentarius vellicans sycomoros, amos.7 c. ¶Amphora

Amphoræ visio Iudæ translationem in Babylonem designantis.Zach.5 c.

¶Amplexari

Amplexatur Esau ipsum Iacob, Gene.33 a. Amplexatur frattem suum Beniamin ipse Ioseph,Genes.45 d. Amplexatur patrem suum Iacob ipse Ioseph,& osculatur.Gene.46 d.

¶Amram

Amram filius Caath,pater Mosi & Aaron,Exodi.6 c. ¶Amri

Amri eligitur in regem Israel,contempto Zambri,3.Re.16 d. Amri impius plus quam illi q̄ eum præcesserant,3. Re. 16 f. Amri moritur, 3.Re.16f. ¶Ananias

Ananias cum vxore Saphira moritur, actu.5 a. Ananias discipulus quidam Damasci, baptizat Paulum,actu.9 b. Ananias princeps sacerdotū percuti iubet os Pauli,actu.23 a.

¶Anathema

Anathema erat Iericho,in qua ne infantes q̄dem mulieres,oues &boues relinquebantur,quin gladio omnia corruerent,aurum,argentum,ęs,&ferrum domino consecrata fuerunt, neq; licebat q̄quam sibi reseruare,Iosu.6 c.d. Qui de Anathemate accepisset,iubet deus comburi,Iosu.7 c. De Anathemate aliquid auri,& argenti acceperat Acham,quem iratus deus iubet lapidari, Iosu.5 a.d. Anathema sit, qui Christum negat,1. Corin.16 d. aut docet per aliud saluari nos posse

quam per Christū,gala.1 b. Anathema esse pro fratribus suis optat Paulus,roma.9 a.

¶Ancilla

Ancillæ Iudæorum ex peregrinis erant,&alijs nationibus,non autem ex fratribus, ac possidebantur vt iumenta,leuit.25 f. Ancilla Agar iubetur sub manu dominæ suæ humiliari,gen.16 c. Ancillas suas dant marito suo Rachel & Lia,ex quibus suscipiūt liberos,gen.30 a. Cum ancilla dormiens coitu seminis,leui.19 e. In ancillam quæ se vendidisset fratri suo Hebræo, anno septimo donabatur libertate,onusta frumento, gregibus,& vino,aut si manere voluisset,perforabatur ei auris,deu.15 c. In ancillam vendita filia, exo.21 b. Cum ancilla dormiens, quomodo puniendus, leuit.19 e. Ancilla nunciat ipsi Achimaas & Ionathan quid Chusai velit sciri a Dauide de consilio Achitophel,2.reg.17 d. Ad ancillæ vocem Christum negat Petrus,matt.26 g. mar.14 g. luc.22 g. Iohan.18 e. Ancillam se dicit Ruth ipsius Boos vulgari Hebræorum sermone,ruth.2 c. Ancillā Heli sacerdotis se dicit Anna humilis & afflicta, qui eā ebriā dixerat, 1.reg.1 c. Ancillā Dauidis se dicit Abigail, vt pedes seruorū lauet,1.reg.25 g. Ancillam domini se esse cōfitetur Maria,luc.1 d. Ancillæ filij non sunt Christiani,gala.4 d.

¶Andreas

Andreas Iohannis Baptistæ discipulus, sequitur Christum,adducens fratrem suum Petrum ad ipsum,Iohan.1 f. amboq; vocantur,matth.4 c.

¶Andronicus

Androni-

Andronicus Oniam ſacerdotem interficit, 2. mac 4 c. Andronicus occiditur, 2. mac. 4 f.

¶Angelus.

nia & gloria subtypo Iesu sacerdotis, zach.3 a. Christi mors prædicatur. Dani.9 g. Christi mors & resurrectio, psal.3. De Christi passione, zac. 13 c. Christi obedientia vsq; ad mortem, isa.50 b. Christus moritur. mat.27 f. Christus pro persecutoribus orat, luc.23 e. Idē facit & Stephanus, act.7 g. Christus moritur. mat.27 f. suam ostendēs charitatem. rom.5 b. semel & vnica morte satisfaciens pro peccatis nostris, rom.4 d.6 b. Heb.9 g. Isa. 53 d. vt credentes, vitam æternam haberemus. Iohan.3 b. & post hac ei viueremus, non peccato. 2. Cor.5 c. Christum crucifigunt Iudæi per ignorātiam, luc.23 e. act.3 d.1 corint.3 b. Christi descensus ad inferos. psal.15. vers.10. Resurrexit Christus, resurgentium omnium primitiæ, quem sequemur qui in aduentum eius credimus. 1 cor. 15 c. apoca.1 b. coloss.1 c. vt nos iustificaret, roma.4 d. Christi resurrectio. Psal.25. vers.11. Christi resurrectionis virtus, osee 6 a. Christus post resurrectionem, misericordiam patris, & eius veritatem annuntiat Iudæis & gentibus. Psal.56. Christi gratiarum actio pro admiranda eius a deo liberatione, Psal.39. ver.1. Christus nuntiantibus suam resurrectionem, occurrit, vtq; eam fratribus nuntient, præcipit, mat.28 b. Christus apparet Mariæ Magadalenæ post resurrectionem, mar.16 c. Christi quibus visus sit post resurrectionem. 1 Cor.15 b. Christus mortis & inferni victor, Osee.13 b. Christi triumphus. psal.67. vers.18. Christi exaltatio & humiliatio. Isa.52 b. Christus ascendit in cœlum, marc.16 d. luc.24 g. act.1 b. Christus sedet in dextera dei patris coloss.3 a. Heb.1 a.10 c. 12 a. actu.7 g. Christus perficit omnia in oībus eph.1 d. Christo regnante, sapientia huius seculi euacu

euacuata. Isai.33 c. Christus secundo apparebit, Heb.9 g. quo cum & apparebimus in gloria. col. 3 a. Christi iudicium. mat.3 c. Malac.3 b. sapien. 5 b. Christus inimicos suos occidi iubet. luc.19 b. Isa.63 a. Christo omnia subiecta. 1. corin.15 d. ephes.1 d. Heb.2 a. & in omnibus primatum tenet: colos.c. Per Christum data nobis a deo victoria peccati, mortis & inferni. 1 cos.15 g. Christus constitutus a deo super suam domum ecclesiam. corin.3 d. Hebr.3 b. Per Christum omnia pater reconciliauit sibi. col.1 c. Christum certo Venisse scribit Iohannes quem viderit & tetigerit. 1. Iohan.1 a. Christum induisse carnem nostram, testificantur super terram, baptismus eius, mors, sanguinisque eius effusio, & spiritus, quem moriens commendauit in manus patris, 1 Iohan.5 b. In Christum credentibus lætitia. isa.35 c. Vt ad Christum Accedamus cum vero corde & fide exhortatio. Heb.4 d.10 d. Ad Christum confugiendum. isa.11 a. Per Christum petentes quicquã a deo exaudiuntur. Isa.65 d. Iohã.14 b.16 c. Christus pro exemplo nobis proponitur. Philip.2 a. 1 petr.2 d. vt eum induamus, & sequamur vestigia eius rom.13 d. Vt Christum sequamur exhortatio. Heb.13 b. non vt temporalia possideantur, mat.8 c. luc.9 c. vt volebant qui constituturi erant eũ regem. iohan.6 c. Sicut Christus ambulauit, debemus & nos ambulare: si dicamus nos manere in ipso. 1 iohan.2 a. Christus corporalem suã præsentiam non semper futuram apostolis prædicit. mat.26 b. Christus ad consummationem vsque seculi futurus cum suis. mat.28 d. Christus a patre fidelium curam suscipit. zachar.11 a. Christus magna lenitate parauit sibi regnum, isa.42 a.

Chri-

Christi regnum æternum, Psalm. 71. vers. 5 Isa. 9 b. 32 d. 33 d. 65 d. Iere. 33 d. dani. 2 g. 7 g. luc. 1 c. gen. 49 b. In Christi regnum vocantur Israelitæ, michæ. 4 b. Christi potentiæ dilatatio. zac. 9 c. Christo & fidelibus impij non possunt nocere, Psal. 90. Christus se obijsse legationem suam, & docuisse quæ & quos volebat doceri, confitetur patri. Iohann. 17 b. euangelium annuntiauit, iam qui pereunt, sua culpa pereunt, Iohann. 3 d. duodecimo g.

Qui CHRISTVM non diligit, anathema sit, 1 corinth. 16 d. CHRISTVS Iudæis inseruiuit, declarans patrem veracem in suis promissionibus: inseruiuit & gentibus, patefaciens patris sui misericordiam, rom. 15 b. Per Christum Iudæis & gētibus accessus ad patrem, ephe. 2 d tertio b.

Christi nomina, Isaiæ nono b. Christus aduocatus noster. 1 Iohan. secundo a. Vultui dei apparens pro nobis in cœlis. hebræ. nono f. & intercedens semper pro nobis apud patrem. roman. octauo g. Christus agnus oblatus pro redemptione nostra. Iohan. primo e. apocaly. quinto c.

Christus Apostolus noster & pontifex. hebræ. secundo d. tertio a. Christus caput ecclesiæ, cuius principatus omnis in cœlis & in terra, Ephesi. primo d. quarto d. coloss. primo c. secundo b. Ose. primo d. Christus caput viri. 1 corinth. vndecimo a. Christus dominus. Mat. 12 a. Iohan. 13 b. Christus dux Israelis ex Bethlehem nasciturus, michæ. 5 a Christus expectatio gentiū. Isa. 51 b. Christus filius dei altissimi, luc. 1 c d. Christus filius hominis, matt. 8 c. 12 a. 24 c. 26 a. marc. 2. b. 9 c. 10 e. 13 e. 14 e. lucæ. 5 e. 9 c. 18 b. 22 c. Iohan. 8 e.

Chri-

Christus gratiæ & veritatis fons, zac. 13 a. Christus fundamentum ecclesiæ, apostolorum & prophetarum. 1 cor. 3 c. ephe. 2 d. Christus gloria & consolatio Israel, luc. 2 c d. Christus hæres vniuersorum, Heb. 2 a. Christi hæreditas, Psalm. 15 vers. 5. Christus iustus. 1 Iohan. 2 d Christus iustitia nostra, Isa. 45 b. 53 d. Christus lapis viuus angularis reprobatus a Iudæis ædificantibus, coniungens Iudæos & gentes in vnum populũ, mat. 21 d. luc. 20 b. 1 petr. 2 b. danie. 9 g. Christus promittit se liberatorem affuturum ecclesiæ quam redemit, Isa. 43 a. Christus lux vera, Ioh. 1 a. 8 d. 1. Ioh. 1 b. Christus magister noster vnus. mat. 10 c 23 a. Iohan. 13 b. Ioh. 2 f. Christus mediator noster 1 timót. 2 b. Heb. 8 b. 9 d. 12 f. Christus medicus peccatorum, mat. 9 b. marc. 2 c. luc. 5 f. Christus ostium per quod intratur ad vitam, Iohan. 10 b. Christus pastor bonus, Iohan. 10 b. Psal. 22. Ierem. 23 a. Christus factus pro nobis peccatum, confitetur conscientiæ terrorem & animi angustiam, psalm. 37 vers. 1. Christus petra, 1. corint. 10 a. Christus primogenitus inter fratres a deo adoptatos, roma. 8 f. Christus princeps pastorum, 1 pet. 5 a. Christus princeps regum terræ, apocal. 1 b. Christus ecclesiæ propugnator, zac. 14 a. Christus repropitiatio & reconciliatio pro peccatis nostris, roman. 5 b. 1 Iohan. 1 a. 4 c. Christus peccata remittendi potestatem habet, matt. 9 a. marc. 2 a. luc. 5 c. Christus vnius popul Christiani rex & pastor vnus atque æternus, Psalm. 2 zac. 14 c. Ezech. 37 g. 34 f. Christi regis & sacerdotis figura, zac. 6 c. Christus regem Iudæorum se esse cõfitetur, mat. 27 b. Christus saluator mundi, luc. 2 b. 1 Iohan. 4 c. Christus credentibus salus, Isai. 28.

d. Christus salus gentium,gen.49 b.Isai.49 b. Christus spes nostra,sapientia,iustitia,sanctificatio & redemptio.coloss.1 d.1 corint.1 d. Christus sponsus.matt.9 b. Christus verbum vitæ,Iohã. 1 a.1 Iohan.1 a. Christus via,veritas & vita, Iohan.1 a.14 a.1 Iohan.1 a.Isai.35 c. Christus virga siue flos de Dauid predicitur, & qualis rex sit futurus.Isa.11 a. Christus vitis,Christiani, palmites.Iohan.15 a. Christus vnctus,Psal. 44 vers.9. Isa.61 a. Christi infantuli fortitudine Damascus & Samaria expoliantur.Isa.8 a. Christi figura, Adam,rom.5 c. Christus domini,Saul,1 re.26 a. b.2 re.1 c. Christus dei, vnctus a deo in regem ipse Dauid,2 re.23 a. Christos venturos libertatẽ promittentes Iudæis ante eorum excidium,prædicit Christus.matt.24 a.

¶Christiani

Christiani primi dicti sunt Antiochenses.act.11 d. Christiani a deo docti,Isa.54 d. Christianorum puritas ob cognitum euangelium,Isaia 11 b. Christianorum gaudium ob liberationem suam per Christum, Isaiæ 9 a. Christianorum gratiarum actio, pro dei misericordia per Christum eis facta,Isaiæ 12 a.

¶Chusai

Chusai volentem sequi,remittit Dauid in Ierusalem,vt quicquid audiret de filio Absolom renuntiaret ei in campestribus latitanti.2 reg.15 g. Per Chusai deus dissipat consilium Achitophel, quo liberetur Dauid,& pereat Absalom,2 re.17 a b c. Chusai missis Achima & Ionatha, indicat Dauidi consilium Achitophel quale fuisset:simul vt fugiat hortatur.2 re.17 d e.

¶Chusanrasathaim.

Chusanrasathaim regi Syriæ seruiũt Israelitæ propter idololatriam, qui postea traditur a deo in manus Othonielis iudicis. iudic. 3 b.

¶ Chusi

Chusi a Ioab missus, nũtiat Dauidi victoriam de Absalom, & ipsum Absalom mortuum. secundo reg. 18 e f g.

¶ Cibus

Ciborum concessio præter suffocatum. gen. 9 a. Cibus Salomonis quotidianus. 3 re. 4 c. Cibos reliquias, saturata Ruth defert ad socrum suã Noemi, ruth. 2 d. Cibus immundus. leuit. 11 e f. Cibus omnibus licere vesci fidelibus, ostendit deus Petro per visionem. act. 10 b. rom. 14 a. Cibi creati a deo ad percipiendum cum gratiarum actione 1 tim. 4 a. Cibus sanctificatur per verbum dei quo credimus omnia nobis esse sancta: & per orationem. 1 timo. 4 b. Ob ciborum delectum nõ iudicandus frater: neque ob cibum occasio mali ei prædenda est. rom. 14 b d. A Cibis abstinere docentes, doctrinam dæmoniorum docent, 1 timo. 4 a. Cibus Christi. Iohan. 4 d. Cibatur Dauid famelicus cum populo in deserto prouidentia dei, 2 reg. 17 g. Cibaria iubet Iosuæ præparari, vt terram Chanaan ingrediatur. Ios. 1 c.

¶ Ciconia.

Ciconiam non comedebant Iudæi. deut. 14 b.

¶ Cinæi

Cinæi soceri Mosi, filij, habitant cum Iuda. iudic. 1 d. Cinæo misericordi pepercit Saul cũ iret contra Amalecitas. 1 reg. decimoquinto a. Cinæorum destructionem prædicit Balam, Numeri. vicimo quarto a.

¶ Cinis.

Cine-

Cinere aſperſa caput Thamar, ſciſſa veſte & manibus ſuper caput, dolet, clamat ſe eiici ab Amnone, poſt ſtuprum ſecum admiſſum. 2 reg. 13 d. Cinere capita aſpergebant veteres, in ſignum luctus, vt vides. Iudith. 4 d. eſther. 4 a. 14 c. Iob. 42 a. Ierem. 6 g. 25 g. Iohan. 3 b.

¶ Ciniphes.

Ciniphes in hominibus & iumentis. exo. 8 d.

¶ Circunciſus.

¶ Circunciſio

Circunciſus nullus fuerat per quadraginta annos, quibus fuerant Iſraelitæ in deſertis: idcirco illos q̃ nati fuerant in deſerto, tranſmiſſo Iordane, Ioſue præcepto dei, circuncidit. Ioſue quinto b. Circunciſionem præcipit Abrahæ & ſemini eius deus, quæ ſignum erat quod deus eſſet deus ipſorum, cui ſoli fiderent-gen. 17 b. Qui circunciſus non eſſet, occidendus erat. gen. 17 b. Circuncidebaẽ infãs octauo die. gen. 17 b. Circuncidit ſe Abraham, Iſmahelem, & domeſticos omnes. gen. 17 d. Circuncidit Sephora filiũ ſuum, filium Moſi, timens ſibi a deo. exod. 4 f. Circunciſio ſecunda ſub Ioſue facta, & quam ob rem. Ioſue quinto a. Circuncidi petunt doloſe Sichimitas filij Iacob antequã poſſint ipſis fœderari. geneſ. triceſimo quarto c. Circunciſio data patribus ante legem, in ſignum promiſſionis eis factæ. Iohan. ſeptimo c. Circunciditur Iohannes Baptiſta. Lucæ primo f. Circunciditur Chriſtus, nomenque Ieſus ei imponitur, Lucæ ſecundo d. Circuncidi non oportere gentes, ſcribunt apoſtoli, actu. decimo quinto e. Circuncidit Timotheũ Paulus, & quare. act. 16 a.

Non circuncidit Titum gentilem Paulus, & quare, galat. 2 a. Circuncidi Galatas cogebant pſeudoapoſtoli, & quare. galat. 6 c. Circuncidēdum præputium cordis. deut. 10 d. 30 b. Ad circuncisionem præputij cordis exhortatio, Iere. 4 a. Circuncisio cordis in ſpiritu, detractio omnium terrenarum cupiditatum a corde & mente fideliū: vt ſeruiamus deo, vera eſt circuncisio, rom. 2 d. Phili. 3 a. qua circuncisione nos circuncidit Chriſtus, coloſſ. 2 b. deut. 30 b.

¶Circunuenire

Circūuenit Labā ipſum Iacob. gen, 31 a. Ne Circunueniamus in negotio fratrem, 1 theſſ. 4 b.

¶Ciſterna

De Ciſterna fodiente in quam bos ceciderit. Exodi. 21 f.

¶Ciuitas

Ciuitas prima, Henoc, gen. 4 c. Ciuitas refugij, deut. 4 g. 19 a. Ioſ. 20. Ciuitas Dauid, quæ & arx Sion dicitur, 2 reg 5 b. 1 par. 11 b. Ciuitatis Ieruſalē portæ, Ezech. 48 d. Ciuitatis portio in terra promiſſionis, ezech. 48 b. 45 b. Ciuitas cuius habitatores abducti ſunt a fiducia in deū, & cōuerſi ſunt ad idola, iubetur a deo comburi, & ipſos habitatores occidi. deut. 13 c d. Hic Ciuitatem permanentem non habemus. heb. 13 c. Ciuitas ſupra montem poſita non poteſt abſcondi. mat. 5 b. Ciuitatis nouæ Ieruſalem viſio, apoc. 3 c. 21 a, cuius artifex & conditor deus. heb. 11 b.

¶Clamor.

¶Clamare.

¶Clamans

Clamantes ad ſe in afflictione reſpicit deus, deut. 26 b. 2 reg. 22 c. Clamantes ad dominum filij Iſrael,

rael,in angustijs exaudit deus.exo.3 b,14 e.1 re.9 e: Clamans ad dominum populus Israel, agnoscit peccatum & eruitur.1 reg.12 b. Clamare non cessant ad deum Israelitæ, tametsi dixisset se non liberaturum eos,confitentes semper peccata,& pœnitentiam agentes proijciendo idola,iudicum 10 c Clamãt ad deum Israelitæ ab ipso afflicti ob idolatriam,& liberantur ab eo,exod.2 d.iudicum.3 b.10 c. Clamat Moses ad deum pro filijs Israel, quos persequebatur Pharao,exo.14 d. Clamat Moses ad deum pro aqua,Exodi.17. b. Clamat ad deum Moses,vt dulcescant aquæ amaræ, exo. decimo quinto f. Clamante Samuele pro Israelitis ad dominum contra Philisthæos,exauditur,1 re.7 c. Clamat ad deum sitiens Samson, & dat illi aquas e dente molari maxillæ asini,qua mille viros occiderat,iudicum decimo quinto d. Clamantes inimici Dauid,a deo non exaudiebantur. 2 reg.22 d. Clamor Philistinorum vsq; in cœlũ ascendens,ob plagam maximam qua percutiebantur in natibus.1 re.5 d. Clamor peccatorum Sodomæ ascendens ad deum gene.18 c.19 c. Clamat ad dominum pauper,cui noluerimus mutuum dare,& vleiscitur deus,deutero.decimo quinto b. Clamãs pauper mercenarius,cui non redditur merces,ezauditur,deuterono.24 c. Clamor tollatur a nobis,ephe.4 g.

¶Clarificari

Vt Clarificetur verbum dei,orandum,secundo.d Thessal.tertio a. Clarificatum se Christus dicit, Iuda proditore adeunte Pharisæos, mortem suam propinquam prædicens, Iohannis decimo tertio d. Clarificari a patre apud homines per

homines per mortem & resurrectionem suam pe
rit Christus, Iohan. 17 a.

¶ Claudere cœlum

Claudit cœlum deus non dando pluuiam ijs q̃ nõ
fidunt sibi, deut. 11 b.

¶ Claudus.

¶ Claudico

Claudos & cæcos suos deos, id est idola prohibi-
tura ne Dauid Ierusalem ingrederetur, obijciunt
Iebusæi ipsi Dauidi, quos cum suis drjs claudis &
cæcis expugnauit, 2. regum 5 b. Claudicat Iacob
genes. 32 g. Claudus Miphiboseth, accusatur a
Siba seruo suo, 2. reg. 19 e. Claudũ ex vtero ma-
tris fide in Christum sanant Petrus & Iohannes,
actuum 3 a. Claudicare vtraq; parte, deũ Israel
cum idolis adorare, illi & idolis fidere, 3. reg. 18 d.

¶ Claues

Claues ligandi & soluendi promittit suis Christus
matt. 16 c. Claues dantur, Iohã. 20 f. Claues q̃d
Iohan. 20 f. Clauis Dauid, apocal. 3 b.

¶ Clauus

Clauo per tempora ipsius a Iahel fixo, occiditur
Sisara, iudicũ. 4 c.

¶ Clemens

Clemens siue misericors deus in quem vult, exo-
di. 33 d. 34 a.

¶ Cleopatra

Cleopatram Prolomæi filiam ducit vxorem A-
lexander, 1. mach. 10 e.

¶ Clerus

In Cleros, id est sortes, vocatosque ad sortem æter
næ hæreditatis ne velint dominari, præsbyteros
hortatur Petrus, sed sint exẽplar gregis, 1. pet. 5 a.

Cœna

¶Cœna

In Cœnis primos recubitus amant Pharisęi & salutationes, matt. 23 a. Cœnæ magnæ parabola, docet Christus, Iudæos seculi negotijs adeo fuisse implicatos vt euangelium recipere nequiuerint, ideo gentibus annunciatum, lucæ. 14 d. Cœna domini cum discipulis, matt. 26 b. marc. 14 b. lucæ 20 b. 1. cori. 11 e. Cœna dominica in mortis Christi commemorationem percipienda, 1. corin. 11 f. luc. 22 f. Cœnæ dominicæ ritum tradidit Paulus Corinthijs vt ipse a domino acceperat, 1. corint. 11 e. Cœnam dominicam cum tumultu agentes Corinthios, arguit Paulus, 1. corint. 11 d.

¶Cagitare

¶Cogitatio

Cogitationum hominis imaginatio mala ab adolescentia, & omni tempore, gen. 6 a. 8 d. Ne Cogitare quidem aliquid boni ex nobis possumus, 2. corint. 3 b. Cogitiones præparantur a deo, solus est qui facit quicquid vult, 1. reg. 2 a. Cogitationes quas facturi sumus nouit deus, deut. 31 f. Cogitationes cordis ne sequamur, prohibet deus sed tantum quod præcepit, numer. 15 d. Cogitatio impia qua cogitabant Iudæi aliqui non mutuum dandum pauperi fratri propter annum septimum proximum, in quo non licebat quæ mutuum dedissent, repetere, deut. 15 b. Cogitatio impiorum pacem sibi promittentium, id est, non timentium maledictiones dei, etiam si ambulent in prauitate cordis, deu. 29 c. Cogitauerat Dauid ædificare templū noi dei, & bñ eū cogitasse dicit deus. 3. re. 8 b

Cogitationes fideliū quales esse debeant, phil.4 b
Cogitemus pati licut & Christus passus est.1.pet.
4 a.

¶Cognatus

Elizabeth Cognata Mariæ virginis, luc.1 d. Inter cognatos & notos quæsitus puer Iesus, luc.2 g.
Cognati Pauli secūdum carnem, Iudæi, rom.9 a.

¶Cognoscere

Cognosci vult deus esse dominus, exod.7 c. Cognoscere deum solum, & quem misit Iesum Christum, per hoc vitam æternam habemus, Ioh.17 a.
Cognoscimus deum, si mandata eius facimus, 1. Iohā.2 a. Cognosci a deo, gal.4 b. Cognouit dñs qui sunt sui, 2.tīō.2 c. Cognoscit deus filios Israel in afflictione, eos videlicet esse quorum patribus promisisset terram Chanaan & semini eorum, exod.2 a. Cognoscere aliquem pro ei benefacere videtur vti scriptura, cum Ruth dicit: Vnde mihi hoc vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem? Et in fine capitis dicit Noemi. Sit benedictus qui cognouit te. Nisi loquatur de Ruth quod agnita sit a Booz propinqua, rut.2 b. d. Cognoscere vxorem, pro rem cum ea habere, vtitur scriptura, vt de Elcana legimus, 1.regum.1 c. 3.regum.1 a.

¶Coitus

¶Coiens

Coitus illiciti, & morte puniendi, leui.18 a. 20 b.c.
Coiens cum vxore patris, cum sorore sua, cum socru sua, aut cum iumento, maledictus. deu.27 c.d.
Coiens cum iumento, moriatur. exodi.22 c.

¶Colere

Nec colamus deos alienos. exod.22 e.

¶Colaphus

Colaphis cæditur Christus. matth.26 g.

Collecta

¶Collecta

Collecta siue collectio, aut contributio dñi, die septimo phase. deu. 16 b. Collectas pecuniæ in vsum pauperum sanctorum qua ratione velit fieri Paulus ostendit. 1. corint. 16 a. Ne collectas deserant, hortatur Paulus. hebræ. 10 c. Ad collectas faciendas in vsus pauperum, hortatur Paulus, ro man. 51 f.

¶Colloquia

Colloquia mala mores bonos corrumpunt. 1. corint. 25 c.

¶Coluber

Dan Coluber in via, genes. 49 c. In Colubrum versa virga Mosi. exod. 4 a. 7 d.

Columba

Columba emittitur ex arca. gene. 8 b. Columbę corporalis specie descendit spiritus sanctus in baptizatum Iesum. matth. 3 d. marc. 1 b. lucæ. 3 d. Iohan. 1 c. Columbas & cathedras ementium & vendentiũ in templo dei, euertit Christus. matthæ. 21 b. marc. 11 b. Iohann. 2 c. Columbinam simplicitatem exigit Christus in suis discipulis, matth. 10 b. Columbinum stercus comeditur in Samatia vrgente fame. 4. regum 16 f.

¶Columna.

In Columna nubis præcedebat deus per deserta populum suum, vt ostenderet viam per diem, & in columna ignis per noctem. exod. 13 d. In Columna nubis apparet deus Mosi, deuteron. 31 d. Columnarum tabernaculi forma. exodi. 27 c. Columnarum ænearum templi Salomonis forma. 3. regum 7 b. 1. para. 17 c.

¶Coma

Comam nutrire, mulieri decoꝝ esse docet natura,

viro ignominiosum. 1 corint. 11 c. Coma nõ attondenda in rotundum in gratiam defuncti, Leuitic. 19 f. 21 a.

¶Comburere

Comburunt omnes vrbes Beniamin Israelitæ, ob peccatum contra naturam ab eis perpetratum, iudicum. 20 g. Comburitur Hai. Iosue. 8 d. Comburit Iosue vrbem Asor, Ios. 11 c. Comburitur Iericho, & omnia quæ in ea erant. Iosue 6 e. Cõburitur turris Sichem, cum 1000. hominibus. iudi. 9 f g. Comburenda filia sacerdotis fornicans, leuit. 21 b. Comburendus qui supra vxorem filiam matrem eius duxerit, leuit. 20 c. Comburi iubet deus, qui contra dei voluntatem accepisset de anathemate, Iosue 7 c. Comburuntur Achan lapidatus, & omnes filij, & filiæ, & armenta & c. Iosue 7 d. Conburuntur a deo qui murmurauerant contra ipsum. num. 11 a. Comburit seipsum Zambri, 3 re. 16 d. Comburi omnes aras, omnia idola omnes lucos idololatrarũ præcipit deus. deut. 12 a. Combussit simulachra idolorum pius Asa. 3 reg. 15 c. Comburitur Baal. 4 re. 10 f. Con comburendi filij in honorem deorum, more gentium, deutero. 12 d. Comburit Absalom segetem Ioab, & quare, 2 re. 14 g. Comburitur vxor Samson a Philistæis, quod ipse illorum segetes combussisset iudic. 15 b. Comburuntur libri eorum, qui curiosa sectati fuerant, actuum. decimo nono a. Comburunt corpus Saulis, filiorumq; : & ossa sepeliũt habitatores Iabes Galaad, 1 re. 31 d.

¶Comedere

Comesturos carnes filiorum Iudæos prædicit deus, si non obedierint verbo ipsius, Leuitic. vicesimo sexto e. Deuteronomij vicesimooctauo f.

1 R: 9: De Samuele [illegible]

Non

Non comedenda morticina.deute.14 c Comedere & lætari præcipit deus Iudæis & offerre hostias in terra promissionis & nō alibi, in vna tribuum ipsorum,in tribu Leui.deut.12 b Vt comedamus & saturemur dat deus frumentum,vinum & oleum diligentibus se,deut.11 b Comedit & bibit coram domino in Silo Elcana cum familia adorans dominum.1.reg.1 b Nō comedit Anna,sed flet audiens sibi exprobrari sterilitatem,quā consolatur maritus.1.re.1 a Antequam comederet populus,benedicebat Samuel sacrificio.1.reg.9 b Ne comedat & bibat propheta in domo impij Ieroboam prohibet deus, neque in domo alterius cuiusquam.3.re.13 b Comedēdum in loco quem elegerit dominus.deut.12 a Comessationes virā dæ.prou.13 b Postquam comederunt & saturati fuerunt Israelitæ,conuersi sunt ad deos alienos, tribuentes eis quod a deo accepissent, deutereno mij 31 e.

¶Commodare

De commodato lex. exo.22 c Commodandum fratri id quo indiget,sine vsura.deut.23 d Commodatus dicitur Samuel domino, traditque Heli sacerdoti in ministerium quandiu esset ipse Samuel in ministerio.1.reg.1 d.2 d

¶Commotio

Cōmotio in Ierusalem, ob Christi in eam ingressum.mat.21 b.mar.11 b.luc.19 g.

¶Communis

¶Communio

Communes manus, Marcus non lotas intepretatur,marci septimo a Communio rerum omnium erat fidelibus primis.actu.2 g Communionis membrorū Chri gratia & iucūditas.psal.132.

Commu-

Communicare Christi passionibus quid, 1. pet. 4 c
In Communicatione, fractione panis, & orationi
bus perseuerant primi fideles, actu. 2 g.

¶Complacere

Complacens deo Dauid liberatus est ab inimicis,
2. regum 22 b. Complacuit sibi deus in solis Isra
elitis, suo tempore, nec aliam gentem assumpsit
sibi in populum. deut. 10 c.

¶Complantatus

Si complantati sumus Christo, mortui peccatis, si
mul cum illo resurgemus, roma. 6 a.

¶Conchæ

Concharum tẽpli Salomonis fabricatio. 2. pa. 4 b.

¶Concipere

Concipit Elizabet Iohannem. lucæ 1. Concipit
Maria Iesum, luc. 1. Concipit Bethsabee ex Da
uid, 2. regum 11 a. Conceptum dat deus ipi Ruth
Ruth 4 d.

¶Concordia

Concordia, res firmissima, proue. 18 d. Concor-
dia viri & mulieris deo & hominibus grata, ec-
cles. 25 a. Concordia fratrum deo & hominibus
grata. eccī. 25 a. Ad concordiam exhortatio, ro-
ma. 12 a. 15 b. 1. corin. 1 b. 2. cori. 13 d. Ad Concor
diam inter fideles seruandam, propria dona singu
lis impartitus est spiritus dei, 1. corin. 12 d. Cõcor
diam inter fideles, sacrificijs anteponit Christus,
matt. 5 d.

¶Concubina

Concubinã vocat vxorem scriptura, vt de vxore
cuiusdam Leuitæ videmus, iudic. 19 f. & 20.
Concubinarum filijs (quæ veræ quidem vxores
erant, sed non dominæ) largitur Abraam munera
eosq; separat ab Isaac, genes. 25 a. Concubinas
& uxores accipit Dauid in Ierusalem, 2. reg. 5 c.

Concubi

Concubinæ Salomonis 300. 3 reg. 11 a. Concubinas decem quas in Ierusalem reliquerat ad custodiendam domum, cum quibus concubuerat Absalon, inclusit Dauid usque ad diem mortis suæ, 2. reg. 20 a.

¶ Concupiscere

Non concupiscenda uxor proximi, & quicquid illius est. deut. 5 b. Non concupiscendum quicqd quod sit proximi, exod. 20 c. Concupiscit carnes populus, & punitur. num. 11 a b g. Concupiscētiæ sepulchra, num. 11 g. Concupiscētiam peccatum esse dicit lex. rom. 7 b. Concupiscētiæ remanent in iustificatis. ro. 6 b. A concupiscentia propria tentatur unusquisque. Iacob. 1 b, eaque parit peccatum Ex concupiscentijs nostris nascuntur bella. Iaco. 4 a. Concupiscentia malorum uitanda. 1. cor. 10 b. Ne concupiscamus quæ sunt fratris. 1. thes. 4 c. Concupiscentiæ erga quæcunque mundi, suffocant in nobis uerbum euangelij. marci 4 b.

¶ Condemnatio

¶ Condemno

Cōdemnationem uitæ alienæ curiosam prohibet Christus. mat. 7 a. Non condemnat qui misericors est. mat. 12 a. Cōdemnatio in omnes homines peruenit per unius Adæ delictum, roman. 5 d. Condemnatio nulla ijs qui sunt in Christo Iesu, roman. 8 a. Condemnare electos nemo potest, cū Iesus Christus mortuus sit pro eis, rom. 8 g. Cōdemnabunt Iudæorum gentem Niniuitæ, & regina Saba una cum Christo, matthæi 12 d. lucæ 11 d Conditio omnium eadem. sapient. 7 a.

¶ Confidere

¶ Confidenter

Ad con-

Ad confidēdum in medijs tribulationibus, exhortatio Christi, Iohan. 16 g Confidenter habitabit Israel, deut. 33 d Confidenter habitauerunt Israelitæ quandiu soli deo seruierunt, 1. reg. 12 c Confidētes Israelitæ in arca dei, quam impij sacerdotes Ophni & Phinees attulerant in castra, occidūtur, & arca capitur, 1. reg. 4 b c.

¶ Confirmo

Confirmat deus sermones suos & promissiones si ambulauerint iuxta præcepta ipsius, illis quibus aliquid promiserit, 3. reg. 2 a

¶ Confiteri

Confitetur domino, siue laudat dominum Lia, q̄ conceptum dederit ei, gen. 29 d Confitetur Pharao deum esse iustum, se autem impium cum populo suo, exod. 9 f Confitetur Iethro deum Israelis, esse solum verum deum, exo. 18 c Confitetur Naaman sanatus a lepra deum Israel esse solum verum deum, 4. reg. 5 d Donec confiteamur peccata nostra ipsi, tandiu affligit nos deus. leuiti. 26 f Confitentur peccatum Israelitæ post plagas, numer. 21 b Confitetur Achan peccatum suum ipsi Iosue, Ios. 7 c Confitetur deo peccatum pōpuli Moses, quod condonari ei orat vehementissime, exod. 32 g Confitentur Israelitæ peccatum suum deo, quod ipso relicto seruierint idolis: petentes assidue ab eo auxilium, & liberantur. iudicum 10 b c Confessio peccatorum, præcepta Iudæis sacerdotibus, leuit. 16 e Confessionem peccati exigit deus, antequam expiari possit, num. 5 a. Confitentur Israelitæ deo se peccasse. 1. reg. 7 b Confessio peccati ad deum. 3. reg. 8 e Confessio vera. iere. 14 d. daniel. 9 b. baruch 2 b Confitentur peccata qui ad gregem Christi accedunt, matth. 3 a.

Con-

Cõfitentur actus suos multi ex credẽtibus q curio sa sectati fuerãt.actu.19 d.Si cõfiteamur pctã nostra,fidelis deus remittet iuxta promissiõem.1.Iohan.1 d.Confiteamur alterutrum pctã nostra, & oremus pro inuicẽ,iaco.5 d. Qui confitetur Iesum esse Christũ,deus manet in eo.1.Ioh.4 c.Confiteri Iesum esse Christũ,est donũ dei.mat.16 c. Confiteri palã Christũ non audent Iudæoꝝ principes,ne a pharisæis excõicentur.Ioh.12 f. Cõfiteri Christũ corã hoibus qui erubuerint,illorũ pudebit & Christũ corã patre.mat.10 d.Cõfitentes Christũ nosse, opibus aũt negantes.tit.1 d.Confessio spei nostræ sit indeclinabilis.heb.4 d.10 d.Cõfitẽtibꝰ noĩ suo & cõuersis ad se parcit deus.3.re.8 d.Cõfessionem dei,& laudem inter gentes futuram prædicĩ,post susceptum ab ipsis euangelium,2.reg.22 d.

¶ Conflatile

Conflatiles deos ne faciant Israelitæ, prohibet deus.exod.34 c.leuit.13 a

¶ Conformis

Conformes fiunt imaginis filij dei,qui crucifiguntur cum eo,seipsos abnegantes.rom.8 f

¶ Confortare

Cõfortat deꝰ regẽ Eglõ,& roborat aduersus Israelitas idololatras.iudic.3 b. Cõfortaĩ Dauid i deo, visa Siceleg succẽsa & populo in ipm cõmoto. 1. reg.30 b. Vt cõforteĩ & robustus sit.i.nihil timeat aduersarios Chananæos,exhortaĩ deꝰ Iosue. Ios. 1 b.31 b f.Confortãtur manus Gedeonis audiẽtis castra Madianitarꝝ futura sua.iudic.7 c, Vt cõfortẽĩ fidẽdo dei promissioi veraci,exhortaĩ Moses Israelitas.deu.31 a.Cõfortat deꝰ Paulũ corã Nerone.2.tim.4 d. ¶ Congregari

Congregari ad populũ pro mori, & sepeliri. gen.

85 a.49 a.nume.20 d.

¶Coniugium

Coniugij confirmatio. gene.9 a. Coniugij sanctitatem docet Tobiam angelus Raphael. tob.6 d. Coniugatis & viduis vtile esse dicit Paulus si exemplo suo contineant, cori.7 b. Coniugati nuper, absoluuntur primo anno a muneribus publicis, deut.24 a b.

¶Coniuratio

Coniurationis accusat suos Saul, & Achimelech sacerdotem, 1 reg.22 b c. Coniuratio Absalon 2 reg.15 b. Coniuratio Zamri, 3 regum 16 c.

¶Connubium

Connubium commendatur, heb.13 a

¶Conqueri

Conqueritur Moses deo, quod non statim liberauerit populum, exodi 5 d. Conqueritur Iosue coram deo, populum Israelem ab aduersarijs superari, Iosue 7 b

¶Conscientia

Conscientia impij semper pauida: iusti autem secura, prouer.28 a Conscesentiæ trãquillitas optabilis, prou.15 b Conscientiæ lætæ commendatio prouer.17 d Conscientiæ, verbo euangelij erigun tur, proue.12 d Inconsciẽtiæ syncerę testimonio Pauli gloriatio, 2 cor.1 c Vt conscientiam bonã habeat Timotheus, hortatur Paulus, 1. timot.1. d. Conscientiæ pacem dat fides in Christum, ro man.5 a Qui conscientia reclamante vescitur aliquo cibo damnatus est, quia non ex fide. rom. 14 d De conscientia fratrum infirmorum in fide non putantium sibi licere vesci quibusliber cibis, non lædenda, 1. Cori.8 b d.9 f. Etsi conscius sibi nullius fraudis sit Paulus, tamen hinc non audet se iu-

se iustum iactare,1.corint.4 a

¶Consecratio

Consecratio Aaron sacerdotis & filiorum eius,leuit.8 a Consecrationis sacerdotum modus, exo.29 a Consecratio leuitarum,num.8 b Consecratorum siue Nazaræorum lex,num.6 Consecrauerunt manus suas deo Leuitæ,& oblationes deo obtulerunt interficientes idololatras,exod.32 f Consepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem,roma.6 a

¶Consilium

Consilium iuuenum secutus Roboam,populo dura respondet, propter quod deficit ab eo populus Israel,3 reg.12 b c Consilium Achitophel tímēs Dauid.orat vt dissipetur a deo,2 reg.15 g Absque consilio gens Iudæorum,& sine prudentia,nō præuidēs interitum suum ob adorata idola,deu.32 d Consilio dei quo omnia reguntur,nemo potest resistere,prouer.21 d Consilium dei extra hominis potestatem,tobiæ 3 d Consilia dei nemo nouit,rom.11 d Consilio dei, populus audita dura responsione Roboam,deficit ab eo,& sequitur Ieroboam, 3 reg. 12 c d Consilium dei (quod est euangelium) vt annunciaret Paulus, nihil subterfugit,actu.20 f Consilium Pauli de virginitate & iterando matrimonio.1.cor.7 e g Consilium Phariſæorū & Herodianorum vt Christum perdant,matt.12 b.mar.3 a.luc.6 b Consilio suo excogitauit Ieroboā,vt duos vitulos aureos conflaret,& in Dam & Bethel poneret,quos tanquā deos coleret populus,3.re.12 f g Consiliū impiū Iezabelis in Naboth,3.reg.21 b Consilia hoīm dissipat deus,psal.32 vers.10 Consilia propria nō se quenda, prouer.23 a Consilijs proprijs innitenti

I bus mi-

bus minatur dominus.ezech.11 d Consilium senum, item iuuenum datum ipsi Roboam, tertio regum duodecimo b Consilium humanum nihil potest contra dñm.psal.trigesimosecũdo. ver. 11.Isaiæ.19 b Consilium malum consultori pessimum,eccl.27 d Consilium Achitophel,tanquã verbum dei habitum.2.reg. 16 d Consulit Achitophel nocte irruendum super Dauidem cũ duodecim millibus:quod consilium deus ipse p Chusai dissipat,dans aliud quo pereat Absalon ipse, 2.reg. 17 a b c Consilijs Noemi vtitur Ruth, ruth.2 d.3 a d

¶Consolari

¶Consolator

Consolator humilium & afflictorum deus.2.corint.1 a.7 b Consolatur deus ipsum Iacob, custodem se illius futurum promittens ubique, gen. 28 c.46 a Consolatur Ioseph fratres suos pauidos & timentes.gen.45 a b.50 d Consolat Dauid Bethsabee ob filium mortuum.2.reg.12 f Cõsolatio Israel Christus,luc.2 d Consolatur Christus suos, aduersus externam persecutiõem.Ioh. 15 c Cosolatur Christus apostolos mœstos & tristes ob futuram eius mortem.Ioh.14 a Consolatio æterna data Christianis.2.thes.2 d Consolationis & misericordiarum deus,deus noster est. 2.corin.1 a Consolatur Paulus, & precatur eos quibus euangelizat.1.thes.2 c Consolemur inuicem,maxime pusillanimes.1.thes.4 d.5 c Consolatur Ionathas Dauidem in deo,testificãs ei deum non derelicturum ipsum,& nõ traditurum in manus Saulis,verum certo constituturum in regẽ secundum promissionem.1.reg.23 c Vt consolarentur ipsum Hanon miserat Dauid seruos: quos

ille

ille ignominia affectos remittit.2.reg.10 a b c d. quam ignominiam vlciscitur Dauid

¶Conspectus

In conspectu dei apparebant Israelitæ quando in vnum congregabantur in loco quem elegerat deus, vt illic sacrificarent hostias, & audirent verbū dei ex ore Leuitarum.deut.31 c

¶Conspui

Conspuitur Christus, matth.26 g.27 d.marc.14 d luc.22 f

¶Constellationes

Constellationes syderum non esse metuendas, Ierem.10 a

¶Consuetudo

Consuetudo malī indelebilis, prou.22 b Consuetudo sapientum, sapientes facit.prou.13 d Cōsuetudo assidua fastidium parit.prou.25 c

¶Cosulere

Consulitur deus quem velit accipere in regem ex filijs Saul.1.reg.10 d Consulūt dñm Israelitæ flētes & ieiunantes vsque ad vesperam, petentes an tertio præliarentur contra Beniamin.iudic.20 c d Consulūt dñm viri quinq;,missi e tribu Dan exploratores, vt inuenirent locum tribui Dan inter reliquas tribus.iudic.18 b.Consulūt deū Israelitæ quē uelit p̄fici in ducendis bellis.iudic.1 a Cōsulturi deū, olim adibant prophetas.1.reg.9 d Consulit Iosias dñm per prophetissam Holdam.4.reg.22 c Consultus a Dauide dñs rñdet eos quos ipse liberasset, Ceilas s.tradituros ip̄m Sauli, nisi fugeret.1.reg.23 b Consulto bis dño, Dauid liberat Ceilam a Philisthæis.1.reg.23 a Consulto dominō ascendit Dauid in Hebron,2.regum 2 a Consulit dominum ipsa Rebecca grauida gene.25 e.

Consulenti Sauli dominū contra Philisthæos non respondetur quicquam,1. reg.14 f Consulit David dominum an præliaturus sit contra Philisthæos,2.reg.5 c d. Consulit Beelzebub Ochosias infirmus,4.reg.1 a.

¶Consummatio

De consummatione rerum omnium prophetia Sophon.1 a

Contemnere deum

Contemnentes deum, non fidentes ei, & aliter q̄ præceperit, facientes, erunt ignobiles,1.reg.2 f.

¶Contentio

Contentionem inter pastores suos & pastores fratris sui Lot ortam cupiens sedari Abram,separatur a fratre,gene.13 b Contentio & æmulatio, opera tenebrarum,roma.13 d Vbi contentio & æmulatio.ibi omne opus prauum,iaco.3 d Con Contentiones fugiendæ,1.cor.1 b.11 c Contendere non solet ecclesia,1.corin.11 c Contendere verbis episcopum prohibet Paulus,2.tim.2 b.Nō contendendum cum deo,sap.12 b

¶Continere

Qui continere se non possunt,contrahant matrimonium,1.cor.7 b

¶Contristare

Ne contristemus spiritum sanctum, quem dedit nobis, ephes.4 f Contristatos epistola sua fuisse Corinthios gaudet Paulus, & quare, 2. corint.7 b

¶Contritio

Contritiones mortis,2.reg.22 a

¶Conuertere

Conuertitur homo in alium hominem per spiritū dei,1.reg.10 b,Conuertitur deus ad Israelem memor

mor promissionum suarum ad Abraham,4.reg. 13 d Conuertit deus populum suum ad se per tribulationes,vt audiat vocem suam.deut.4 e Cõuerti ad deum toto corde,3.reg. 8 e Si conuertamur ad deum toto corde & anima,conuertitur & ipse ad nos,deut.30 b Vt conuertantur ad dominum toto corde,soli ei seruiendo & fidendo,hortatur Samuel populum, 1. reg.7 a Conuertit deus nos errantes, de tenebris ad lucem euangelicam, & ad Christum.1.pet,2 d.3.reg.18 f.vide Cor. Ad conuersionem ueram adhortatio, ioel. 2 c Conuersis ab impietate promittitur misericordia,Isa. 55 b Nisi conuertamur,& efficiamur velut paruuli & infantes, humiles demittentes nos: non possumus regnum cælorum ingredi & euangelium suscipere,mat.18 a.mar.9 e.luc. 9 f Conuersi Thessalonicenses a simulachris, vt seruirẽt deo viuo & vero,1.thes.1 d Conuersis ad se,& confitentibus nomini eius parcit deus, 3.reg.8 d

¶Conuersatio

Conuersatio gentium ante datam eis Christi cognitionẽm,1.pet.4 a.ephes.2 a De cõuersatione nostra vana redemit nos Christus,1.pet.1 d.Cõuersatio Christianorum bona,dicitur a Paulo hostia fidei & sacrificium.phil.2 c Couersationis Christianæ summa,phil.4 b Conuersatio Christianorum in cælis est, illuc assidue suspirantium, phil.3 d Conuersatio nostra sancta sit & bona, inter eos maxime qui non norunt verbum dei,& quare.1.pet.2 c.2.pet.3 c Conuersationem apostolorum considerantes, imitemur fidem eorum, hebr.13 b.

¶Conuiuæ

¶Conuiuium

Conuiuæ quales admittendi. eccī 9 d. Conuiuio rū impietatē Iob in ſpū vidēs, pro filijs cōuiuātib. ſolicitus ſacrificat. Iob 1 a. Cōuiuiū celebrat Abraham die ablactatiōis filij ſui Iſaac ge. 21 a. Cōuiuiū celebrat Iſaac ipſi Abimelech. gen. 26 g. Cōuiuiū celebrat Laban in die nuptiarum filiæ ſuæ. ge. 29 c. Conuiuium iubet Ioſeph parari fratribns. gen. 43 c d. Conuiuium celebrat ſalomon vniuerſis famulis poſt acceptam ſapientiam a deo, 3 re. 3 c. Conuiuium cœlebrat Abſalom in tonſione ouiū ſuarum, in quo occidit Amnonem. 2 re. 13 e. Cōuiuium Pharaonis in die natalis ſui, gen. 40 d. Conuiuium celebratur in die nuptiarum Samſonis, iudic. 14 c. Conuiuium celebrat Dauid ipſi Abner, 2 re. 3 d. Conuiuium celebrat Adonias fratribus occupans regnum patris. 3 reg. 1 a b. Ad conuiuium timentes deum inuitat Tobias. to bi. 2 a. Ad conuiuia inuitati, poſtremum locum occupent, & quare. luc. 14 b. Conuiuium Chriſto parat Matthæus in domo ſua mat. 9 b. marc. 2 c. luc. 5 f. Conuiuia a fidelibus ob pietatem fieri vult Chriſtus, pauperes & debiles etc. inuitari volens. luc. 14 c.

¶ Cooperari

Cooperabatur Chriſtus, apoſtolis prædicantibus euangelium, eorum ſermonem confirmans miraculis, marc. 16 d.

¶ Coquere

Coquere cibos in ſabatho fas non erat, Exodi. 16 c.

¶ Cor

Cor fulcitur pane iudic. 19 b. Cor hominis prauum, ierem. 17 b. gen. 6 a. 8 d. In cordis prauitate ambulare. deu. 29 c. Cordis incircunciſio. iere. 9 g.

Cordis

Cordis præputiũ circuncidendũ.deu.10 d. Cordium intima nouit deus,eaq; probat, & penitus inspicit.1.re.16 b.3 re.8 d.actu.15 b.1 Thess.2 a.1 ioh.3 d.apoc.2 e.eccl 23 c.Ierem.17 b. Cordium consilia reuelabit deus in die iudicij,1 cori.4 a. Ex cordis abundantia os loquitur, Lucæ.sexto g.

Cor bonum bona loquitur,prauum praua.matt.duodecimo c. De corde exeunt malæ cogitationes,homicidia & c.quæ hominem sordidum reddunt,non autem quod in os intrat mar.25 b. mar.7 b. Corda gentium ab idololatria purificata p fidem,actu.decimoquinto b. Cor nostrum circuncidit deus, & aufert ab eo omnem fiduciam quam habemus erga externa,vt illum ipsum solum diligamus,deuteron.triceſimo b. Cordis innouatio a deo,vt in præceptis eius ambulemus, ezechiel.vndecimo d.36 f.Ierem.viceſimotertio f.3 reg.decimooctauo f Vt corda populi inclinet ad se,orat Salomon deum,3 regum octauo f.

Cor Saulis immutauit deus, & cum alijs deo cecinit laudes,1 reg.10 b. Cordis fides,est ad iustitiam,roman.decimo b. Cor a deo aperiri oportet prius, quam quis intendat verbis prædicantium euangelium,actuum decimosexto c. In cordibus fidelium leges suas scripsit deus iuxta promissionem.heb.octauo d.decimo c. Qui corde puro, conscientia bona,& fide non ficta diligit,is summam totius legis habet.1 timo.1 a.1 pet.1 d. Cor nostrum est,vbi est thesaurus noster,matth.2 c. Cor nostrum nos non reprehendet ante deum,si opere & veritate dilexerimus.1 Iohan.3 d. In cordibus nostris psalmos cantemus, hymnos & cantica,ephesi.quinto d. In corde nostro sit verbum dei,deuterono.sexto b.vndecimo c.

Cor annæ exultat in domino, ob beneficia sibi a deo collata.1 re.2 a. In corde orabat Anna perseuerando sine fatigatione petens filium: propter quod ebria æstimatur.1 regū 1 b. Corde resurrectio Christi credenda a nobis, vt salui fiamus, ro. 10 b. A Corde, non a quantitate metitur deus dona quæ damus pauperibus, vt de vidua, marc. 12. d. luc.21 a. Cum Corde vero & fide accedamus ad Christum, heb.10 d. Vt corda nr̃a exhortetur deus, & confirmet in omni opere bono & patientia, orat Paulus, 2 Thessal.3 d.2 thess.2 d.3 a. De corde puro inuocare dominum 2.tim.2 d. Cor plenum immunditia habentes Pharisæi, ea non mundabant, sed pocula in quibus bibebant. mat.23 c. Super cordis Pharisæorum cæcitate flet Christus. marc.3 a. Ex corde remittendum fratri peccanti in nos, & pœnitenti, alioqui ira dei super nos, q̃ cuncta debita a nobis exiget. matth. 18 c. Corde toto quærendus deus, & inuenietur. deuteron. 4. d. Corde toto conuersis ad se, promittit deus misericordiam. deut.30 a.3 re.8 c. Cordis odium prohibetur. leuit.19 d. Corde toto & perfecto seruiẽdum deo. deut.6 c.10 c. 11 b.1.reg.12 d.2 par.28 b.
Cor Asa perfectum coram domino.3 reg.15 c.
Cor nostrum integrum & perfectum sit cum domino.3 reg.8 f. Vt corde toto seruiant deo, hortatur Rubinitas Iosue. Ios.22 a. Cordis nostri æquitati vel rectitudini ne tribuamus, quod deus det nobis vitam æternam. deu.9 a. In Corde suo pœnitentiam agere, & agnoscere peccatum.3 re.8 c. Cor suum aggrauare, nolle ad deum conuerti & confiteri ab eo esse punitiones.1 re.6 b.
Corde toto ambulandum coram deo, & misericordiam promissam præstabit.3 reg.8 c. Quod

Corde

Corde toto ambulauerit secum, laudat deus Dauidem. 3 re. 14 b c Corde perfecto ambulauit Ezechias coram deo. 4 reg. 20 a. Cor auersum a deo, quod seruit dijs alienis, & alij fidit quam vero deo deuteronomij 29 c. Cor salomonis auerterunt a deo mulieres idololatræ. 3 re. 11 a. Cor auertentibus a deo, vita breuis. deut. 30 d. In corde suo sibi benedicere, & non timere dei maledictiões. deuter. 24 c. Cordis contriti clamor ad deum, Psal. 100 29. Corde toto si cõuertamur ad deũ, cõuertitur & ipse ad nos. deut. 30 b. Corde toto vt reuertatur ad deum, id est vt ei soli seruiat, & fidat, hortatur Samuel populum. 1 re. 7 a. Corde toto conuersus ad deum Iosias. 4 reg. 23 e. Ad cor conuersis promittit deus misericordiam deut. 30 a. In corde ne dixerimus, propter iustitiam nostrã deum dedisse nobis vitam æternam. deuteron. 9 a. In corde nostro ne dixerimus diuitias nobis parasse, sed dei donum esse sentiamus. deuteron. 8 d. Cor docile & intelligens, vt regat populum, petit Salomon a deo. 3 re. 3 b. Ne cor in superbiam eleuetur, legat rex deuteronomium. deut. 17 d. Cor nostrum ne eleuetur, & obliuiscatur dei, vbi ipse dederit diuitias. deut. 8 c. Cordis gaudiũ prorogat vitam. eccl 30 d. Ne corda nostra grauentur crapula & ebrietate & curis huius vitæ, admonet Christus. lucæ vigesimo primo f. Cor Pharaonis induratur quo magis proponitur ei verbũ dei. exod. 9 g. Corda nostra inclinanda ad deũ fidendo ei soli, non alij cuicunq; rei. Iosue vicesimoquarto f. Cor intelligens quod beneficia & magnalia dei erga se cognoscat, dat deus ijs q obediunt præceptis suis. deuteronomij vicesimo nono a. Cordibus inobedientium verbo suo pauo

rem immittit deus. leuitic. vicesimo sexto f.
Corda Israelitarum inclinant Sichimitæ post Abimelec, quem in iudicem recipiunt, iudicum 9 a.
In cordis lætitia deo seruiendum, deuter. 28 c. Cordis latitudinem &c. vide Latitudo, 3 re. 4 d. Cor Chananæorum liquefit in aduentu Israelitarũ, auditis mirabilibus dei, Ios. 5 a. Cor Israelitarũ liq̃fit, vidẽtium se superari ab aduersarijs. Iosue 7 a.
Ad cor Ancillæ suæ Ruth loquitur Booz, quando quæ ipsi Ruth placebant loquebatur, se nempe daturum ei victum famelicæ, ruth. 2 c. Cor ne obduremus, non dando mutuum fratri in paupertatem redacto. deut. 15 b. Cor pauidum dat deus non custodientibus præcepta sua. deut. 28 g. Cor Saulis expauit, audiens Philistæos contra se pugnare. 1 re. 28 a. Cor suum percutit Dauid post abscissam oram chlamydis Saulis, significans cõscientiam facti, & timorem quem habebat erga deum, indicans, 1 re. 14 b. Cordis sui plagam cognoscens, & manus ad deum tendens, exaudit Salomon, 3 re. 8 d. Vt corda sua ponant ad verba dei, hortatur Moses populum, deut. 32 g. Corda deo præparãda sunt, ipsi soli fidendo, si volumus erui, 1 reg. 7 a. Cor Sehon roborat siue obfirmat deus, vt illum tradat in manus Israelitarum, deu. 2 f. Cordis cogitationes ne sequamur, sed tãtum quod præcepit deus faciamus, num. 15 d. Corda simplicium seducuntur ab Absalom specie boni, 2 re. 15 c. In cordis simplicitate ambulauit Paulus. 2 cor. 1 c. Ex corde simplici diligamus, 2 pet. 1 d.
Corde simplici rapuerat Abimelec vxorem Abraham, arbitratus eam ipsius esse sororem, gen. 20 b
Cor vere pium describit prophera Psal. 103 Vt Cor Israelitarum tentaret & probaret an syncero ani-

animo ipsum diligerent, an propter cibum, circun duxit deus Israelitas per desertum, deutero. 8 a.
Cor Iosiæ terr ium, auditis sermonibus libri deuteronomij, 4. reg. 22 d. Quor Corda tetigerat deus sequuntur Saulē quē cōstituerat in regē. 1. reg. 10 d.
Cordis tristitia multos occidit, eccl 30 d. De Cordis custodia, pro. 4 d. Cor dei ad templū Salomonis, 3. reg. 9 a. Iuxta cor suum vir Dauidē quæsierat deus, 1. reg. 13 c. Cordis dolore tangi deum dicit scriptura nostro more loquens, gene. 6 b.

¶Coram.

Corā dño percutiunt Dauid & Ionathas fœdus, 1. reg. 23 c. Corā dño immolasse dicuntur victimas Israelitæ, q in loco ordinato a deo in Galgala sacrificauerūt, 1. reg. 11 d. Corā dño Elcana cū vxore dr adorare. i. in loco quē cōstituerat dns, vt illic sacrificaturus populus accederet, aut oraturus, 1. reg. 1 c. Sic Dauid legitur p cussisse fœdus cū senioribus Israel in Hebron corā domino. 2. reg. 5 a.

¶Core

Core increpatur a Mose, qd sacerdotiū sibi vēdicaret, siue q reret, nūe. 16 b. Core cum cohorte, deglutit terra, nūe. 16 e. Core filij, exo. 6 d. Core, Dathan, & Abiron rebellio sacerdotū sibi vendicātiū nūe. 16 a. b. ¶Coriarius

Apud Coriariū quendā hospitatur Petrus, act. 9 g

¶Cornelius

Cornelius qdā Centurio a deo monitus Petrū ab eo accersitū, & Christū ei euāgelizātē audit, & credit. act. 10 a. ¶Cornu

Cornu & potentia salutis nostræ deus. 2. reg. 22 a.
Cornu Christi & potentiam salutarem sublimauit deus, cum ipsum Christum misit, propter quē saluat omnes confidentes ei. 1. Regum 2 b.

Cornu

Cornu suum exaltatum dicit Anna in domino siue per dominum, qui dederat ei filium Samuelem vnde poterat inimicis audacter respondere & insultare, 1.regum 2 a. Cornua facit sibi Sedechias vide Propheras veros. 3. regu. 22 b. Cornuta Mosi facies, & splendens ex consortio sermonis domini. exod. 34 d. ¶ Corona

Corona vitæ promittitur ijs quorum tolerantia varijs tentationibus fuerit explorata, Iacob. 1 b. Corona iustitiæ reposita apud deum, quam reddat Paulo & ijs qui diligunt aduentum Christi. 2. Timot. 4 b. Vt Coronam regni cœlestis incorruptam feramus, nihil non faciendum nobis in hoc mundo, 1 corint. 9 d. Coronam gloriæ immarcessibilem accepturi qui bene pauerint gregē Christi, 1. petr. 5 b.

¶ Corpus

Corpus Christi ecclesia, ephe. 1 d. Corpus vnum sunt in Christo omnes fideles, rom. 12 a. Vt Corpus vnum simus, hortatur Paulus, ephes. 4 a. Corpora nostra membra sunt Christi, 1. corin. 6 d. Corpus domino consecratum est, non fornicationi 1. corint. 6 c. Corpus anima viuens gestandū prius a nobis est quam spirituale suscipiamus, 1. corint. 15 f. Vt Corpus nostrum seruemus purum & illibatum, hortatur Paulus, 1. thess. 4 a. Corporum nostrorum integritate glorificandus deus, 1. corint. 6 d. Corpus mortis vocat Paulus suum corpus, propter peccatum quod in eo mortem operatur, roma. 7 d. Corpus nostrum vocat Paulus tam externum quam internum, in quo non vult peccatum regnare, roma. 6 b. Corpus nostrum vocat Paulus vas fictile, 2. corinthio. 4 b. domum terrestrem, 2. corinthio. 5 a. Petrus autem

cum

cum Paulo,tãbernaculum, 2.corint.5 b. 2.pet.1 e. Dum in hoc corpore sumus, peregrinamur & semoti sumus a domino, & si per fidem eum conspiciamus,2.corin.5 b. In corpus proprium peccat fornicator,1.corint.6 d. Ab hoc corpore peregrinari,ab eouelli,fidelibus optabile,vt deo propius iungantur,2.cori.5 b. Ab hoc Corpore mortali,petit liberari Paulus,roma.7 d. Corpus suum modis omnibus subigit & castigat Paulus,1. corin.9 d. Corpus nostrum corruptibile,resurget incorruptibile,præfulgens multa gloria,idque reddet Christus simile corpori suo, 1.corinthi.15 f. g. philip.3 d. Corporum cęlestium gloria,alia quã terrestrium,1.corint.15 e. Corporalis exercitatio parum vtilis,dum exercetur corpus vigilijs, ieiunijs,laboribus, ne insolescat, at si quis in pietate & fide in deum se exerceat, vtilissimum,1.timothe.4 c.

¶Corozaim

Corozaim exprobrat Christus ipsius incredulitatem,matth.11 c.

¶Corripere

¶Correptio

Corripit dominus iustos in bonum. Tob.2 b.13 a. Corripit dominus quos diligit, 2.mach.6 c. Correptio fraterna, prou.25 d. 27 a. 29 a.eccl 19 b. 20 a. Corripientes Israelitæ fratres suos Rubenitas,& Gaditas,alligant exẽpla & afflictiones dei,quas inflixit derelinquentibus se, Iosue.22 d. Correpti Rubenitæ quam humiliter & amice defendunt innocẽtiã suam in eo de quo accusantur,ios.22 d.e. Quomodo Corripiendus sit frater peccans, gala. 6 d. Corripiendi cum modestia ij qui veritati resistunt ,2,timoth.2 d. Ad Correptionem nostram

scripta

scripta sunt quæ aduersa contigerunt Iudæis ,2.co rint.10 c.

¶Corruptus

Corrupta terra coram deo.genes.6 b.

¶Cortina

Cortinæ fabricatio in tabernaculo Mosi. exod. 36 a. ¶Coruus

Coruus emittitur ex arca. gene.8 a. Coruor⁹ ministerio pascitur Elias a deo.3.reg.17 a. Coruum non comedebant Iudæi,deut.14 b.

¶Costa

E Costa Adæ creat deus mulierem.genes.2 d.

¶Coturnices

Coturnices & man pluit deus. exod.16 c. Coturnices pluit deus populo Israel murmurãti pro carnibus.nume.11 g.

¶Cozbi

Cozbi fornicaria occiditur a Phinees,nũe.25 b.

¶Crapula

Crapulam vt fugiamus,monet Christus. luc.21 f.

¶Crassus

Crassus factus Israel &pinguis,reliqt deũ suum. deu.32 c. ¶Crastinum

In Crastinum non gloriandum. prouerb.27 a.

¶Creatio

¶Creator

¶Creare.

Creatio hominis . gene.1 d. eccī 17 a. Creator p creaturas cognoscendus. sapi.13 b. Creatoris potentiã ex creaturis docet Iob. iob 12 a. Creatoris laus ab operibus eius.eccī 43 a. Creatura rũ est dei voluntati optemperare. Isai.45 b. Creaturis vtitur dñs pro sua voluntate.Isai.45 b. Creaturis fidentes decipiuntur,Isaiæ.30 d. Ante Creaturam omnem

omnē, genitus Christus. colos.1 c. Creata sunt oīa dei voluntate, p̄ Christū. apo.4 d. colos.1 c. Creatura dei oīs, bona est, & nihil reñciendū aut immundū dicendū. 1.timo.4 b. Creatura oīs dat gloriā agno Christo. apoc.5 d. Creatura oīs vanitati subiecta est nō volēs, rom.8 d. Creaturæ expectatio, reuelationē filioꝝ dei expectet. rom.8 d. Creaturæ oī vt euāgelizēt, p̄cipit Christus apost. mat.16 d Creaturę vniuersæ p̄dicatū est euangeliū. colos.1 c. Creatura noua, sunt oēs per fidem in Christum renati, 2.Corint.5 d. gala.6 d.

¶Credere

¶Credulitas

Credat oportet is qui ad deum accedit, heb.11 b.d. Credere non possunt deo, qui de illo nihil audierūt roma.10 c. Credunt, qui denuo siue desursum & ex deo nati sunt, quiq; hoc a deo habent & eis datum est, matth.13 b.16 c. marc.9 b. lucæ.8 b. Iohan.1 b.3 a. 1.Iohā.5 a. quibus deus dedit sensum vt cognoscerent, 1. iohan.5 d. qui Christo dantur a parte, ab eoue trahūtur, & ab eo audierūt, iohā. 6 d.e. quos deus aduocat prædicantibus ministris actuum 13 g. dans fidem omnibus, actuum.17 g. quorum cor deus aperit vt intendant prædicatoribus verbi. actuum 16 c. qui ordinati sunt a deo, actuum 13 g. qui plantati sunt ab eo, matt.15 b. marc.7 b. qui semen sunt Christi. matthæ.13 e. qui docti sunt a deo. iohan.6 e. quibus ostium fidei apertum. actuum 14 d. Ex his vides dei donum esse, posse Christo credere. Vt credamus q̄d Iesus est Christus filius dei, vtque credentes, vitam habeamus æternam, scripserunt tam diligenter quatuor euangelistæ euangelium. Iohann.20 g.

Qui cre

Qui credens Ieſum eſſe Chriſtum promiſſum baptizatus fuerit, ſaluus erit, matt. 16 d. 1. Iohan. 5 c. Vt Credamus in ipſum qui lux erat, exhortatur Chriſtus, Iohan. 12 f. Credens Chriſto, in deum credit, & lumine Chriſti purgatus a vitijs, non manet in tenebris, Iohan. 12 g. Qui crediderunt, cū Chriſtum tamen non viderint in carne, beati ab ipſo pronuntiantur, iohan. 20 g. Credens Abraam promittenti deo filium, iuſtus ob id reputatur gene. 15 b. Credendo in Chriſtum, iuſtificamur a peccatis, nobiſq; remittuntur peccata, actu. 10 g. 13 f. gala. 2 d. Credentibus eſt Chriſtus perfectio legis ad iuſtificationem, rom. 10 a. Credens Ieſum eſſe filium dei, hic vincit mundū. 1. Iohan. 5 b. Credentibus datur ſpiritus ſanctus, eoq; baptizantur a Chriſto, ſignanturq;, quem ſpiritum, Chriſtus aquam vocat, matth. 3 c. iohan. 4 b. 7 f. ephe. 1 c. Credunt multi ex Iudæis ob ſuſciratum a Chriſto Lazarum, iohan. 12 b. Credendo ſolum deum, & quem miſit Ieſum Chriſtum, datur vita æterna, iohan. 17 a. Credentes qui eſſent, & in fide permanſuri eſſent, Chriſtus nouit, iohan. 6 g. Non Credunt Chriſto Iudæi, quia non ſunt ex ouibus ipſius, iohan. 10 e. Credunt Chriſto diſcipuli ipſius, aqua mutata in vinum, iohan. 2 c. Quod Credidiſſet Maria, beata ab Elizabeth dicitur, lucæ. 1 d. Credulitas apoſtolorum, iohan. 16 f. Credens toto corde in Chriſtum Eunuchus baptizatur, actu. 8 g. Qui Credit Chriſto, ſignat & teſtificatur deum eſſe veracem, & teſtimonium dei recipit, quo in baptiſmo & transfiguratione teſtificatus eſt ipſum eſſe filium ſuum, qui non credit, mendacem deum dicit, iohan. 3 d. 1. iohan. 5 b. Credentes, filij dei efficiuntur, iohan. 1 b. Credēti omnia

oīa possibilia.marc.9 d.deu.7 c. Credentes quæ signa sequantur ad confirmationem suæ prædicationis.mar.16 d. Qui credit Christo,non esuriet, neq; sitiet.iohan.6 d. Credens Christo non morietur in ęternū,id est nō condemnabitur,iraq; dei non manebit super eum.iohan.3 b.d. 5.d. 6 e. 11 d. marc.16 d. Credentibus lætitia,&honor.1.petri. 1 h.2 b. Isai.35 a. Credentes ingredientur in requiem dei.heb.4 a. Qui Crediderit,non confundetur,aut pudefiet.rom.9 g. 1.pet.2 a. Credentes in aduentū filij dei,cum illo sunt resurrecturi.1.corint.15 d. Credentes accedentes ad cōgregationē Christianorū, confitentur peccata sua. actu.19 d. Quia credit Paulus,loquitur cū fiducia veritatem euangelicā.2 corin.4 c. Non credētibus,Christus lapis factus est in offendiculum.1.pet.2 b. Etiam si non credamus Christo,fidelis nihilominus pmanet deus in suis promissionibus.2.timo.2 b. Non Credentibus &fidentibus signis q̄ fecerat Israelitis,iraſcitur deus.nume.14 b. Non credentes deo Israelitę,neq; vocē eius audientes,puniuntur.deu. 9 d. Vt crederet ipsum a deo esse missum ad liberandū populū,signa &miracula faciebat Moses quæ iusserat ei deus.exod.4 a.b. Credi vult deus Mosi,tanq̄ ei qui cum deo locutus sit, & solū dei verbum docuerit.exod.19 b. Credit populus,signis &miraculis factis,Mosem a deo cē missum liberatorem.exod.14 g.

¶Crescere

Crescit Samuel cum quo deus erat,1.regum.3 d.

¶Cretenses

Cretenses mendaces.titum.1 c.

¶Criminator

Criminatores ne limus.leui.19 d.

¶Crispus

Crispus archisynagogus Christo credit cum tota domo, act.18 c. Crispū & Caiū baptizat Paulus 1.cor.1 b.

¶Crux

Ad Crucem ducitur Christus, matt.27 c. mar.15 b. Iohan.19 a. In Cruce se derelictum clamat Christus, psal.21 vers.1 In Cruce quanta fuerit Christi angustia, psal.21 vers.14. Crux sua (tribulatio & quicqd voluerit deus eum pati) ferenda quotidie vnicuiq; Christiano, matt.16 d. mar.8 d. lu.9 c. Aliog non ingredietur in regnū Christi, matt.20 c. mar.10 c. Crux & pœna a deo Dauidi imposita propter adulteriū suū, 2.reg.12 d. Crucē suā si qs nō ferat, is Christi discipulus, ministerq; verbi eius esse non potest, matt.10 d. eccī.2 a. Crux emēdat nos, prou.20 d. Crucis. i. afflictiōis, q̄ hoiem beatificat, cōmēdatio, iob 5 c. prou.10 c. 12 a. In Cruce & tribulatiōibus quas patiebatur propter Christi verbum, gloriatur Paulus, gal.6 d. Crucis verbum, fidelibus dei virtus ad salutē, 1.corint.1 c. Crucifixū Christū p̄dicat Paulus, 1.corin.1 d. Per Crucē Christū restituisse vitam mundo, stultū videtur gentibus, 1.corin.1 c. d. Crucifixerunt carnem suā cū concupiscentijs fideles, gal.2 d. Crux Christi quo euacuetur, 1.cori.1 c. Crucifixus mūdus Paulo, & Paulus mūdo, nihil curans mūdi tribulationes & glorias, galat.6 d.

¶Cuculus

Cuculum non comedebant Iudæi, deut.14 b.

¶Culex

Culicem excolantes Pharisæi, religiosos se ostentantes in rebus nullius momenti, camelum glutiebant, negligentes fidem & misericordiam in quibus vera religio, matthæ.23 c.

Cultus

¶Cultus

Cultus externus fide destitutus reiicitur a deo, Isa. 43 d. Cultus dei verus, Isai. 1 c.

¶Cuniculus

Cuniculus immundum animal, leuit. 11 a.

¶Cupiditas

Cupiditas inexplebilis, pro. 27 c. Cupiditas radix oium malorꝝ, 1. tiō. 6 c. Cupiditas inanis gloriæ absit a nobis, galat. 5 d.

¶Curiosus

¶Curiositas

Curiosa mulier comedit de ligno vitæ, gene. 3 b. Curiositas Dinæ, gene. 34 a. Curiositas Bethsamitarꝝ punit, 1. re. 6 d. In Curiosos & nihil agētes 2. thes. 3 d. ¶Curæ

A Curis huius vitæ vt caueamus, monet Christus luc. 21 f. Cura dei erga populū suū, iere. 6 d. Cura dei pro Iacob, ne noceat ei Laban, genes. 31 c.

¶Currere:

Currit Elias lumbis accinctus, vt anteuertat Achab in Iezrahel. 3. regum 18 g.

¶Currus

Cum curribus ferreis nongentis pergit Sisara obuiam Deborę in bellū, iud. 4 b. Currus Salomōis 1400. 3. reg. 10 d. Curribus ferratis vtebātur Chananæi, iudi. 1 d. Currus Israel Elias dī ab Eliseo cui fuerat summa rei tradita ad seruandū populū 4. reg. 2 b. ¶Custodire.

¶Custos

¶Custodia.

Custodiuit dñs populū Israel vt pupillā oculi, deu. 32 b. Custodiēda p̄cepta dei, exo. 15 g. deut. 13 a. vt Custodirēt māda ta sua, magnalia fecit deus in populo Israel, deu. 11 b. Custodiētibus p̄cepta sua misericors deus, exo. 20 a.

Vt Custodirent viam dei præcipiebat Abraam filijs & familiæ.gen.18 c. Vt custos ipsius sit deus optat Iacob.gene.28 d. Custodē se futurum ipsius Iacob quocūq; pergat, promittit deus.gen.28 c. Custodiuit deus Dauidē a malo, ne occideret Nabal impium. 1.regum.25 g. Vt custodiat nos deus orandum.nume.6 d.

¶Cuthæi

Cuthæorum deus, Nergel.4.regum 17 e.

¶Cygnus

Cygnum non comedebant Iudæi.deut.14 b.

¶Cyrus rex

Cyro rege Persarum permittente, reuertitur populus in Ierusalē.Isai.14 a. Cyro prosperitas magna obtigit propter Israelē.isai.45 a. Cyrus rex Persarū a deo inspiratus, remittit populū in Ierusalem ad reædificandū templū.2.par.36 d. 1.esd.1 a. Cyrus reddit vasa templi, quæ abstulerat Nabuchodonosor.1.Esd.1 b.

¶D.

¶Dabir.

DABIR vrbs, alias Cariathsenna. iosu.15 f. alias Cariathsepher.ios.15 c. Dabir vrbs expugnatur a Iosue, omniaq; occiduntur cum rege ipsius.iosu.10 g.

¶Dæmones

¶Dæmonium

Dæmonibus nō offerendū. leui.17 b. Dæmonijs filios consecrāt Israelitæ.4.reg.17 c. Dęmōijs immolauerunt Israelitę idolis quæfecerūt.deut.32 c. Dæmonia, fide deprecatione iuncta & ieiunio, expelluntur.matt.17 c. Dæmonia Christo procidūt mar.13 b. Dæmones Christū rogant ne in abyssum eos extrudat.matt.8 d. Dæmones abeūt in

porcos

porcos.matt.8 d. Dæmon p̄dicat Paulū & Silam seruos esse dei, viam salutis annūciātes.actu.16 d. Dæmones Iesum esse Christum agnoscunt, quos ne id prædicent, prohibet, matt.8 d. mar.3 b.5 a.lucæ.4 g.8 d. Dæmon confitetur se Iesum nosse & Paulum.act.19 c. Dæmon ū habere Christū, virtuteq; ipsius eum dæmonia eijcere, pars Iudæorꝝ blasphemat, pars negat.matt.12 b.mar.3 c.lu.6 b. Iohan.8 f.10 d. Quod dæmōia nobis in nomine Christi subdantur, ne inde gloriemur, sed quod nomina nostra scripta sunt in cœlis. luc.10 c. Dæmōijs immolant gentes.1.corit.10 e. Dæmoniorꝝ religioni se fauere testantur, q eorꝝ hostijs vescūtur 1.cori.10.e. Dæmoniorꝝ cōsortē nō oportet Christianū esse.1.cor.10 e. Dæmōiorꝝ doctrinas quas vocet Paulus.1.tim.4 a. Dęmōiacū sanat Christus.matt.12 b.mar.3 c.luc.11 b. Dæmoniacā inclinatā sanat Christus.lu.13 c. Dæmōiacos duos sanat Christus.matt.8 d. mar.5 a. lucæ.8 d.

¶Dagon

Dagoni deo suo & dæmōni tribuūt Philisthini q̄d traditus esset Samson in manus ipsorꝝ, iudic.16 f. Dagon deus Philisthinorꝝ ante arcā dei corruit, 1. reg.5 a. Dagonis limen nō calcāt sacerdotes ipsius, & quare.1.regum.5 b.

¶Dalila

Dalilam amat Samson, q̄ sæpe deludit interrogātē (impulsu Philisthinorꝝ) qua re posset minui sua fortitudo, iudic.16 a.b.c. Dalila prodit ip̄m Samsonē, iudic.16 d. ¶Damascus

Damascenis vastitas futura ab Assyrijs p̄dicitur, Isa.17 a. Damasco cōminatur dn̄s, aōs 1 a. Damascus vastatur a rege Assyriorꝝ, 4.reg.16 b. Damasci p̄dicat Paulus Christū, act.9 c. Damasci

quæ passus sit Paulus. Actuum.9 d. 2.corin.11 g.

¶Damaris

Damaris mulier Christo credit.actuum.17 g.

¶Damnatio

Damnationis ministratio lex.2.cor.3 b. Ne damnemur cum mundo, iudicio dei hic leniter affligimur ad nostram correptionem.1.corin.11 g.

¶Damnum

De damno facto.exd.22 a.

¶Dan

Dan vrbs quæ alias Lais dicebatur.iudicum.18 g Dan filius Iacob ex Bala.gene.30 a. Dan benedicitur.gene.49 a. deu.33 d. Dan possessio.Iosu.19 c. Dan viri 600. post exploratores reuersos, profiscuntur in Lais, vbi & morantur, statuētes ibi sculptile quod fecerat Michas, constituto leuita.iudic.18 d. e. f. g. Dan filios arctat Ammorrhæus iudic.1 g. Dan filij. gen'46 c. & eorū hæreditas. Iosu.19 c.

¶Dare

¶Dator

Danda deo magnificentia, confitendum est deum esse q magna opera faciat.deut.32 a. Dandū, & dabitur nobis.luc.6 f. Dare beatius, q̄ accipere. act.20 g. Dat oīa deus.gen.33 c. Dat deus vrbē Iericho ipsi Iosue, & qūo.iosu.6 a. Datorē hilarē diligit deus.2.cor.9 b. Datus dño Samuel vt ministraret ei in sacerdotio pro Heli.1.regu.1 b.

¶Daniel

Daniel regis Iuda captiuitatē refert.danie.1 a. Daniel nō vult vesci cibis regijs.dan.1 b. Daniel regi Nabuchodonosor somniū indicat, & interpretationē.dan.2 d. Daniel a rege exaltat'.dani.2 g. Daniel p̄dicit Balsasar a regno deturbandū dan.5 c. Daniel constituitur a rege princeps sup̄

Satrapas

Satrapas.dan.6 a. Danielem accusant Satrapæ tanquam violatorem edicti regij,dan.6 c. Daniel mittitur in lacum leonum.dan.6 e. Daniel in deum suum fidens liberatur.daniel.6 f. Danielis accusatores exponuntur leonibus dilaniandi,dan.6 f. Danieli ostenditur quatuor bestiarum visio, dan.7 a. Daniel optat impleri a domino quod promisit de reditu populi a captiuitate.dan.9 a. Danieli visiõem septem hebdomadarum edisserit angelus,dan.9 f. Daniel conijcitur in lacum leonũ dan.14 f. Danielem pascit Habacuc,dan.14 f. Danielem e lacu leonum iubet rex educi,dan.14 g

¶Darius

Darius Mœdus succedit Balsasari.dan.5 g. Darius decreti publicatione deũ Danielis prædicat.dani.6 g. Darius Cyri decretũ de templo extruẽdo inueniẽs,iubet & ipse tẽplum extrui,1 esd.6 a.

¶Dathan.

Dathan,Core,et Abyron rebellio,sacerdotium sibi quærentium,num.16 a b.

¶Dauid

Dauid ex quibus ortus sit.ruth.4 d. Dauidẽ regẽ constituit deus super Israelem,quod Saul cõtra p̃ceptum suum egisset.1 re.13 c. Dauid pulcher,1 regum decimosexto b. Dauidem vngit Samuel in regem.1 re.decimosexto b c. Dauid vnctus in regem,pascit greges patris.1 re. 17 b. Dauid accipit spiritum domini qui a Saule recesserat.1 re. decimo sexto c. Dauidem mittit Isai ad Saulẽ cum muneribus,1 re.16 d. Dauidi percutiente citharã, recedit spiritus malus a Saule: & Saulis armiger constituitur,1 re.16 d. Dauid laudatur corã Saule.1 re.16 d. Dauid minimus inter fratres a patre suo Isai mittitur in castra Israel.1 regum 17 b.

Dau'd spiritu tractus, vult mitti contra Goliath. 1.reg.17 c Dauid contemnit inuidiam fratris. 1. reg.17 d Dauidis fides experta dei adiutorii cõtra leonem & vrsum, non diffidit ad futurum cõtra Goliath.1.reg.17 d Dauidis fides, & Saulis diffidentia.1.reg.17 d Dauid fratris inuidiam,& contumeliam contemnit zelum dei, superbiam es se interpretantis.1.reg.17 d Dauid abijcit arma, dei solius potentia confisus.1. reg. 17 e Dauidis arma.1.reg.17 f Dauid omnia agit vt glorificetur deus Israel,etiam in gentibus.1.reg.17 f Dauid lapide funda iacto, Goliath interficit.1. reg. 17 f Dauid affert ad Saulem 100. præputia Philistinorum,& accipit Michol in vxorem.2.reg.18 g Cum Dauide erat deus, vnde a Saule timetur.1.regum 18 c. 18 g Dauidis nomẽ & fama celebris apud omnes.1.reg.18 g Dauid init fœdus cũ Ionatha.1.re.18 a Dauid prudens,præfectus militiæ Saulis,amatur a populo.1.reg.18 a b c Dauidẽ occidi iubet Saul.1.reg.19 a Dauidem psallentẽ nititur confodere Saul.1.re.19 b Dauid percutit Philisthæos.1.re.19 b Dauid Saulem fugiens, ad Samuelem venit,& ad Ionathan.1.re.19 c Dauidem persequentes Saul cum ministris,conuertuntur a deo,& cum prophetis prophetant,obliti officij ad quod venerant.1.re.19 d Dauid fallit Saulem.1.re.20 a b Dauid in angustijs animi constitutus,conqueritur cum Ionatha amico.1.reg.20 a Dauid cum Ionatha fœdus ferit,1,re.20 c.21 c.Dauid absconsus requiritur a Saule.1.re.20 d Dauid fugiens Saulem,venit in Nobe ad Achimelech.1. re.21 a Dauid comedit panes propositionis.1. re. 21 b Dauidis exemplo, qui necessitate compulsus comedit panes propositiõis,docet Christus nõ peccasse

peccasse discipulos si ob necessitatem sabbato spi cas vulsent.mat.12 a.mar.2 d.lucæ.6 a Dauid requirit arma,qui sub protectiõe dei erat nihil spe rans in armis.1.re.21 c Dauid apud regem Achis insaniam simulat.1.re.21 d Ad Dauid latitãtem ære alieno oppressi conueniunt.1.reg.22 a Dauid Saulẽ fugiens ad regem Moab se confert.1.re.22 a Dauid,Gad prophetæ monitu fugit in Hareth.1. re.22 a Dauidem indicat Sauli Doeg Idumæus. 1.re.vigesimo secundo a Dauid liberat Ceilam urbem,dei consilio.1.re.vigesimo tertio a. Dauidi consulenti dñm respondetur,eos.quos ipse liberas set,Ceilas,tradituros ipsi Sauli,nisi fugeret.1.reg. 23 b Dauid proditur a Ziphæis.1.reg.23 c Dauidem consolatur Ionathas in deo,testificans ei de um impleturum quod promisisset,regnum Saulis super Israelem,ne desperaret in aduersitatibus.1. re.23 c Dauidem persequitur Saul, quem liberat deo immissis Philisthæis in Saulẽ,quos omisso Da uide insequitur,1.reg.23 d Dauid inhabitat in En gaddi,quem persequitur Saul.1 re.24 a Dauid la tet in spelunca cũ suis.1.re.24 a Dauid parcit ini mico Sauli,prescindens oram vestimenti eius.1.re gum 24 b Dauid docet Saulem quam misericor diam ei fecerit.1.re.24 b Dauid iurat Sauli,se nõ deletur semen ipsius.1.re.24 d Dauid mittit ser uos ad Nabal pro cibo,quem eis deneget.1. reg. 25 a Dauid descendit,vt de impio Nabal vindictã sumat.1.reg.25 c Dauidi it obuiã Abigail vxor Nabal cum cibarijs.1.re.25 c Dauid placatur ac cepris muneribus.1.reg.25 f Dauid grãs agit deo ob occisum Nabal.1.reg.25 g Dauid ducit Abi gail in vxorẽ.1.re.25 g Dauid inimico Sauli dor mienti parcit scdo,hastã & scyphõ eius auferens,

1.re.26 a Dauid obiurgat Saulem, quod eum iniuste persequatur.1.re.26 c Dauid in angustia cordis constitutus, fugit ad Achis regem Geth.1. reg. 27 a Dauidi datur Siceleg ciuitas.1.re.27 b Dauid in regione Philistinorum habitãs, occidit Philisthæos omnes quos potest, reputante Achis rege quod Iudæos occideret.1.re.27 d Dauid constituit custos regis Achis in bello.1. re. 28 a Dauid cum Philisthæis contra Saul pugnaturus, ab exercitu dimittitur,1.reg.29 a Dauid laudatur ab Achis rege Geth.1.re.29 b Dauidis vxores captiuæ.1. re. 30 a Dauid remissus ab exercitu Philistinorũ in uenit succensam Siceleg,1.re.30 a Dauid confortatus in domino, applicato sibi Ephod, & consulto domino, Amalecitas succensores Siceleg apprehendit, eosque occidit, prædam reducens, & duas vxores suas.1.re.30 b c d e Dauid tristatur audita morte Saulis & Ionathæ.2.re.1 b Dauid occidi iubet nuntium Saulis interfectorem.2.re.1 c. Dauidis planctus super Saulem & Ionathan,2.re.1 d Dauid, consulto domino, reuertitur in patriã, mortuo Saule.2.re.2 a Dauid vngitur in regem super Iudam.2.re.2 a Dauidis militum & Isboseth cõflictus.2.re.2 c d Dauidis filij in Hebronnati. 2. re.3 a.1.paral.3 a Dauid prohibetur ædificare domum domino.2. reg.3 a.1.para. 17 a Dauidi redditur Michol.2.re.3 c Dauid plãgit occisum Abner.2.re.3 f Dauid maledicit ipsi Ioab & semini eius, propter occisum Abner ab ipso.2.re. 3 f. Cum Dauide erat deus, ideo proficiebat & crescebat.2.re.5 b Dauid vngitur in regem super Israel.2.re.5 a.1.para.11 a Dauid capit arcem Sion, quæ eiusdem ciuitas dicitur,2.re.5 b.1.para.11 b. Dauidis filij in Ierusalem nati,2.re.5 c Dauid, cõ

sulto

sulto domino, profligat Philisthæos, 2. re. 5 c d. Dauid ædificata sibi domo, agnouit confirmatum es se suum regnum a deo 2. reg. 5 c Dauid accinctus Ephod cum populo instrumẽtum musicis ludit ante arcam dei, quibus testabantur cordis sui lætitiã & fidem in deum. 2. reg. 6 a c Dauidem nudũ saltantem coram domino despicit Michol. 2. reg. 6 c. 1. para. 15 d Dauid benedicit, beneficiaque precatur familiæ suæ. 2. reg. 6 d Dauid cibat populum post adductam ad se arcam, & completa sacrificia. 2. re. 6 d Dauid prohibetur domum ædificare domino. 2. reg. 7 a b Dauid laudat benignitatem dei, ob promissionem ei factam de semine post eum futuro. 2. re. 7 c 1. para. 17 c Dauid vincit Philisthæos, quos facit sibi tributarios. 2. re. 8 a. 1. para. 18 a Dauid percutit Adarezer. 2. re. 8 a. 1. parali. 18 a Dauidi fit Syria tributaria. 3. reg. 8 b. Dauid consecrat domino vasa, quæ acceperat a gentibus quas occiderat. 2. re. 8 c Dauid curat negotia regni, nõ solum in prophanis, sed etiam in sacris. 2. reg. 8 d Dauid Miphiboseth filio Ionathæ omnes Saulis agros restituit. 2 re. 9 b Dauid mittit seruos ad consolandum Hanon, 2. reg. 10 a. 1. para. 19 a Dauidis serui ignominia affecti ab Hanon, remittunt, 2. re. 10 a Dauidis adulterium cũ Bethsabee, 2. reg. 11 a Dauidi fit Bethsabee vxor 2. re. 11 d Dauid arguitur homicidij a Nathan, proposita illi parabola diuitis & pauperis. 2. re. 12 a. Dauidẽ pœnitet peccati, & ei condonat: patiẽter ferens crucem, sibi a deo illatam. 2. re. 12 c d. 14 d Dauid audita morte Amnonis, scissis vestibus, cũ populo flẽs cadit ĩ terrã. 2. re. 13 f. Dauid nõ vult videre reuocatum Absalõ, ne videret approbare factum. 2 re. 14 f. Dauid nudis pedibus, flẽs fugit Absalon filium suum. 2. reg. 15 c f.

Dauidis mortificatio & abnegatio sui quæ fuerit 2.reg.15 f Dauidi datum regnum Israel.1.reg.15 f Dauid Sibæ dat bona Miphiboseth.2.reg.16 a Dauid iniuriam a Semei illatam, quod a deo eet non vlciscitur.2.reg.16 b c Dauid fugit ad regē Get.2.reg.17 a Dauid audito per internuntios a Chusai, consilo Achitophel, fugit.2.reg.17 e Dauidi esurienti cum populo, prouidentia dei defertur cibaria in deserto.2.reg.17 g Dauid præcipit ipsi Ioab ne occidatur Absalon in bello.2.reg.18.a Dauidis exercitus vincit exercitum Absalon.2.regum 18 a Dauid accepto nuntio mortis Absalō plangit eum.2.reg.18 g.quem Ioab audacter consolatur.2.reg.19 a Dauid restitutus regno, reducitur in Ierusalem.2.reg.19 b Dauid sedet in porta ciuitatis in signū luctus depositi super morte Absalom, & cum gaudio suscipiendi exercitus.2.regum 19 b Dauid osculatur ipsum Berzellai, qui alimenta ei præbuerat fugitiuo.2.reg.19 g Dauid concubinas suas decem, quibus cum Absalon cōcubuerat, incluſit vsque ad diem mortis suæ, dās eis alimenta.2.re.20 a. Dauidis regis officiarij numerant.2.re.20 g.1.para.18 d Dauidis bella q̄tuor insignia contra Philisthæos.2.re. 21 c.1.par.20 c Dauid sepelit ossa Ionathæ & Saulis.2.regū.21 c. Dauidis canticum pro liberatione ab omnibus inimicis.2.reg.22 a Dauidis fortes homines recēsentur.2.reg.23 b.1.para.11 b Dauidis verba nouissima.2.reg.23 a Per Dauidem locutus est spiritus dei.2.reg.23 a Dauidem cōmouet deus vt numeret populum, quē populum ob peccata volebat ipse deus affligere.2.re.24 a.1.para.21 a Dauidi tria pœnarum genera proponūtur, quia populum numerauerit.2.reg.24 b.1.para.21 b Dauid dolet occidi

occidi populum, cum ipse sit qui peccauerit. 2. reg. 24 c. 1 para. 21 c. Qui ad Dauid transierunt cum adhuc fugeret Saulem, 1 para. 12 a. Dauid, arca in tabernaculum allata, constituit ministros coram ea. 1 para. 16 a. Dauid præparat necessaria ad ædificationem domus dei, quam Salomoni iubet ædificare, 1 par. 22 a b. Dauid senex regem constituit Salomonem, 3 re. 1 e. 1 para. 23 a. Dauid numerat Leuitas, & eisdem officia assignat. 1 para. 23 a. Dauid assignat officia filijs Aaron. 1 para. 24 a. Dauid ordinat cantores, eorumq; vices & sortes, ianitores itidem constituit, & quæ porta cuiq; sit obseruanda, 1 para. 25 a. & 26 a. Qui Dauidi regi ex præfectis & principibus, ministrent. 1 para. 27 a. Dauid hortatur populum & Salomonem filium ad ædificationem templi dei. 1 para. 28 a. Dauid dat Salomoni descriptionem templi & necessaria ad ædificationem. 1 para. 28 c. Quæ Dauid, eiusq; principes obtulerint in templi ædificationem. 1 par. 29 a. Dauidi seni frigido datur Abisag puella quæ dormientem calefaceret. 3 re. 1 a. Dauidis morituri præcepta quæ dabat Salomoni filio. 3 reg. 2 c. 1 par. 29 g. Dauidis regni tempus. 3 re. 2 e. 1 par. 29 g. Dauidis commendatio eccl. 47 Dauidis regnum sempiternum futurum ea conditione si filij eius ambulassent coram deo toto corde sicut ipse Dauid. 3 re. 8 c. Dauidis rectum cor coram deo, excepto adulterio quod cum Bethsabee commisit. 3 re. 14 b c. 15 a. Propter Dauidi factas promissiones, nō vult deus auferre totum regnum a Salomone, sed duas tantum tribus ei reseruat. 3 re. 11 f. Dauid Christi resurrectionem prædixit, actuum 2 e. Dauide maior Christus. matth. 22 d. marc. 12 b. luc. 10 b.

¶Debitum

Debita septimo quoque anno Iudæus remittebat Iudæo fratri, non autem peregrino. deute. 15 a. Debitum & ius mutuæ charitatis sit semper inter Christianos. roma. decimo tertio c.

¶Debora

Debora nutrix Rebeccæ moritur. gene. tricesimo quinto b. Debora vxor Lepidoth iudicat Israelem. iudi. 4 a. Debora mittit Barac ex præcepto dei, vt expugnet Sisaram, iudi. 4 a. Debora cum Barac gratias agunt deo ob deiectum Sisaram. iudic. 5 a. Deboræ & Barac canticum. iudic. 5 a.

¶Decalogus

Decalogi repetitio. deut. 5 a.

¶Decanus

Decanos constituit Moses super populum. Exodi. 18 d.

¶Decem præcepta

Decem præcepta. exod. 20 a. Decem tribus Israel a deo reiectæ, ob fornicationem earum cũ idolis. Ierem. 3 b, Decem tribuum Israel euersionem prædicit Isaias, ob superbiam earum in deum. Isaiæ 9 b. Contra decem tribus Damascenis consoderatas prophetia. Isa. 17 a. Decem tribuũ absq; reuocatione deletio, ose. 1 c.

¶Decimæ

Decimæ dei erant. leuit 26 d. Decimæ frumenti, vini, & olei offerendæ in loco quem elegisset deus: qui locus si remotior fuisset, vẽdebat decimas qui eas afferebat, & pecunijs illis cum venisset ad locum, emebat quicquid placebat ei, & comedebat in eo loco. deut. 14 c d. Decimæ domino sanctificandæ. leuit. 27 d. Decimæ etiam a populo, sicut & a sacerdotibus comedebantur. deuter. 12 c d.

Decimæ

Decimæ ſacerdotibus Leuitis erant pro hæreditate præſtandę.num.18 c d. Decimis iubet deus alere Leuitas,peregrinos,pupillos,& viduas.deut. 14 d. Decimare mentam & anethum iuxta legē Moſi ſoliti erant Iudæi ſacerdotes,miſericordiā et fidem præcipua legis opera omittentes,matt.23 c. luc.11 f. Decimas dat Abram Melchiſedeco ſacerdoti dei.gen.14 d. Decimas deo ſe oblaturum ex omnibus,quæ ſibi daret,vouet Iacob,gene. 28 d. Decimas ſeminum, vinearum & gregum reges ſibi etiam accipiebant.1 reg.8 c.

¶Decipere

Non decipiendus frater.leuit.19 c. Decipit patrē ſuum Michol,prouidentia dei ſeruans Dauidem per feneſtram eum demittendo.1 re.19 c. Deceptarus deus regem Achab nolētem audire verbum ſuum,immittit ſpiritum mendacem in os prophetarum qui ei falſa prædicerent,3 re.23 c d.

¶Decreta

Quæ decreta & mandata continebat,legem abo leuit Chriſtus,& quare.epheſ.2 c d.

¶Decurio.

Ioſeph ab Arimathia nobilis decurio.mar.15 d.lu. 23 g. Decuriones cōſtituit Moſes ſuper populum. & quales.deut.1 b.

¶Dedicatio

¶Dedicare.

Dedicatio templi ſub Salomone. tertio regū octauo g.ſecundo Paralipo.ſexto a. Dedicatum templum Salomonis ab ipſo deo.tertio regum nono a Dedicatio templi ſub Eſdra.primo Eſdr. ſexto d. Dedicatur murus Ierusalem.ſecundo Eſdr. duodecimo b. Dedicatio altaris ſub Iuda Machabæo 1.mach.4 e.

¶Defendere

Defendunt innocentiam suam Rubenitæ, coram fratribus ipsos accusantibus, Ios. 22 d.

¶Deesse

Defuit nihil Israelitis in deserto, quod deus esset cũ eis. deut. 2 b.

¶Delictum

Pro delicto, lex hostiæ. leuit. 7 a.

¶Demetrius

Demetrius Seleuci filius occisos Antiocho regnũ occupat. 1 mach. 5 a. Demetrius mittens Bacchidem & Alcimum in Iudæam, filios Israel affligit. 1 mach. 7 a. Demetrius pactum inire cupit cum Ionatha, qui id recusans Alexandro adhæret. 1. mach. 10 a. Demetrius Ptolemæo succedens, Iudæam liberam permittit. 1 mach. 11 b. Demetrius per Ionathan liberatus, ictũ cum eo fœdus. violat. 1 mach. 11 d e f. Demetrius Alcimi instinctu, Nicanorem ad interficiendos Iudæos mittit. 2 ma 14 a. Demetrius ab Arsace deuincitur. 1 mach. 14 a. Demetrij cuiusdam laus. 3 Iohan. d.

¶Dens

E Dente molari mãxillæ asini dat deus aquas Sãsoni sitienti, & aquas petenti. iudi. 15 d. Dentem excutienti, dens excutiebatur. exodi. 21 e.

¶Depositum

Depositi lex. exod. 22 b. Depositum quomodo reddendum. exod. 22 b.

¶Deprecari

Deprecabatur Aaron super cornua altaris thymiamatis, exod. 30 b.

¶Derelinquere

Derelinquere, vide Relinquere. Non Derelinquit dominus populum suum agnoscentem peccatum promissio

promissionum suarum memor.1 re.12 d. Non derelinquit deus populum ambulantem in præceptis eius.3 reg.6 b. Se nō derelicturum ipsum, promittit deus Iosue.deut.31 b. Deliquit deum suum Israel,incrassatus,impinguatus, & saturatus bonis terræ promissionis.deut.32 c. Derelictum a deo Israelem queritur Gedeon.iudi.6 c. Se Derelictum clamat Christus in cruce.mat.27 c.lu.23 e Derelicturos se,et irritum pactum suum facturos Israelitas,prædicit deus Mosi & Iosue.deut.31 d. Derelinquentes ipsum proiecturus est deus.3 re.9. b. Derelicturū se eos qui fornicati fuerint a se,et alīs fiderunt,quam sibi,comminatur deus. deuterono.31 d.

¶Descendere.
¶Descensus.

Descendere deum dicit scriptura, vt videat afflictionem populi sui,qui tamen vbiq; est,& omnia videt. exod.3 b. Descendisse deum vt videret turrim Babel,scriptura refert more nostro loquens. genes.vndecimo a. Descensus Christi ad inferos Psalm.15 vers.10.

¶Desertum

In Desertum Sin veniunt filij Israel.exo.16 a. In Desertis locis moratur Christus, ob nimium de ipso rumorem,marc.1 d.

¶Deserere

Deserunt viam dei Israelitæ, adorantes vitulum, exod.1 b c.

¶Desperare
¶Desperans

Desperantes leprosi de vita, ob nimiam famē annuntiant Samaritanis prouidentiam dei.4 reg.7 b c. Desperantium confirmatio.ezech.33 c.

Desperant filij Israel de salute,& murmurant,exod.14 c. Desperat Cain.gen.4 c. Ne per despeationem aliquem sibi vsurpet Satanas, libenter condonat resipiscentibus Paulus, teste & approbante Christo,2 Cor.2 c.

¶Despicere.

Despexit deum ipie Dauid,adulterium committens cum Bethsabee.2 re.12 c.

¶Desyderium

Desyderia quæ erant in nobis ante Christi cognitionem,ne faciamus.1 pet.1 c.2 c. Desyderia iuuenilia fugienda.2 tim.2 d.

¶Detrahere

¶Detractio

Detrahunr Mosi Aaron & Maria,obid a deo corripiuntur,& Maria pcutitur lepra, num.12 a b c. Detractio vitanda.Iacob.4 c.1 Petri.2 a.Sapi.1 c. Detrahens fratri,detrahit legi.Iacob.2 c. Detractor occultus cui similis,eccls.10 c. Detractores audire vetat dominus.prou.25 d.

¶Deuotus

Deuota promptitudo populi offerētis dona ad cōfectionem tabernaculi,exod.35 c.

¶Deus

Deus spiritus est,Iohan.4 c. Deus α & ω.Apoc.1 c.22 c. Deus,Christi caput.1 cor.11 a. Deus pater in Christo filio sibi complacet,mat.3 d. Deus pater in Christo,& Christus in deo patre,Iohan.14 b. Deum se esse Christus probat scripturis & miraculis.Iohan.5 c d.10 g. Dei patris vox ad Christum,Iohan.11 e. Deum nemo vidit vnquā sed nec videre potest,nec nouit,nisi Christus,Iohā.1 b.sexto e.1 timoth.sexto c.Iohan.4 c. Deus vnus & pater omnium,qui super omnes,& per omnia

mnia,& in omnibus nobis,1 cor in.8 b.ephes.4 b. Deus non habitat in manufactis templis,nec manibus humanis colitur,actu.17 f. Dei nomen,ex odi.3 d. Deus vbiq; est,cunctaq; intuetur. Iere.23 c. Deo nihil occultum,eccl.16 b.23 c. In deo mouemur,viuimus & sumus,actu.17 f. Deum nostra consyderare negant infideles, Iob 22 b. Deo oīa possibilia,gen.18 b.matt.19 d.marc.10 b.luc.1 d.18 d. Deo nihil esse ab homine adiutorij Iob ostendit,iob 26 a. Sine deo nihil stabile,sap.11 d. Dei est creaturis vti pro sua volūtate:creaturæ autem,eius voluntati obedire,Isaiæ 45 b. Dei sunt oīa,Psal.23 ver.1 Ex deo oīa,& per illū,& in illū ro.11 d. Deus sic omnia facit,vt mundus tamē non intelligat,Proue.25 a. Deum patrem videre petit Philippus,Iohan.14 a. Deum patrem nouit & vidit,qui Christum nouit & vidit,Iohan.14 a. Dei opera optima,eccl 39 c d. Deus Christi, deus noster est,Ioha.20 e. Deus filiorum Israel erat deus,inter q̄s habitabat, exo.29 g. 2 re.7 d. 22 c. Deus alius non est,quam deus Israelis,deut.4 f.32 e.33 d.1 re.2 a. Deum se Israelitarum dicit dominus, non esse timendos deos Amorrhæorum,iudic. sexto b. Vt deus ipsorum esset, assumpsit deus filios Israel in populum sibi,exod sexto b Vt deus ipsorum esset,eduxit deus filios Israel ex Aegypto,Leuitici 11 g, vicesimo secundo d Vt deus Israelitarum esset,eique soli fiderent,pepigerat fœdus cum eis deus,geneſis decimo septimo a. Deus vult cognosci dominus per signa sua & miracula Exodi septimo c. Vt deus cognosceret esse solus deus,varijs signis,& portentis separauit Iudæos de medio aliarum nationum in populum sibi,deuteronomij quarto e.

Deus noster, deus deorum est, & dominus dominantium, & c. deut. 10 d. Isaiæ 45 a. Deus solus & verus esse ōditur deus Israel igne de cœlo missō & cōsumente holocaustū Eliæ. 3 reg. 18 f. Deū Israel esse verum deū cōfitetur Naamā Sirus sanatus a lepra p Eliseū. 4 re. 5 e. Cōfitet Iethro. ex. 18 c. Cōfitetur Achab. Ios. 2 c. Deus vnus & solus est cui fidendum. 3 re. 18 d. Præter deum nostrum, nō est alius qui affligat & opituletur, iuuet, & liberet in afflictionibus. deut. 32 e. Deus solus dux Israelitarum fuit, nullo alio adiutus. deut. 32 b. Deus est qui omnia agit in nobis. 2 re. 22 c. Vt Deus glorificetur etiam in gentibus, omnia agit Dauid. 1 re. 17 f. Deus omnia tribuit. gen. 33 c. Deo cura est de nobis. 1 pet. 5 b. Dei familiaritas & bonitas cum Abraham, gen. 18 c. Deum hospitio suscipit Abrahā sub persona trium angelorum, geneſis 18 a. Deus cum Isaac erat, ob id non erat illi timendum. gen. 26 e. Deus cum Iacob in itinere, gen. 46 a. Deus Iacob cui fidebat, & a quo cuncta expectabat. gen. 28 d. 31 a. 35 a. Deus est cum Ioseph in cunctis ipsius operibus. gen. 39 a d. Deus cum Caleb. Ios. 14 d. Deus erat in omnib⁹ quæ egebat Iosue. Iosue. 1 c. Deus promittit se futurum cum Gedeone in liberando Israele. iud. 6 c. Deus qui liberauit nos de seruitute, Deut. 5 a. Deus vult cognosci se fuisse illum qui eduxit nos de captiuitate Pharaonis. exo. 16 a. Deus renuit ire cum populo in terram Chanaan ob idololatriam ipsorum. exod. 33 a. Deus pugnans pro Israel. Iosue 10 g. Deus tradebat Israelitis inimicos ipsorum in manus qs ipsi occidebant. deuter. 2 e f g. & tertio a. Deus est qui tradidit Amorrhæos in manus Israelitarum, vultque hoc sibi tribui, non ar-

cui

cui & gladio ipsorum, tametsi ipsi egregie pugnauerint. Iosue vicesimoquarto c. Deus ipse tradit Philistæos in manus Dauidis, ipso Dauide nihilominus pugnante. secũdo reg. quinto d. Deus Gigantes tradit in manus filiorum Israel: quem ipsi tanquam instrumenta occiderunt, cum omni populo ipsius, deut. secundo d. tertio a. Deus fuit q̃ ejecit Amorrhæum & reliquos, non populus Israel. exo. 34 b. Deus pp̃ seipsum, & suas promissiones, dat victoriam Ezechiæ. 4 reg. decimo 9 g. Deus volens sibi belli victoriam tribui, iubet Gedeonem cum trecentis viris aggredi Madianitas & Amalecitas. iudic. 7 a b. Deus exprobrat Israel confitenti peccata quod a se sæpissime adiuti, ipsum tamen reliquerint conuersi ad idola. iudicũ. 10 c. Deus qua specie visus est a Mose. Aaron, Nadab & Abiu & senioribus Israel. exodi. vicesimo quarto c. Deus, vt vir armatus tenens gladium, apparet ipsi Iosue, præcipiens solui calceamẽtum. Iosue 5 d. Deum se vidisse dicunt Manue, & ipsius vxor, conspecto angelo in cœlum ascendere, ipseque mori timet. iudicum decimo tertio d. Deum se non posse audire loquentem in igne, & tonitru & fulgure dantem legem, negat populus Israel: rogans sibi dari prophetam Christum qui sibi loqueretur verbum patris. deuterono. decimo octauo c. Dei cultus verus. Isaiæ primo c. Deus imitandus. Ephes. 5 a. Deus benedicendus, & quare. secundo corint. 1 a. Deum glorificant turbæ, qui viderant paralyticum sanatum. matthæ. nono a. Deo nos offeramus, & nostra omnia. roman. sexto b. Deus timendus, adorãdus, ei immolandum. quarto re. decimoseptimo f. deute. 6 c. vicesimo nono b. Deo curuetur omne genu. Isa.

45 d. Deo seruiendū ex toto corde.deū.6 c.11 b. Deus diligēdus et inuocād⁹ ad salutē.deu.6 a. eccī 13 c. Deus orandus in infirmitate.eccī 38 a. Deus toto corde q̄rēdus in tribulatione.deut.4 d. Deo soli ois honor & gloria. Isai.42 b. Deo & diuitijs non possumus seruire.matt.6 c. luc.16 c. Deus nō tentādus.deu.6 c. Qui ex Deo ē, verba dei audit. Iohan.8 f. Qui ex Deo sunt, debent sicut ille ambulauit & ipsi ambulare.1.iohā.2 a. Dei sunt oīa & vocatio, & opera, & impletio salutis nostræ, & hoc per Christum.2.thess.1 d. incipiens opus bonū in nobis & perficiens.phil.1 a. heb.13 d. a quo accepimus quicqd gratiæ habemus.1.cori.4 c. Deo authori oīa referenda.1.cor.11 c. Deus est q̄ iustificat propter Christū. rom.8 g. Ex Dei electione sanctificamur a spū sancto.1.pet.1 a. Deus reuocauit nos ad vitā cū filio suo, & quare.ephe.2 a. Dei propria gloria & potentia saluamur.2.pe.1 a. Dei consiliū, qđ est euangeliū, spreuerūt Pharisæi luc.7 e. In Deo sumus & manemus, si charitatē habemus, & mandata eius facimus, 1.Iohā.2 a. 3 d.4 c. Deus noster misericordiar⁹ deus, & patientiæ, & solatij siue consolationis.roma.15 b.2.corin.1 a. Deus noster non mentitur, tit.1 a. Deus fidelis dabit vitam æternam quam promisit. hebræ.10 d. Deum non potest pœnitere donor⁹ suorum.roma.11 d. Deo adhærentes viuunt, qui autem idolis, pereunt. deut.4 a. Deus quos amat, arguit & castigat.heb.12 b. apoc.3 b. Primitię Deo reddenda. exod.23 d. Deo offert victimas ipse Iacob cum proficiscitur in Aegyptum.gene. 46 a. Deo tribuit Ioseph quod venditus Aegyptijs, constitutus sit princeps super Aegyptios.genes.45 c. Deus per spiritum erroris in ore pseudo

prophe

prophetarum, seducit interdum eos qui verbum suum oderunt. 3.reg. 22 c.d. Deus immittit spiritum malum inter habitatores Sichem & Abimelech, vt iste ab illis odiatur. iudicū.9 c. Dei mira prouidentia & subita erga Samaritanos fame & bello afflictos, 4.reg.7 b.c. Dei benignitas in omnibus. sapien.12 a. Deus solus est bonus, matt. 19 c. marc.10 c. luc.18 d. Deus charitas est. 1.Iohan.4 c. Dei adiutores & cooperarij in prædicatione euangelij. 1.corin.3 b. Cum Deo, operatus dicitur Ionathas, per quem deus occiderat Philisthæos. 1.regu.14 g. Deus est qui cor hominis praua conuertit & iustificat. psal.118. Deo impellente eum sequimur. 1.regu. 10 d. Deus operum humanorum director, prou.16 a.b.20 d. A Deo dirigi viā suam, petit Paulus, 1.thess.3 d. Deus iuxta faciem non iudicat. 1.reg.16 b. Deus miseticors, sapi.11 d. Deus est qui futura prædicit, nō idola, Isa.42 b. Deus pacis author, non dissensionis, 1.corin.14 f. Deus solus pius, apoc.15 b. Dei potentia & benignitas, Isa.40 c. Dei nomen, protectio nostra, prou.18 b. Deus quomodo quærendus, & a quibus inueniatur, sapie.1 a. Dei solius est pctā remittere, marc.2 a. Deus absq; gladio saluat, 1.regum.17 f. Deus solus sapiens, roma. 16 d. Deus scrutator renum & cordium, eaque probat, & penitus inspicit, actuum 15 b. 1.thess.2. a. 1.Iohan.3 d. apoc.2 e. Ierem.7 b. Deus solus sapientiæ adinuentor, baruh.2 d. Deus iniustos puniens sanctus æstimetur, isai.5 d. Deus tentat Abraam vt probet, genes.22 a. Deus tentat filios Israel vt eum timeant, exod.20 c. Deus Ezechiā derelingt vt tēteī a nūtijs regis Babilōis. 2.pa.32 g

Dei agnoscent voluntatem esse Bathuel & Labã quod detur Rebecca ipsi Isaac, gen. 24 f. Deiho mo Moses, deut. 33 a. Deos alienos si adoraueri-mus, alij quam deo fidentes, aut nobis tribuentes quod dei est, peribimus, deut. 5 a. 6 c. 8 d. 31 e. exod. 20 a. d. 34 b. Deos non esse qui manibus fi unt, docet Paulus, act. 19 e. Deos siue idola patris Laban furata erat Rachel, gene. 31 d. Deos alie nos Iacob iubet familiæ vt auferant, gene. 35 a. Deos alienos vt auferant, & soli deo seruiant toto corde, adhortatur populum Samuel, 1. regum. 7 a. Deo & dæmonibus seruientes, 4. regum 17 f. Deum eligunt Israelitæ cui seruiant, reiectis idolis Iosu. 24 d. Deus huius seculi satana Paulo dici-tur, 2. cori. 4 a. Deum Pharaonis constituit deus Moseu, quod quæ dixisset, deus loqueretur ei per Aaron, exod. 7 a. Deos pro iudicibus frequenter accipit scriptura, exod. 22 b. d. psalm. 81 vers. 1.

¶ Deuteronomium

Deuteronomium, id est iteratam vel secundam le gem legat rex, & quare. deute. 17 d. Deuterono-mium, legis explanatio, deut. 1. a. Deuteronomi um scribit Moses, & tradit Leuitis, & senioribus Israel. deut. 31 b. Deuteronomium præcipitur le gi septimo quoq; anno, deute. 31 c. Deuterono-mij liber reponitur in latere arcæ fœderis, deu. 31 g Deuteronomij lectionem continuam præcipit do minus Iosue, iosue 1 b. Deuteronomium altari lapideo inscribitur a Iosue, iosue 8 f. Deutero nomium totum legit Iosue omni populo Israel, præ sentibus mulieribus & paruulis, iosu. 8 g. Deute ronomium reperitur in domo domini, 4. regum. 22 b. 2. paral. 34 c. Deuteronomium legit Iosias co ram populo, 4. regum 23 a. 2. paral. 34 a.

Dexte

¶Dextera

Ad Dexteram Christi & ad siniſtram vt ſedeant, orant filij Zebedæi, matthæ.20 c. marc.10 c, A Dextris aut ſiniſtris ne declinet a lege Moſi, hortatur deus ipſum Ioſue, ioſue 1 b.

¶Diabolus

Diabolus mulierem ſeducit, prouocans eam ad tranſgreſſionem præcepti dei, geneſ.3 a. Diabolus a Christo victus, caput & omnem ipſius potentiam quam exercebat in peccatores, conterente, geneſ.3 c. Diabolus Christianis inſidiatur, gene. 3 c. Diabolus maledicitur, geneſ.3 c. Diabolum, Paulus principem aeris huius vocat rectorem huius mundi, ephe.2 a, Diabolus accuſator fidelium proiectus per Chriſtum, apoc.12 c. Aduerſarius noſter, 1.petr.5 c. Inimicus & hoſtis noſter, Cpheſ.16 b. Diabolus homicida, qui in veritate non permanſit mendax & pater mendacij, iohann.8 f. Diaboli ſemen ſunt infideles peccatores, matthæ.13 e. 2.Iohan.3 b. & ad ipſius voluntatem captiui tenentur, 2.timo.2 d. Diaboli imperium quod habebat ſuper nos, deſtruxit morte ſua Chriſtus, hebræ.2 b. & ad hoc apparuit, 1.Iohan.3 b. Diabolum vincimus verbo dei & fide in Chriſtum, iohan.2 c. Diabolo locus non dandus, epheſ.4 f. Diaboli filios Iudæos affirmat Chriſtus, & quare, Iohan.8 f. Diaboli inſtinctu tradit Iudas Chriſtum, iohan.13 a. Diabolo & angelis eius æternus ignis paratus, matt.25 d. Diabolica ſapiẽtia vbi inuidia & cõtẽtiões, iaco.3 d. ¶Diaconus

Diaconorum mores quales eſſe debeãt, 1.tiõ.3 b.

¶Dies

Dies verbo dei creatur, geneſ.1 a. Diem a nocte

diuidunt luminaria a deo creata, genes.1 b. Dies destinxit deus sole, luna, & stellis, genes.1 b. Dies & nox non cessat, genes.3 d. Dies longiores vel breuiores tribuit deus, deut.30 d. Dies longa temporibus Iosue, iosue 10 c. Dies nostros implebit deus, si seruierimus ei, exodi vicesimo tertio e. Dies prolongantur a deo custodientibus præcepta ipsius, 3. regum 3 b. Diei iudex siue arbiter deus, Iudicum vndecimo e. Dies boni, primo pet. ter. b Dies mali sunt quando occasio peccandi obijcitur vbicq, Ephe. quinto c. Dies malus, dies tribulationis & persecutionis, Ephe. 6 c. Quod dies obseruarent & menses, reprehendit Paulus Galatas galat. 4 b. Dies obseruare. Vide elementa mundi, Dierum delectum nō habet fidelis, omnes enim pietatis officijs dicati sunt, infirmus in fide, discernit, roma. decimo quarto b. Ob dierum discrimen non iudicandus frater, roma. 14 b. Dies vnus apud dominum, sicut mille anni, secundo petri tertio b. Diei sunt horæ duodecim, Iohã. 11 b. In diem viuendum, nec curandū de crastino, matt. sexto d. Diem iudicij propinquum asserit Paulus, roma. decimo tertio d. Dies domini siue iudicij inopinatus vt fur, primo thess. quinto a. De die aduentus Christi ad iudicium consolatur Thessalonicenses, Paulus, secundo Thessalonicē. secundo a. Zachari. decimo quarto b. Dies domini horrendus, secundo Corinthio. quinto b. Sophon. primo c. Malachi. quarto a. Amos 5 b. Dies salutis, dies Christi est, secundo Corin. sex. a. Diei nouissimi aduentus, Apocalyp. sexto d. Die septimo cessauit deus a creando, genes. secundo a. Die ac nocte, id est continue meditari in lege sua præcepit deus Iosue, Iosue primo b.

Difficilis

¶Difficilis

Difficilia quatuor cognitu, & quartum penitus ignotum, prouerb.30 c Difficile nihil est deo, gene.18 b

¶Diffidens

Qui diffidens quicquam a domino postulat, non accipiet. Iaco.1 a.

¶Digiti

Digiti seni in manibus & pedibus cuiusdam gigantis occisi a Ionatha filio Samaa, 2.re.21 d. Digito dei scriptas tabulas accipit Moses, exod. 31 d. Digitus & potentia dei, exo.8 d

¶Dij

Dij hominum manu fabricati. deut.4 d Dij gentium varij.4.re.17 c Dij multi sunt & idola, sed nobis vnus deus, 1.corin.8 b Dij gentium nec seipsos nec alios seruare possunt. baru.6 b Sapiēt. 18 d Dijs gentium comparat Sennacherib deum nostrum.4.re.18 g Dij alieni auferri debent ab eo qui vult dominum eligi sibi in deum. Ios.24 f. Dij vocantur iudices in sacris literis, exo.22 b d Dij id est, iudicibus siue magistratibus non detrahendum, exo.22 d Dij vocantur auditores verbi dei. Iohan.10 g

¶Dilatare

Dilatat deus gressus illi, cui dat de inimicis victoriam, 2.reg.22 c

¶Dilectio

¶Diligo

A dilectione, & vera fiducia in deum abducens propheta signis vel miraculis, non audiendus, sed occidendus, deut.13 a Dilexit nos prior deus, non nos eum, 1.Ioh.4 c. Dilexit deus populos, deut.33 a Quod diligat nos, videtur deus operibus tribuere, quod

re,quod custodiamus præcepta ipsius,cum prædixerit se ideo elegisse nos quod nos dilexisset.deu.7 b Dilectio dei inæstimabilis exga filios Israel, Ose.2 a Dilexit populum Israel deus, propterea elegit in populum,deut.10 c Diligens deus Israelitas,pro maledictione quam Balaã petebat ipsis ab ipso deo dari,dedit benedictionem.deuter.23 a Propter dilectionẽ quam erga patres Iudæos habuit deus,ideo de cælo docuit eos,& dedit eis terram promissam.deute.4 f Diligitur Salomon a deo.3.re.11 f Diligens vehementer deus mundũ, dedit nobis Christum filium.vt vitam haberemus Ioh.3 b.ephe.2 b.Ioh.4 c Diligens nos Christus dedit animam suam pro nobis.Ioh.15 b. Galat.1 d.ephe.5 a Dilectus Christus a patre q̃d animam suam posuisset pro ouibus.Ioh.10 c Vt diligeremur a deo,& vicissim illum diligeremus, euangelizauit nobis Christus.Ioh.17 d Diligunt deũ p fecte,qui mandata eius faciunt.1.Ioh.2 a.5 f. Qui diligit deum,diligat & proximum.1.Ioh.4 d Si deũ diligimus,natos etiam dei diligimus.1.Iohan. 5 a Diligentibus deũ.omnia fiunt ad illorum cõmodum,rom.8 e.ijsque corona uitæ promissa,iac. 1 b.eosque vt suos agnoscit deus.1.corint.8 a.Qui deum diligere se dicit,& fratrem odit, mendax ẽ. 1.Ioh.4 d.Dilectio qua frattes diligimus,a spũsancto est.1.Ioh.4 c Diligendi aduenæ.leuit.19 g. Diligamus inuicem,sicut Christus dilexit nos,simplici ex corde,roman.12 c. ephe.5 a,philip.1 d,2 a.1. thessa.4 c,1.Ioh.3 b d.4 b.1 petr.1 d Diligitur Dauid a Saule.1 re.16 d Per dilectionem supportemus inuicem,ephe.4 a Diligamus opere & veritate,distribuentes temporalia nostra pauperibus fratribus,1 Iohan.3 c Dilectio proximi legis est

impletio,roma.13 c Dilectio non sit simulata.ro man.12 b Qui diligit fratrem,deus in eo maner, ex deo natus est,translatus est a morte peccati ad vitam euangelij,& euangelium lucet in eo, Ioh. a b.3 c.4 b c Diligēdi ministri verbi,primo thessalonicens. 5 c. Dilectionem & fidem orantes peramus a deo,Iudæ f Ex dilectione proueniunt opera bona,heb.6 c Dilectionem in Christū prius habere oportet,quam mandata eius possumus implere,Ioh.14 c d.15 b. Diligūt Christum q filij dei sunt. Ioh.8 e Qui diligunt Christum,gaudēt eum esse apud patrem,Iohan.14 d Diligēs Christum,diligetur a patre & ab ipso,Iohan.14 c d Quod multum dilexerit deum peccatrix mulier, peccata multa dimissa sunt ei,lucæ.7 g Per dilectionem mutuam cognoscimur Christi discipuli, Iohann.13 d Diligit Christus Mariam & Martham,& Lazarum,Iohan.11 a Si ipsum diligeret,Christus ter Petrum interogat,summa charitate erga Iesum opus esse pastoribus docens, Iohan. 21 c Diligendi amici,leui.19 d Diligit Ionathas Dauidem vt animam suam,1.re.20 c Diligendi inimici,mat.5 g.prouer.25 c Diligit Dauid inimicum suum Saulem,1.re.24 b.26 a Diliges dominum deum,& c.primum & maximum mandatum.Secundum,Diliges proximum,matt,22 d. marc.12 c.luc.10 e Diligere deum ex toto corde, magis omnibus holocaustomatibus,marc.12 c. deut.6 a Ad dilectionem dei,exhortatio.1.Ioh.4 d.Ioſu.23 c.eccl 13 c Diligant deum hortatur rubenitas Ioſue.Ioſue.22 a Vt diligamus se petit a nobis deus,deuterono.10 c.11 c Diligendus deus obediendo mandatis eis,deuterono.11 b Vt diligamus ipsum toto corde & anima,circuncidit de

us & purgat cor nostrum ab oīi fiducia externa deuterono.30 b Diligit Salomon deum, 3. re.3 a Diligentibus se misericors deus, exo.20 a. deu.5 a.7 d. Diligere deum est vita & bonū, siue unde consequitur vita & bonum omne. deut.30 d

¶Diluuium

Diluuium prædicit deus ipsi Noe. gene.6 b Diluuiī causa. gen.6 a Diluuii inundatio. gen.7 c Diluuium non erit rursum, gen.8 d

¶Dimittere

Dimitti sibi peccatum postulant fratres Ioseph. gene.50 c Dimittit Ioseph iniuriam fratribus, gene.50 c

¶Dina

Dina filia Iacob ex Lia. gene.30 c Dina filia Iacob ex Lia rapitur. gen.34 a

¶Dionysius

Dionysius Areopagita Christo credit, act 17 g.

¶Diotrephes

De Diotrephe quodam, qui quod primatum gere re in ecclesia amaret, reprehenditur a Iohanne. 3. Iohan. c.

¶Discalceatus

Discalceati domus q̄ dicebatur in Israel, deu.25 b

¶Discipulus

¶Discipuli

Discipulū Chri fieri tanq̄ malū aliq̄d, opprobrāt pharisæi cæco nato, ioh.9 e. Discipuli a ventis validis iactati in mari, Christi potentiā & suā incredulitatē experiūtur. mat.14 c. mar.6 f. Ioh.6 b. Discipuli Christū ire in Iudæā dehortant. Ioh.11 a. Discipuli esurientes, sabbato spicas vellūt. mat.12 a. Discipuli indignātur effusum vnguentū super caput Chri. mat.26 a. mar.14 a. Ioh.12 a. Discipulos aufugituros

gituros, vbi viderẽt eũ cõprehẽdi, p̃dicit eis Chr̃s q̃d negant. mat. 26 c. mar. 14 a. lucæ. 22 d. Discipuli oẽs fugiunt videntes trbulationes Christi, mat. 26 f. mar. 14 e luc. 22 e. Ex discipulis Christi, qdã dubi tauerunt eũ resurrexisse. matt. 28 a. Discipulis suis inclusis propter metũ Iudæoꝝ, ianuis clausis ingreditur ad eos vt viderent eũ resurrexisse. Ioh. 20 e. Discipuli Christi sunt, q̃ in fide eius permanent, Ioh. 8 d. Discipuli Christi dignoscimur, si mutuam dilectionẽ habuerimus. Ichã. 13 d. Qui discipulus Chr̃i esse velit, ranq̃ domũ ædificaturus, aut bellũ cũ altero cõmissurus, perpendat, an à deo sibi datũ sit, tribulatione obortа propter Chr̃m, posse pati, & non resilire a Christo. luc. 12 f. Discipul9 Christi ministerq; euangelii esse nõ põt, q̃ parẽtes &c. plus amat q̃ Christũ. mat. 10 d. Discipulo Christi si quis vel potũ aquæ eo nomine dederit, q̃d Christi sit, non perdet mercedem. mat. 10 d

¶Disciplina

Disciplinã dei & tribulationes, quas infligit nobis ne negligamus. hebræ. 12 b. Qui sine disciplina dei sunt, filii eius non sunt. heb. 12 c. Disciplinã suã non recipiẽtibus. i. nolẽtib9 p̃ceptis suis obedire minat deus, leui. 26 d. Disciplinæ & correctionis vtilitas prou. 13 c. 15 d. 12 a. Disciplinam & correptionem irrident stulti, prou. 15 a b

¶Discere

Discere timere deum. 3. reg. 8 e Discenda & facienda præcepta dei. deute. 5 a Vt discerent timere deum præcipit deus legi populo Deuternomium. deut. 31 c Discamus timere deum, faciendo quod præcipit. deut. 14. c.

¶Discordia

Discordiæ occasionem se fuisse in Iudæa conquẽri

tur Se-

tur Ieremias, Iere.15 c Discordiarum seminatorem detestatur dominus, prouerbiorum.6 b Dissidiorum amatores vbique quærunt rixandi occasionem, prouerbio.18 a Non dissensionis deus author est, sed pacis, 1.corinthio.14 f Dissensio inter Paulum & Barnabam tanta, vt discederent ab inuicem, act.15 g

¶Dispensatio

Dispensatio euangelij Paulo credita.1.corinth.9 c, ideo supplicium illi paratum, si cessasset. Dispensatores mysteriorum dei, apostoli, 1.corinthio.4 a. In dispensatoribus dei, fidelitas requisita. qua sola dei gloriam spectent.1.corinthior.4 a Dispensatores gratiarum & donorum dei sunt fideles. 1.petri 4 b.

¶Disputatio

Disputationes & quæstiones stultas de lege vitemus, tit.3 c

¶Dissimulare

Dissimulat Saul se audire verba impiorum, nolentium ipsum recipere in regem, 1.re.10 d

¶Ditare

Ditat dominus & pauperem facit quando lubet, vt de se Anna cantat, quam ipse dominus infœcundam fecerat, & postea fœcundam fecit, primo regum secundo b.

¶Diues

Iumentum coire non facies cum alterius gñis ani mantibus, leuit. 19 d.

¶Iuramentum

¶Iurare

Iuramentum suum custodiens deus, quo iurauerat Abrahæ, Isaac, & Iacob se daturum terram Cha naan: & quia eos diligebat, elegit deus iudæos in populum sibi proprium, deut. 7 b. 11 b. Iuramē tum quod patribus se daturum promiserat deus, quale erat, luc. 1 g. Iuramentum quo iurauerat Abrahæ se daturum terram Chanaā, impleturō affirmat ipsi Isaac deus, gen. 26 a. Iuramentum quo iurauerat deus se daturum terram Chanaan Israelitis, impletum, ios. 21 d. Iurat deus non da turum se terram incredulis, deuterono. primo f. Iurat Esau ipsi Isaac se daturum primogenita, ge ne. 25 d. Iurant sibi mutuo Abimelech & Isaac, neutrum alteri nociturū, gene. 26 g. Iurat iacob ipsi Laban non nociturum ei, gen. 31 g. Iuramē tum fiebat apud iudæos manu posita sub fœmo re eius qui exigebat iuramentum, gen, 24 a. 47 g. Iurat ioseph patri se delaturum eum post mortem in Cha-

in Chanaán.gen.47 g. Iuramentum vt compleat deus, morantur in desertis israelitæ, donec mortui sint bellatores quos iurauerat morituros, deut. 2 c. Iuraturi leuare manum ad cœlum solebant, deut.32 f. Iurat iosue cum principibus populi in nomine domini, se nihil mali facturos Gabaonitis callidis: propter quod deprehensa licet simulatione, non audent eos contingere, timẽtes iram domini, ios.9 d. Iurant israelitæ se non daturos filias suas in vxores reliquis ex tribu Beniamin, iudi cum 21 a. Iuramento constringit Saul populum ne quicquam gustent ante victoriam, vnde accidit vt populus fatigatus comedat cũ sanguine cõtra dei præceptum, 1.reg.14 d. Iurat Saul se non occisurum Dauidẽ, 1.reg.19 b. Iurat Dauid Saul se non deleturum semen ipsius. 1.re.24 d. Iurat Dauid se non occcisurum Semei. 2.re.19 d. quod iuramentum nihil veritus, moriturus mandat vt fiat contra Semei quod secundum deum iustum ẽ, vt videas iuramenta non valere ad hoc vt non fiat quod secundum deum fieri debet. Iurat Dauidi Ionathas & Ionathæ Dauid, ferientes fœdus inter se, 1.reg. vigesimo c. Iuramentum a Saule violatum, quo iurauerant israelitæ se nihil nocituros Gabaonitis, fame trium annorum punitur a deo, nec cessat nisi morte septem filiorum Saul suspensorum ab ipsis Gabaonitis, 2.re.21 a b c. Iurant israelitæ Dauidem non amplius exiturum in prælium, ne periret, 2.re.21 d. Iurauerat Dauid ipsi Betsabee, post mortem suam Salomonem regnaturum. 3.re.1 b c d. Iuramento astrictus proximo. 3.reg.8 d. Iurauerat Dauid se non occisurum Semei, quẽ moriturus occidi præcipit ipsi Salomoni. 3.re.2 b. Iurat Salomõ se occisurũ Ado-

niam fratrē quē & occidit,3.re.2 c. Iurauerat de us quod iudæos faceret ſibi populum,1.reg.12 d. Iurat Paulus ad alioꝝ vtilitatē.2.cor.1 d. Nō iu randū per nomē externorū deorū,exo.23 c.ſed per nomen dei,deute.6 d.10 d. Ne iurent per nomen idolorū dehortat̄ populū ioſue.ioſ.23 b. Iurandū non eſt fruſtra.deut.5 b. Iurātibus in noīe dei mē daciter maledictio,zach.5 a. Iuramēti expiatio leuit.5 a. Iuramenta deo reddēda,nu.30 a. Iuſ iurandū iudex exigit a fure,aut alijs,exo.22 b. Iu ramentum inter hoīes,confirmatio eſt eorū de quī bus controuerſia eſt inter eos,heb.2 c. Iuramen to confirmauit promiſſionem ſuam deus, vt im poſſibile ſit eam non præſtari,heb.6 d. Qui iura mento negātem peccatum ſuum audierit quod vi derit ipſum admiſiſſe,ſi non indicauerit,peccat,le uit.5 a. Cum iuramento & deteſtatione Petrus negat Chriſtum,mat.26 g.mar.14 g.luc.22 f.ioh. 18 c. Iuramentum domini vocat Salomon, quo iurauerat ſe occiſurum Semei,ſi domum egreſſus fuiſſet,3.reg.2 g. Iuramentum familiare iudæis, Hæc faciat mihi ſdeus, & hæc addat,ſecundo re gum tertio g. Non iurandum omnino ,matth.5 f.iaco.5 c.eccī 23 b.27 b. Per quod iuratur,hoc & ad omnia ea pertinet quæ illi coniuncta ſunt, aut cui illud conſecratum eſt, vt qui per cœlum iurat, etiam per deum iurat qui in eo eſt.matt.23 b.

¶Ius

Ius gladij.gen.9 a.exo.21 b c. leuit.24 c.deu.19 d. Ius belli in expugnandis vrbibus,deut.20 c. Ius publicū nō violandū.pro.20 b. Ius publicum dei opus eſt,pro.16 b. Ius regis regnaturi ſuper iſrael 1.reg.8 b. Iuri propinquitatis quomodo cedebāt Hebræi,ruth.4 a b.

¶Iuſtitia

¶Iustitia
¶Iustus
¶Iustificare

Iustitiæ dei argumẽta.iob 5 b. Iustitia dei ab opi bus eius declarat.iob 36 a.&38 a. Iustitia &mã data dei facienda,deutero.27 b. Iustitiam &iudicium facit Dauid populo suo,secundo reg. octa uo d. Iustitia Dauid, qui cum etiam indigeret, cum sexcẽtis viris,abstinuit a rebus fratrũ. primo re.25 c. Iuxta iustitiã & fidẽ retribuit deo vnicui que.1.re.26 d. Iuxta iustitiã manuũ Dauidis retribuit deus quẽ falso accusatũ tanq occupatorẽ regni Saulis,deus regẽ cõstituit.2.re.22 b. Iustitiam corã deo habet,& ab ipso iustus reputatur q vesti mẽtũ a paupe,pignoris loco acceptũ, reddit ipsi añ solis occasum,deu.24 b. Iustitiæ nr̃æ ne tribuamus q̃d deus det nobis hæreditatẽ vitæ æternæ promissam,deu.9 a. Propter iustitiã cordis &eq tatẽ,nõ tribuit quieq deus hoibus,deu.9 a. Iustitiæ victimas imolare.deu.33 c. Iustitiæ specie, q̃ statim populo venieti reddebat Absalõ, cõciliat sibi aios populi,vt tãdẽ regnet pro pr̃e.2.re.15 a Iustitiæ dei cõparatiõe,hois iustitiã nullã declarat iob.iob.4 d.9 a.25 b. Iustitia in nobis nulla, sed nec in sanctissimis.iob 4 d.isaiæ 43 d. Iustitia nostra,Christus,1.corinthiorum 1 d.isaiæ 42 b. 45 b.53 b. Iustitia nostra, a deo ẽ per fidem in Christum,philip.3 c. Iustitiam per Christum promissam,fide Paulus expectat,galatas quinto a. Iustitiæ serui facti sumus liberati a peccato, romanorum sexto d. In iustitia legis viuet, qui quæ legis sunt perfecerit,rom.4 d. Iustitiã ex operibus quærentes statuere,iustitiæ dei non sunt subditi,roma.10 a. Iustitia in cœlis nouis habitat,2.pe.3 c.

Iustitiam

Iustitiam qui facit, ex deo natus est. 1. iohan. 2 d. Iustitia sit nobis pro lorica. ephes. 6 c. Iustitiæ cū iniustitia nullum omnino consortium. 2. corin. 6 c. Iustitiæ liberi sunt, ipsaq; iustitia carent, quicunq; se peccatis addicunt in seruitutem. rom. 6 d. Iustitiæ fructus in pace seminatur facientibus pacem, iacob. 3 d. Iustitiam dei non efficit ira viri, iaco. 1 c. Iustitia Christiani, Pharisæorum iustitiā excellat oportet, matt. 5 c. Propter iustitiam pati, beatum. 1. pet. 3 c. eccl 4 d. Iustificari nullū posse iudicante domino ostendit Iob. iob 9 d. Iustificatore Christo egent omnes. isa. 41 g. Iustificari est saluari, redimi ab omni iniquitate, mundari, ablui, sanctificari, regenerari, & renouari per spiritum dei, non reputari nobis delicta nostra propter Christum, peccataque nobis remitti gratia Christi, vt opera bona faciamus. titu. 2 d. 3 b. actu. 13 f. 2 cor. 5 d. 6 c. Iustificandas esse gentes fide in Christum, prædixerat scriptura. gala 3 a. Iustificamur ex fide in Christum, roma. 4 d. 5 a. b. gala. 2 c. act. 13 f. Iustificari oportet prius & creari in Christo Iesu, quam bona opera operari, lucæ. 1 g. titum. 1 d. ephes. 2 b. Cum iustificet deus, nemo est qui electos dei possit accusare. rom. 8 g. Non iustificari hominem per opera legis, variis argumentis probat Paulus. gal. 3 a. Si iustificamur p legem, frustra Christus mortuus est, qui vt nos iustificaret est mortuus, gal. 2 d. Qui iustificari volunt operibus legis, illis gratia Christi nihil prodest gal. 5 a. Iustificati, debitores sunt, nō carni sed spiritui dei, vt huic obsequantur quicquid iusserit. roma. 8 c. Iustificati, pacem & tranquillitatem cō scientiæ habent, scientes deum illis esse reconciliatum per Christum. romano. 5 a. Iustificati, in tribula

tribulationibus gloriãtur, rom.5 a. Iustificamur iudicamurq; boni aut mali ex verbis nostris, matthæ.12 c. Iustificant deum publicani, iustum & iustificantẽ cõfitenti, cõfitentes pcta, & gratiã oblatam suscipiẽtes, pharisæis contemnentibus, luc. 7 e. Iustificatum, & vt vera dei sapientia susceptum est euangelium, a filijs suis omnibus electis a patre, matt.11 c. Iustificare iustum dicitur deus, quando afflictum liberat ab affligentibus & calumniantibus. 3.re.8 d. Ad iustificationem credentium pro eis perfecit Christus legem, rom.10 a Iustificatio impletur in ijs qui secundum spiritum ambulant, quo credunt per Christum se legem perfeciſſe. rom.8 a. Iustificationes sanctorum p byssum significatæ, apo.19 b. Iustus deus, deut.32 a Iustum deum confitetur Pharao, & se impiũ. exo. 9 f. Iustus & fidelis nullus est inuentus in Iudæa, propter quem debuerit dominus parcere ciuitati, Ierem.5 a. Iustus Noe inter homines suæ ætatis pessimos, gene.6 b.7 a. Iustus reputatur a deo Abram quod ipsi promittenti filium crediderit, genes.15 b. Iustus in conspectu dei nemo. eccl.7 a. Iob 4 d. 9 a. 25 b. Iustus Christus est, semper faciens quæ placita sunt patri, 1.pet.2 d. Iustum Christum confitetur vxor Pilati, matth.26 b. Qui iusti & beati dicendi sint, psalm.31. vers.1. Iusti q-bus peccatum non est imputatum, prouocãtur ad laudandum deum, psalm.32. vers.1. Qui iustus non est, perfectam in deo charitatem habens, ex deo non est. 1.iohan.3 b. Iusto, & ei qui spũ dei ducitur, non est lex posita, sub lege non est, nec stimulis legis illi est opus, cum per spm̃ dei legem faciat, gal.5 d.1.timo.1 b. Iustus fide viuit. hebræ. 10 g. rom.1 c. Super iustos oculi domini, & aures

eius

eius ad preces illorum.1.petr.3 d. Iusti oratio assi dua & efficax multum valet. iacob.5 d. Iustum sua iustitia, quam habuit secundum legem viuendo, recusat Paulus se velle esse, sed iustitia Christi philip.3 b. Iustum se ideo non audet iactare Paulus, quod nullius fraudis sit sibi conscius, 1.corint. 4 a. Iustus vix in hoc mundo saluatur, & euadit tribulationes pro nomine Christi, 1.pe.4 d. In eos qui iusti sibi videntur, cæteros aspernati, parabolam Pharisæi & publicani proponit Christus. luc. 18 b. Iustum publicanum pronuntiat Christus, luce 18 b. Iusti post iudicium, vt sol fulgebunt, matthæ.13 f. Super Iustis & ijs qui de grege Christi sunt, non est peculiare gaudium, quemadmodum super vno peccatore, qui cum ouis esset electa, sed perdita ignorans dei, nunc resipuit, & deum agnouit, alijsq; iam domini ouibus iungitur, matt. 18 b. lucæ.15 a. Iustum si quis quod iustus sit receperit, mercedem quam fide a deo recepturus est ille iustus, recipiet & iste, matth.10 d. Iustus accusator sui, prouer.18 c. Iusti securitas. prouer.28 a. Iusti probatio, ptou.17 a. eccl. 2 a. Iusti tentatione probantur, eccl 27 a. Iusti non liberabunt impios a malis immissis, eze.14 d. Iusto se a via recta auertenti mors prædicitur, eze.18 f. 33 c. Iustorum constantia aduersus persecutores, sapien.5 a. Iustorum oratio, prouer.15 d. Iustorum canticum securitatem magnam habentium, Isai.25 a. Iustorum finis incognitus, & eorum pax, Isai.57 a. Iusti iudicabunt impios, prouer.14 c. Iustus non occidendus, exo.23 a. Iusta semper persequamur deut.16 d. Iustorum liber, Ios.10 c.

Iuuenes

Iuuenum consiliũ secutus Roboam, populo dura respon-

respõdet, propter q̃d deficit ab eo populus Israel. 3 reg. 12 b.c. Iuuenes quales esse debeant, titu. 2 b. Iuuenilia desyderia fugienda. 2. timo. 2 d. A Iuuentute benefaciendum, eccẽs 11 d. 2 a.

¶Ixios

Ixion non comedebant Iudæi, deut. 14 b.

¶L.

¶Laban

LABan fratris Rebeccæ mira solicitudo erga peregrinum seruum Abraham, gen. vice. q̃r. d. Laban occurrit obuiam ipsi Iacob, eumque sancte osculatur, gen. 29 b. Laban dat Liam in vxorem Iacob, loco Rachelis, gene. 29 c. Laban circumuenit ipsum Iacob, gen. 31 a. Laban insequitur Iacob fugientem, genes. tricesi. pri. c. Laban init fœdus cum Iacob. gene. tricesi. pri. f. Laban ægrefert diuitias Iacob intantum augeri, genes. tric. pri. a. Laban filij murmurant ob diuitias Iacob, gene. trice. pri. a.

¶Labium

Labiorum fructus, laus deo facta per Christum hebræ. 13 c. Labij siue labri ænei forma, exod. 30 c. 38 a. b. & eius situs, exod. 40 c. d.

¶Labor

¶Laborare

Labor est perpetuus, hominis vita. iob 7 a. Labori homo addicitur propter peccatum Adæ, vt victum sibi comparet, gene. 3 d. zacha. 13 b. Laborat terram Adam eiectus de paradiso. genes. 3 d. Laboribus proprijs vult deus nos viuere, eosque alijs impertiri. prouerbio. 5 c. Laboris commendatio. eccl 7 b. 10 d. prouerbio. 12 b. 13 a. 20 a. 28 c. Ad laborem manuum hortatur, eumq; præcipit

Paulus

Paulus.1.theſſ.4 c.1.theſſ.3 c.prouer.10 a.12 b.d. Qui non laborat, non manducet. 2.theſſ.3 c. Ab eo qui manibus laborare non vult, ſed ex aliorum labore viuere, ſubtrahamus noſipſos, non eum tamen æſtimantes inimicum, ſed corripientes vt fratrem.2.theſſ.3 b. Laborat manibus Paulus apoſtolus, 1.cor.4 c.1.theſſ.2 b. nocte & die, ne quē grauet, & panem labore aliorum gratis manducet.2. theſſ.3 b. Apud Aquilam ſcenofactoriæ artis peritum, act.18 a. Subuenitq; neceſſitatibus fratrū actu.20 g. vt eum imitemur. Non laborandum cuiquam vt diteſcat, prouer.vice.ter.a. Laborantis ſecuritas, eccīs 5 c. Labore omnia florent, prouer.14 a. Laborem fugiens piger mendicabit. prouer. viceſ.a. viceſ.pri.a. Laborantes ſuo labore alendi ſunt, ſicut boues ſua tritura, deu.viceſ.quin.b. Labores manuum comeduntur ĩs q̄ non ſeruant præcepta, deu.viceſ.octa.d. Laboribus manuū noſtrarum vt benedicat deus, id eſt, augeat, & proſpera eſſe faciat, alamus pupillos, viduas & peregrinos, deut.dec.quar.d. Laborē manuum Iacob reſpexit deus, non ſinens eum abire a Laban ſine magnis diuitijs, gene.31 f. Laboribus opprimi populum dei iubet Pharao, ne multiplicetur. exod.5 b. De laboribus alienis gloriā non captat Paulus, 2.corin.10 d. In laboribus ſe commendat Paulus vt dei miniſtrum. 2.corin.6 a. Labores ſuos recenſet Paulus, 2.cori.11 f. Labor operum noſtrorum Chriſto opitulante non eſt futurus inanis, 1.corinth.15 g. Iuxta laborem proprium miniſtri dei in officio euangelico accipient mercedem.1.corinth.3 b. Labores hominum ſuperflui, eccī 4 b. Laborem & afflictionem clamantium ad ſe reſpicit deus, deut.26 b. A labo-

ribus

ribus suis requiescent in posterũ ex spiritus dei sententia, quicunq; in domino moriuntur. apo. 14 c.
Laborantes & oneratos peccata sua iam sentientes & spiritu pauperes, vocat ad se Christus, vt eos refocilet, pacem & animi tranquillitatem donaturus. matthæ. 11 d.

¶Lac

Lacte & melle fluens terra Chanaan. exod. 3 c.
Vt lac de ouibus comederẽt, introduxit deus Israelitas in terram promissionis. deute. 31 b. Lac & butyrum peregrinis apponit Abraham. gen. 18 b.
Lac dat Iahel ad bibendem ipsi Sisaræ fugienti Deboram. iudicum 4 d. Lacte opus paruulis. hebræ. 5 d. quo Paulus pascit Corinthios adhuc paruulos in Christo. 1. corinth. ter. a. Lac rationabile, diuinum & spirituale verbum concupiscamus 1. petri. 2 a. Lactat filium suum Samuelem Anna vxor Elcanæ. 1. reg. 1 d.

¶Lachis

Lachis vrbs expugnatur. iosu. 10 e.

¶Lachrymæ

Lachrymæ, vide Fletus. Lachrymis suis pedes Christi rigat peccatrix mulier. lucæ. 7 f. Cum lachrymis nocte & die non cessat Paulus monere fratres. actu. 20 f. Cum lachrymis orat pater dæmoniaci, incredulitatem suam a Christo iuuari. marc. 9 d.

¶Lætari

¶Lætitia

Lætatur deus benefacere nobis, lætatur similiter nos affligere cum non obedimus ipsius præceptis deut. 28 g. 30 b. Lætari iubet populum suum deus in loco quem elegisset ei, non autem alibi. deu. 12 b. Lætabantur & exultabant coram domino

maritus, vxor, filij, filiæ, serui & ancillæ, offerentes deo hostias. deu. 16 b. c. 26 c. Lætatur Iethro filios Israel liberatos de manu Pharaonis. exo. 18 a. Lætatur Anna in deo, qui eam ex sterili fœcundam fecerat. 1. reg. 2 c. Lætatur Saul cum Israelitis, innouato suo regno in Galgala coram domino. 1. regum 11 d. Lætitia ingens, vncto Dauide super regnum Israelis & Iudæ. ter. regum. 1 e. f. Lætitia constituto Ioas rege super Iudam. 4. regum 11 d. In lætitia cordis deo seruiendum. deutero. 28 e. Lætitia facientibus quod præcepit deus. deu. 16 c.

¶Lagana

Laganorum oblatio. leuit. 2 a.

¶Lagena

Lagenis vacuis complodentes viri trecenti qui cū Gedeone erant, tradit deus Madianitas in manus ipsorum. iudicum 7 e.

¶Laici

Laici panes, qbus licebat vesci omnibus. 1. re. 21 a

¶Lais

Lais habitatores occiduntur a filijs Dan, vrbe sue censa, in qua reædificata ab ipsis, habitant, vocantes eam Dan, ex nomine patris ipsorum. iudic. 18 g.

¶Lamech

Lamech duas vxores accipit. gene. 4 d. Lamech homicidia sua confitetur vxoribus. genes. 4 d. Lamech ætas, 777. anni. gene. 5 d.

¶Lamentatio

Lamentatio Dauid super Saulem & Ionathan. 2. regum. 1 e. Lamentatione sua Iohannes non potuit Iudæos ad pœnitentiam perducere, sed nec Christus suo amicabili conuictu. matthæ. 11 b.

¶Lamina

Laminæ factæ forma, exod. vicesimo quar. f. 39 e.

Lâmina in fronte Aaron, vt placaretur illi deus. exod.28 f.

¶Languor

Languorum omẽ genus immissurum Deum prædicit Moses non seruantibus præcepta ipsius.deuterono.28 g.

¶Laodicenses

Ad Laodicenses epistolã scripsit Paulus. col.4 d.

¶Lapides

Lapides. 12. ex alueo eriguntur in monimentum siccati Iordanis.iosue.4 a. Lapides pluit. iosue. 10 c. Lâpidibus pluit deus super Amorrhæos inimicos Iosue.iosu.10 b.c. Lapides onychini duo in quibus nomina filiorum Israel sculpti. exod.28 b. 39 b. Lapidibus impolitis, & calce linitis, in quibus verba dei scriberentur, præcepit Moses cõstrui altare, deuterono. 27 a. Lapides duodecim ponit Iosue in medio Iordanis, vbi stererant pedes Leuitarum.iosue.4 b. Lapidem erigit Iacob in titulum.genes.28 d. Lapidibus in aceruum collectis in testimonium fœderis, Iacob & Laban comedunt super ipsum.genes.31 f. Lapidem erigit Iosue in testimonium, quod populus Israel elegisset dominum in deum, iosue.24 f. Lapis erigitur a Samuele in loco vbi auxilio fuerat eis deus in testimonium. 1.regum.7 c.d. Lapides iacit cõtra Dauidem Semei. secun.regum.deci.sexto c. Lapidibus repleri agros pingues iubet Deus vbi Ioram cum suis viciissent Moabitas, quod & fecerunt. quarto. regum.terc. c. d. Lapides citius clamassent Iesum esse verum Messiam, quam potuisset prohiberi pueris id Christo Ierusalem ingredienti acclamantibus, Matthæ.vicesi.pri.b.

Lapis viuus Christus reprobatus a Iudæis ædificantibus & populum docentibus, angularis coniungens Iudæos & gentes in vnum populum. matthæ. 21 d. luc. 20 b. 1. pet. 2 b. Actu. 4 b. Psalm. 117. vers. 21. dani. 2 g. In lapidem Christum impegerunt Iudæi per incredulitatẽ, & fuit illis in ruinam roman. 9 g. Lapis offensionis & petra scandali Christus, in quem offenderunt & impegerunt Iudæi non credendo. 1. pet. 2 b. Lapides viui efficiuntur, qui ad Christum accedunt, & super lapidem pretiosum Christum superædificantur. 1. pet. 2 a. Lapidari timet a populo Moses. exod. 17 b. Lapidare vult populus Caleb & Iosue, quos deus protexit. nume. 14 b. Lapidatur Naboth innocens. ter. reg. 21. c. d. Lapidatus est semel Paulus. 2. cor. 11 f. act. 14 c. Lapidare volunt Christum Iudæi, & quare. iohan. 8 g. 10 f. Lapidare vult populus Siceleg Dauidem. 1. reg. 30 b. Lapidatur qui colligit ligna in sabbatho. nume. 15 d. Lapidatur Acham qui tulerat de anathemate. iosu. 7 d. Lapidabatur, sententia iudicis, filius inobediens. deut. 21 d. Lapidabatur virgo quæ corrupta fuisset in domo patris. deu. 22 c. Lapidabatur qui ex populo vel bestijs tetigisset montem Sinai. exo. 19 b. Lapidetur maledicens nomini domini, & blasphemus. leui. 24 b. Lapidari iubentur qui solem, lunam, vel militiam cœli adorassent. deu. 17 a. Lapidetur diuinus. leui. vicesi. d. Lapidandus frater amicus, filius vel filia, vxor vel propheta suis miraculis abducens a fide & fiducia in deum. deute. deci. ter. b. c. Lapidandus qui filium idolis immolauerit. leuit. vice. a

¶ Laquei

Laquei mortis, secun. reg. vicesi. secun. a.

¶Larus

Larum non comedebant Iudæi. deut.14 b.

¶Lassus

Lassis militibus denegãt panes Socothitæ & Phanuelitæ immisericordes, propter quod a Gedeone puniuntur. iudic.8 b. c. d. Lasso Dauidi & suis, affert Siba cibaria, & vinum. secun.reg.16 a.

¶Latitudo

Latitudinem cordis dederat deus Salomoni, id est liberum animum, quo omnia liberrime corã deo cuncta aguntur. ter.reg.4 d.

¶Latrinæ

Latrinæ fiunt vbi templum Baal fuerat. quar.regum.deci.f.

¶Latrones

Latrones duo cum Christo crucifiguntur, a quibus improperia patitur. matth.vicesi.sep.e.marc.15 b.lucæ.vicesi.ter.d.iohan.19 d. Latro alter crucifixus cum Christo, alterum blasphemantem corripit, seipsos peccatores, Christum autem innocentem confitens. lucæ.vicesi.ter.f. Latroni peccatorem se confitenti, & petenti sui reminisci, promittit regnum suum Christus. lucæ.vicesi.ter.f. Latronibus pendentibus cum Christo frangũtur crura. iohan.19 f.

¶Latus

Latus Christi aperitur lancea, ex quo exit sanguis & aqua. iohan.19 f. Vide sanguis.

¶Lauacrum

Lauacro regenerationis (quod renouationem illam quam in nobis continuo spiritus sanctus operatur, significat) saluos nos fecit deus, & in ecclesiam suam cooptauit. titu.ter.b.

¶Laus

Laus nostra deus, quem laudare debemus, confitẽ do omnia nostra esse a deo, vt filij Israel. exodi. 15 a. deut. 10 d. Laus creatoris ab operibus eius. eccl. 43 a. In Laudem suam elegit deus populũ Israel vt ipsum laudaret. deut. 26 d. Laus dei inter gentes, quæ illum tanquam saluatorem fide receperunt. 2 re. 22 d. Laudandus deus, qui sanguinẽ amicorum suorum vlciscitur, deuter. 32 f. Laudant deum Israelitæ, quod Rubenitæ & Gaditæ fratres perseuerent in cultu & timore dei. Ios. 22 g. Laudat Anna dominum, quod liberauit eam ab opprobrio sterilitatis, dato sibi filio Samuele. 1 re. 2 a. Laudat deum Salomon quod iuxta promissiões patri suo Dauid factas, ædificarit templum nomini dei. 3 re. 8 b. Laudat fidelis Dauid benignitatem dei ob promissum sibi Christum. 2 re. 7 c. Laudat Dauid dominum post tribulationes. 2 re. 22 a. Laudant assidue deum apostoli, & benedicunt, expectantes spiritum sanctum. luc. 24 g. Laudat deum plebs visis miraculis luc. 18 g. Vt Laudaretur gratuita sua beneficentia, deus præde stinauerat nos adoptare sibi in filios per Christum eph. 1 a b. Laudes et exultationes eorum quibus cognitus Christus, describit Lucas. actu. 2 g. Laudis hostia offerenda deo per Christum. Hebr. 13 c. Laus dei, vocatur hostia laudis & fructus labiorum. Hebr. 13 c. Laus erit vnicuiq; a deo, cum in iudicio reuelauerit consilia cordium. 1 Corin. 4 a. Laudes immodicæ sunt suspectæ. Prouerb. vicesimo septimo c. Laus in ore proprio sordescit, prouerb. 27 a.

¶Lauare

Vt Lauet se, & vngat, præcipit Noemi ipsi Ruth profecturæ ad Booz, vt coram ipso inueniat gratiam,

tiam.ruth.1 a. Lauatur Dauid postquam surrexit de terra ab oratione,& vngitur.2 re.12 e. Lauant pedes ex itinere susceptri hospitio,iudicum 19 e. Vt Lauet pedes suos Vrias reuersus ab exercitu,iubet Dauid.2 re.11 b. Lauabant Iudæi mortuos.actu.9 g.

¶Lazarus

Lazari infirmitas immissa a deo, vt per eam Iesus glorificaretur,& cognosceretur Messias.Iohannis 11 a. Lazarum suscitat Christus.iohan.11 e. Vt Lazarum suscitatum videāt,conueniunt Pharisæi in domum ipsius,Iohan.12 b. Apud Lazarum cœnat Christus.Iohan.12 a. Lazarum interficere cōsultāt sacerdotū principes,& quare, Ioh. 12 b. Ob Lazari suscitationē multi Iudæi credūt. Ioh..11 e.

¶Lebna

Lebnam vrbem expugnat Iosue.& omnia occidit cum rege ipsius,Ios.10 e.

¶Lectus

Lectus Og regis,nouem cubitorum longitudinis,& quatuor latitudinis,deuteron.3 b. Lectulum mensam,sellam,candelabrum cum cellula parat mulier quædam dives in hospitium Elisei, quarto Regum 4 b.

¶Legatio

Legatione fungens Paulus vice Christi annuntiat verbum reconciliationis euangelium. secundo Corinth.5 d.

¶Legere

Legere præcepit deus Deuteronomium ipsi Iosue vt sciat quid agere debeat.Ios.1 b.

¶Leo

A Leone immisso a deo occiditur propheta quidam,qui contra dei præceptum acceperat cibum

ab alio propheta.3 re.13 d e. Leones a deo immittuntur in gentes impias Samariam habitantes.4. re.17 d. Leonis catulum dilacerat Samson, spiritu dei adiutus, nihil habens in manu: in cuius corpore post aliquot dies examen apum reperit, & mel, quod comedit.iudic.14 b. Leonem virtute dei occidit Dauid.1 re.17 d. Leo prouidentia Dei seruat corpus prophetę a se occisum donec sepeliatur.3 re.13 e. A Leone percutitur quidam, qui inobediens nolebat percutere prophetam, quem iusserat deus percuti.3 re.20 g. Leo de tribu Iuda.apocaly.5 b.

¶Lepra

¶Leprosus

In lepram versa manus Mosi.exod.4 d. A Lepra cauēdum. deu.24 b. Leprę a lepra distinctio leu.13 a. Leprosi domus cōsideratio & ex purgatio, leuiti.14 e. Leprosi hominis mundandi lex. leuit.14 a. A lepra sanatus Naaman confitetur deum Israel esse solum verū deū.4 re.5 d. Leprosi desperantes de vita, ob nimiam famem, annuntiant Samaritanis prouidentiam dei.4 re.7 b c. Leprosa efficitur Maria, quod Mosi fratri detraxisset.num.12 c. Leprosus Azarias rex Iuda mutatur.4 reg.15 a b. Leprosus, fide a Christo sanat matth.8 a. Leprosis decem mundatis a Christo, solus alienigena, gratias acturus domio, reuertitur: paucos electos esse clare ostendens, & ex nouissimis primos fieri, regnumque dei, id est euangelium ad gentes transferendum, Lucæ decimoseptimo c.

¶Lepus

Leporem Iudæi non comedebant, leuitic.11 a. deuteron.14 a. ¶Leuare

Leuare manum in cœlum solebant iuraturi, deuteronomij 32 f.

¶ Leui
¶ Leuitæ

Leui nascitur.genes.29 d. Leui & Simeon occidunt Sichimitas.gene.34 d. Leui benedictio. deuteron.33 a. Leui genealogia.gen. 46 b.exod.6 c.1 paral.6 a. Leui tribum elegerat deus, vt ei essent sacerdotes in sempiternum.1 re.2 f. Leuitas accepit deus in ministerium sibi, in locum primogenitorum quæ illi debebantur.num.3 b f.8 a. Leui tribus constituta super tabernaculum.num.1 g. Leuitæ arcam portant præcedentes populum.ios. 3 b. Leui tribus ministerio domini præficitur.deuteron.10 b. Leuitarum statio.num.3 d. Leuitarum purgatio & oblatio.leuit.8 b. Leuitæ quoto anno ætatis incipiebãt ministrare, quotoue cessabant.num.8 b. Leuitarum officia iuxta cuiusque familiam.num.4 a.8 a. Leuitarum portio in terra promissionis, ezech.45 b.48 b. Leuitæ numerantur, num.3 c. Leuitæ alendi.deut.12 c.14 d De Leuitæ cuiusdam vxore, qua Gabaonitæ impudentissime abusi sunt.iudic.19 g. Leuitæ iussu Ezechiæ expiant domum dei.2 par.29 c. Liuitæ & sacerdotes, qui cum Zorobabel venerint Ierusalem numerantur.2 esd.12 a. Leuitas numerat Dauid, & eisdem officia assignat.1 para.23 a. Leuitis datur administratio sacrorum, num.3 b. Leuitis tradit Moses deuteronomium, deut.31 b Leuitis nulla datur possessio.deutero.14 d.18 a. Leuitarum possessio deus.deuter 10 b. Leuitis dabantur primitiæ triennales.deuter.26 a. Leuitis præcipitur vt ex decimis, decimas deo offerant num.18 d. Leuitarum possessio. sacrificia & vi-

ctimæ domini. Ioſ. 13 b. deut. 18 a. Leuitis iubet dari Ezechias decimas, vt verbo dei liberius vacent. 2 para. 31 a. Leuitis primitiæ triennales dandæ. deut. 26 a. Leuitis vrbes conſignandæ. num. 23 a. Ioſ. 21 a. Leuitarum ædium venditio, leui. 25 e. Leuita adoleſcens vndiq; curſans, peruenit ad Micham, a quo conducitur mercede in ſacerdotē. iudic. 17 d. quem ſecum ducunt filij tribus Dan. iudic. 18 e. A Leuitis interficiuntur idololatræ iuſſu Moſi. exo. 32 f. In Leuitarum locum ſucceſſerūt filij Ioſeph in duas diuiſi trib⁹, Manaſſe & Ephraim, in diuiſioue terræ. ioſ. 14 a.

¶ Leuare

Leuare onus, Vide onus. 4 re. 9 e.

¶ Lex

Lex ignea, deut. 33 a. Lex cum daretur populo Iſrael, audiebātur tonitrua, micant fulgura, clangor buccinæ perſtrepit, fumat mons, exod. 19 c. Legis natura cōſcientias terrentis oſtenditur cum populus non poteſt ferre vocem dei, & petit Moſen intercedere. deut. 5 c. Legem proponit deus populo, immittens tonitrua quibus cogantur fateri peccatum quod peccauerant petendo regem, poſtea conſolatur. 1 reg. 12 c d. Legem explanat Moſes. deut. 1 a. Legem præcepit Moſes hæreditati dei. deu. 33 a. Legis verba, Tu es vir ille, qui hoc feciſti Dauid. 2 re. 12 b. In Legis ſermonibus q̄ non permanſerit, & oīa fecerit q̄ lex præcipit, maledictus deut. 27 d. Legē ſeruantiū merces, & ſpernentiū pœna. Baruch 4 a. Legem ſuam vt nocte & die legat, vt ſciat quid gerere debeat, prēcipit deus Ioſue. Ioſue 1 b. 10 f. Lex in corde & ob oculos ſemper habenda. leuiti. 19 d. deuter. 11 c. Ad legem ſeruandam adhortatio Moſi, deut. 4 a.

Vt le

Vt legem dei seruent.i.deum diligant,ambulēt in vijs eius,mandata obseruent,ei adhæreant, & seruiant toto corde.hortatur Rubenitas,Gaditas,& reliquos Iosue.iosu.22 a. Lex holocausti.leui.6 b. Lex sacrificij & libamentorum.leuiti.6 b. Lex hostiæ pro peccato & delicto.leuiti.6 d.7 a. Lex suscitandi semen fraternum,deut.25 b. Lex morientis in tabernaculo, & non tangendi immūdum.19 c. Lex primitiarum,nu.5 a b. Lex purgandæ mulieris post partum.leuit.12 g. Lex zelotypiæ.nu.5 b. Iuxta legem iudicabant populi cō trouersias sacerdotes & iudices,deu.17 b. Lex regni,1.re.8 c.10 d. Legem dei relinquere compellūtur iudæi,2,macha.6 a. Lex dei euangelica q̄lis, quidque præstet.psalm.18,vers.8. Ante legē peccatum erat in hominibus,sed mortuum, quia lex nondum erat quæ peccatum ostenderet, ideo non reputabatur,rom.5 b.7 b. Absque lege dicit Paulus se aliquando vixisse,dum videlicet lex nondū ei peccatum ostenderet,romanorum 7 b. Lex data per angelos in manu mediatoris,Iohannis 1 b. 7 b.galatas 3 c. Legislatio ad iudæos pertinet,romanorum 9 a. Per legem cognitio peccati,romanorum 3 c. Lex posita propter trāsgressiones, id est,subintrauit vt abundaret delictum,& cōcluderet omnes sub peccato, omnes esse peccatores ostendēs:vt sic humiliatis & de se desperatis, promissa Abrahæ gratia & benedictio daretur credētibus in Christum, romanorum quinto d.galatas tertio c d. Legis carcere tamdiu custodiebantur Iudæi in eam fidem quæ reuelanda erat, seu in hoc vt fide futura liberarentur, donec venisset semen CHRISTVS Abrahæ promissus,gal.5 c d. Lex pædagogus ad Christum, agens & exercitans

tans Iudæos per cognitionem peccati ad quęrendum Christum. Galat. 3 d. Legis austeritas. Hebræ. 12 f. Lex sancta, iusta & bona. rom. 7 c. Lex bona, si quis ea legitime vtatur. 1 timo. 1 b. Legem bonam ostendit, qui malum quod lex prohibet, non vult perpetrare. roma. 7 c. Lex spiritu alis, quę in spiritu & ex voluntate impleri vult. roman. 7 c. Legem Mosi Petrus vocat iugum q̃d neq; ipsi neq; patres portare potuerunt, actu. 15 b. Lex, virtus peccati & robur, per quam passiones peccatorum sunt in nobis 1 Corin. 15 g, rom. 7 a. occasio peccati, roma. 7 b c. Lex peccati & mortis, roman. 7 b. 8 a. Lex iræ, roma. 4 c. ministratio mortis & damnationis, 2 cori. 7 b. ibidem dicitur & litera. Vetustas item literæ, roman. 7 b. Legẽ nullum ex Iudæis facere clamat Christus. Iohan. 7 b. Lex non viuificabat, nec dabat vitam æternam, galat. 5 d. Lex non nitebatur fide, sed obseruatione præscriptarum ceremoniarum: eas qui seruasset, iustus, & tutus erat a supplicio apud homines, Galat. 3 b. Qui ex legis operibus sunt, & ex obseruatione legis pendent, maledicti sunt, cũ nullus faciat legem, & lex maledictos pronuntiet qui eam non seruant, Galat. 3 b. ex legis obseruatione non iustificabantur Iudæi neque immortalitas inde speranda eis erat: alioqui Christus frustra mortuus, cum non assequeremur id per eum cuius gratia mortuus est, Galat. secundo d. Legis præceptique Mosaici finis & scopus quis, secundo Timothæ. primo a. Lex & prophetæ, totaque vitæ doctrina, quam deus in lege & prophetis suis proposuit, continetur in primo & secundo mandato. Matthæ. vicesimo secundo d. Lex omnis impletur, summatur, comprehenditurque in præ

in præcepto: Diliges proximum, gala. 5 b. Legis impletio, est proximi dilectio, romano. 13 c. in eos qui legem tantum docent, & non fidem in Christum nec intentionem legis & finem, quæ est dilectio in proximum. 1. timot. 1 a. Lex vmbra erat futurorum bonorum, quæ danda nobis erant per Christum, hebræ, 10 a. Lex & prophetæ sabbatis legebantur in synagogis, actuum 13 c. Qui legis etiam minima nõ impleuerit, abiectus & nullius loci erit in populo dei: q̃ contra, magnus, matthæi 5 c. Secundum legem debere Christum mori, clamant iudæi, & quare. iohan. 19 b. Vt eos qui sub lege erant redimeret, & ab eius sententia liberaret, ei satisfaciendo, venit Christus, galat. 4 a, legis finis & perfectio Christus, ad iustitiam omni credenti, roma. 10 a. Quod lex non poterat præstare. per filium dei, impletum est, per quem legem perficimus, roman. 8 a. Legem quæ decreta & mandata continebat, aboleuit Christus, & quare, ephe. 2 d. Legem abrogauit Christus aduentu suo. 2. corinth. 3 d. act. 15 c. Legis translatio facta est, cessauitque cum Chr̃i euangeliũ ęternũ regnaret. heb. 7 b. Legẽ cessasse probat Paulus, proposito simili de hærede paruulo, & allegoria q̃dã de filijs Agar & Sara. gal. 4 a c d. Vt legis & prophetarum perfectam obseruantiam statueret, venit Christus. matth. 5 b. Lex iniustis, homicidis, & id genus posita, iuxta quam puniuntur 1. timot. 1 b. Leges dei scriptæ in corde fidelium ab ipso deo. heb. 8 d. Lex iusto & fideli, q̃ a spiritu dei ducitur, nõ est posita, neque sub lege est, nec illi stimulus legis opus, cum eã animo faciat ꝑ spiritum dei quæ sunt legis, galat. 5 d. 1. tim. 1 b. Per legem spiritus vitæ, siue per spiritum sanctum credentibus

dentibus datum, morimur legi, soluimur & liberamur a lege peccati & mortis, vt amplius non iritet nos sua præceptiõe ad peccatum & mortem sed in nouitate spiritus seruiamus, vltro & hilates faciamus quod præcipit lex. romano. 7 b. 8 a. galatas 2 d. Lex dei iustificatos delectat secundũ spiritum per verbum dei conceptum. rom. 7 d. Legi dei seruit homo mente, carne autem legi peccati, rom. 7 d. Legi dei non potest subijci carnis sapientia, rom. 8 b. Legi mentis nostræ, spiritui dei nos mouenti ad bonum, repugnat lex membrorũ nostrorum & impetus naturæ deprauatæ, roman. 7 d. Lex perfectæ libertatis, lex Christi. iaco. 1 d. 2 c. Lex regia, Dilectio proximi. iacob. 2 b. Si Lex quę ministratio mortis est ad tempus data & mox antiquanda, tantum habuit dignitatis, multo plus habet dignitatis lex euangelica. per quam spiritus ministratur nobis, & iustitia nunquã abroganda. 2. corin. 3 c. Qui legem totam seruauerit, & offenderit in vno, factus est omnium reus. iacobi 2 b. Legislator vnus est, iaco. 4 c. Legisperitos alloquitur Christus, qui legem Mosi & prophetarum callebant, luc. 11 g. Legum conditores iniquos alloquitur Isaias, isa. 10 a.

¶Lia

Lia infirmis erat oculis, gen. 29 b. Liam despicit Iacob, gene. 29 d. Lia concipit, & parit filiũ Ruben nomine. gene. 29 f. Lia mercede conduxit a Rachele concubitum viri. gen. 30 b. Sicut Lia vt esset fœcũda, imprecabatur populus nubenti mulieri, ruth 4 c.

¶Libamenta

Libamenta terram promissam ingressis offerenda, num. 15 a. Libamentorum lex. leuit. 6 b.

Liber

¶Liber substantiuum

In libro vitæ noīa electorꝝ scripta.phili.4 a. De libro dei deleī qui peccauerit,exo.32 g. De libro quē scripsit,petit deleri Moses aut Israelitis peccatū dimitti,exod.32 g. Libri signati sigillis septē, visio,apocal.5 a. Librū Isaiæ legit Chrs populo Iudæorū,luc.3 c. Libri eorū qui añ Chrm ab eis cognitum curiosa sectati fuerant,cōburunt, actu. 19 d. Libros suos afferri sibi & membranas,petit per literas Paulus.2.timo.4 c. Libellum repudij permittit Moses,deut.24 a.

¶Liber adiectiuum

Liber ab oībus Paulus,oīm se seruū fecit vt multos lucrifaceret.1.cori.9 e. Liber erat Paulus,sed sua libertate nō ē vsus, nisi vbi ita exigebat aliorū vtilitas.1.cor.9 a. Liberi Chriani.1.pe.2 c.ioh. 8 d. De libertate nobis parta per Chm.isa. 43 c. Libertas euāgelij.gal.2 a. Ibi libertas vbi spiritus Chri,qui secretos addit stimulos ad officia pietatis.2.cori.9 d. Ne libertas qbuslibet vescēdi in firmis ruinæ occasionē pbeat,cauēdū.1.cori.8 c. Ne libertatē q̄ de seruitute legis i seruitutē grīæ vocati sum9,ī occasionē carnis dem9, vt caro occasionē habeat desideria pficiēdi,neue sit hęc libertas velamē neqtiæ,hortāt Petrus & Paulus. gal. 5 b. 1.pet.2 e. Ad libertatē qs vocatus dñi volūtate, seruus est Christi.1.corinth.7 d. Liberi sunt iustitiæ, ipsaque iustitia carent, quicunque se peccatis addicunt in seruitutem,roma.6 d. In libertatem gloriæ filiorum dei liberanda est creatura a seruitute corruptionis,rom.8 d.

¶Liberare

¶Liberatio

Liberat deus de tribulatione inuocantes,1.re. 4 d.

22 b. vt liberet israelem e manu Madian, mittit deus Gedeonem.iudic.6 c. Liberationem filiorum israel prædicit Ioseph.gene.50 d. Liberationem filiorum israel narrat Moses Iethro socero suo, exo.18 c. Liberationem filiorum israel quo modo velit fieri, paucis docet deus Mosen.exo.3 e f g. Liberationis suæ ex Aegypto dies celebrandus a filijs israel.exod.12 a. Liberat deus Paulum ab ore leonis Nerone.2.tim.4 d. Liberauit nos Christus a peccato, & a manu seu imperio diaboli & seruitute legis.luc.1 g.iohan.8 d.2.timot.1 c.hebr.2 d. Liberati a peccato per Christum, serui sumus iustitiæ.roman.6 c.gala.4 d. De liberorum cura eccl̃i 7 c.

¶Libido

Libido, opus tenebrarum.roman.13 d. Libidine hominum diluuium super terram, gene.6 a.

¶Licita

¶Licete

Licita sunt oĩa quæ sunt necessitatis naturæ, sed non omnia expediunt.1.cor.6 c. Licent oĩa Christiano quod ad cibos attinet, sed nõ expediũt proximo semper.1.corint.9 c.

¶Ligare

Ligare quid, matt.8 c.ioh.20 f. Ligatus Samson traditur Philisthæis a tribu iudã.iudic.15 b c.

¶Lignum

Ligno scĩæ boni & mali interdicit deus hoĩ. gen.2 c. In ligno suspensi, eadẽ die sepeliebant̃.deut.21 d. Lignorũ cæsores inter populos israel, deute.29 b. Ligna cædũt israelitis Gabaonitæ.iosu.9 d. Ligna colligẽs in sabbato, iussu dei lapidat̃.nu.15 d. Lignorũ proposita parabola, põdicit Ioathan filius Gedeonis, interitũ Sichimitarũ & Abimelech

Iech.iudic.9 a b. Lignum ostensum a deo mittit Moses in aquas amaras & dulcescunt.exo.15 f.

¶Limen

Limen Dagon non calcant sacerdotes ipsius, & quare,1.re.5 b.

¶Limes

Limites agrorum non transferendi.prou.22 d.23 b.

¶Lingua

Lingua vna,& sermo vnus in vniuersa terra post diluuium.gene.11 a. Linguarum confusio. gene. 11 a b. Lingua coercenda.1.pet.3 b. De linguæ vitio.iaco.3 a b. De linguarum dono vide multa.1.corinth.14 a. Lingua tertia.eccī 28 c. Qui lingua non labitur, beatus, eccī 14 a.19 c.25 b. Linguæ effectus, prouerbio. decimoquinto a. Linguæ bona & mala.prou.12 b.13 a.14 a. 18 d. Linguæ dolosæ tentationem describit propheta. psal.119 Linguæ vitium peccatori peculiare. eccī 6 a. Linguæ eruditio a corde est. prou. 16 d. De linguæ moderamine.prouer.17 d. In linguā venenatam.proue.26 d. Lingua lābentes, aqua manu ad os proiecta, voluit deus cū Gedeone proficisci ab bellum.iudic.7 b.

¶Lis

¶Litigare

Lites fugiendæ.proue.20 a. Liti alterius ne commiscearis,prou.26 c. Non litigandum cum fortiori.eccī 8 a. Litigare non oportet seruum domini.& episcopum.2.timoth.2 d. Lites populi iudicat Moses iuxta præcepta dei, exodi trigesimotertio b.

¶Literæ

Literas mortis suæ perfert ipse Vrias. 2.re.11 c. Literis adulterinis,&cæ.vide Iezabel.3.re.21 c.

Literam quæ occidit, vocat Paulus legem Mosi, q̃ toties legem mortis & ministrationem damnationis vocat, dum per occasionem ipsa irritat ad peccatum, quod mortem generat, 2. corin. 3 b. Eandem vocat & vetustatem literæ. roman. 7 b. Vide lex, virtus peccati.

¶Lobna

Lobna rebellat contra Iudam. 4. re. 9 f.

¶Locus

In loco quem elegisset, in terra promissionis, voluit deus offerri holocausta & sacrificia a Iudæis, nõ in loco quem quisque sibi elegisset, deuteronomij 12 a.

¶Locustæ

Locustæ propter peccata, 3. re. 8 d. Locustarum e fumo putei abyssi procedentium, visio, apocal. 9 a. Locustæ plaga octaua Aegypti, exod. 10 a. Locustæ cibus Iohannis Baptistæ, matthæi, 3 a. Locustæ visio, amos 7 a.

¶Lois

Loide auia Timothei, fidelis, 2. timo. 1 b.

¶Longanimitas

Longanimitas domini, salus nostra est, 2. petr. 3 d. In longanimitate se exhibet Paulus vt dei ministrum. 2. cori. 6 b.

¶Loqui

¶Loquens

Loquentem deum, & præcepta dantem nõ potest ferre populus Israel, timens mori, exodi 20 c. Loquitur deus Mosi facie ad faciem, sicut homo amico suo, exodi 33 c. Loquutum etiam ipsis deum affirmant Aaron & Maria. & nõ soli Mosi: murmurantes in eum. nume. 12 a. Loquitur Christus verba quæ pater posuerat in os ipsius, deuteronomij

mij 18 d. Loquens propheta in nomine dei, quod deus nō præcepit, occidatur, deuteronomij 18 d. Loquitur Israel contra deum, numeri 21 b. Ad loquendum sit tardus omnis homo, Iaco. 1 c. Loqui verba populi in auribus dei, pro referre ad deū quæ dixerit populus. 1. re. 8 d. Loquitur Booz ad cor ancillæ suæ Ruth, quando placētia ipsi Ruth loquitur, nempe se daturum ei victum famelicæ, ruth 2 c. Loquacitas. eccle. 20 a.

¶Lot

Lot filius Aran. Gen. 11 d. Lot & Abraham diuites, Gene. 13 a. Lot eligit terram Sodomorum in habitationem. Gen. 13 c. Lot ab hostibus captum Abram liberat, Gene. 14 c. Lot sedet ad ostium, vt peregrinos prætereuntes hospitio suscipiat, & duos angelos suscipit. Gene. 19 a. Lot duas filias suas præoptat stupro magis obijcere Sodomitis, quam peregrinis vim Sodomiticam inferri, Gen. 19 b. Lot aspectu & auditu iustus, neq bat videre & audire turpia quæ perpetrabant Sodomitę. 2. per. 2 b. Lot prædicens interitum Sodomorum generis, tidere videtur ab eis, Gene. 19 c. Lot præcipit deus vt Sodomam egrediatur, & saluetur cum familia, Geneſis decimonono c. Lot liberatus propter Abraham fratrem suum. Gene. decimonono f. Lot ereptus dei misericordia, adhuc timet, & exiens e Segor habitat in spelunca. Gene. decimonono d f. Lot precibus liberatur Segor ciuitas, Gene. 19 e. Lot vxor in statuam salis versa. Gene. 19 c. Vxoris Lot exemplo, si qs præsentia dilexerit, volens animæ suæ curam gerere, deo valedicet conuerterque se ad caduca ista mūdi. luc. 17 g. Lot filiæ de seruādo semine cōsultāt, Gen. 19 f. Lot incestus cū filiabus, Gene. 19 g.

Lot filijs terra Amonitarum data in possessionē deuteronomij 2 b d.

¶Lotus

Lotus propter susceptum fide euangelium, nō indiget nisi vt pedes affectus animi subinde purgentur, ioh. 13 a.

¶Lucas

Lucas medicus, colos. 4 d. Lucernarum forma, exod. 25 d. 37 c. Lucernarum compositio, & earundem dispositio in tabernaculo fœderis, leui. 24 a. nume. 8 a. Lucernæ oleum, exod. 27 d. Lucernam nostra deus, 2. re. 22 c. Lucernam Israel vocāt Israelitæ Dauidem & regnum ipsius, 2. re. 21 d, 3. regum 11 f, 15 a.

¶Lucrum

Lucri gratia doctores contraria Christo docentes taxat Paulus, titum 1 b.

¶Lucus

Lucum plātare iuxta altare dei, prohibet Moses, deute. 16 d. Lucos gentium, in quibus sacrificabant idolis, succidi iubet deus, exo. 34 b. Luci succiduntur ab Ezechia, 4. regum 18 a. Lucum idolorum comburit Iosias, quarto regum 23 b.

¶Luctus

Luctu mulieris Thecuitidis ficto, reuocatur Absalom, 2. reg. 14 a.

¶Ludere

Ludunt & choreas ducunt Israelitæ, adorantes vitulum aureum. exod. 33 d. Ludit Samson & pro spectaculo est Philisthæis, iudicum 16 f. Ludit Dauid in instrumentis musicis ante arcam dei cū populo, quibus testabantur cordis sui lætitiam & fidem in deum, 2. regum 6 a.

¶Lugere

Luget

Luget Iacob Ioseph filium suum, gen.37 g. Luget populus audiens deum non iturum secum in terram Chanaan.exo. 33 a. Luget Samuel Saulem reprobatum a deo.1.reg.15 g. Luget Dauid Ammonem filium,2.re.13 g. Lugere nō vult nos Paulus de ijs qui mortui sunt,1.thessal.4 d. Lugentibus ob magnam suam calamitatem, consolatio promittitur,luc.6 d.

¶Lumbi

Lumbis accinctis, currit Elias vt præoccupet Achab in Iezrahel,3 re. 18 g. Vt lumbos accingat & festinet ire ad domū hospitæ,iubet Eliseus Giezi.4.re.4 e. Lumbi mētis nostræ sunt succincti,fidem perfectam habentes,vt iam non fornicemur a deo,1. petri 1 c. Lumbos nostros accingi iubēs Chrs monet ne nos cura rerū præsentiū grauemꝰ, sed expediti expectemus aduētum suum.luc. 12 c.

¶Lumen

Lumen est euangelium,actu,26 d f. Luminaria in mūdo sunt Christiani,qui sine querela & reprehensione,in simplicitate viuunt, verbū vitæ continentes,philip.2 b. Luminaria,Sol,Luna & Stellæ verbo dei creātur.gen.1 b.

¶Luna

¶Lunaticus

Luna verbo dei creatur,vt nocti præsit,& eam illuminet,gen.1 c. Luna ad imperium Iosue sistitur,pugnantis contra Gabaonitas,ios.10 c. Lunæ ac solis fructibus p̄cat Moses bñdici Ioseph, deut.33 b. Lunā adorātes occidebāt. deut.17 a. Lunæ & Soli sacrificātes,occidunt a Iosia.4.reg. 23 b. Lunæ gloria alia q̄ Solis,1.cor.15 f. Lunaticus qui & dæmoniacꝰ dicitur,sanatur a Christo matth.17 b.marc.9 c.luc.9 c.

¶Lusus

Lusus sunt homicidia ducibus exercitus.2.re.2 c.d.

¶Luteres

Luteres ænei in templo Salomonis.ter.regu.7 f.

¶Lux

Lux,quæ & dies dicta est,verbo dei creatur.gene: 1 a. Lux Deus est,in quo non sunt tenebræ. 1. iohan.1 c. Lucem deus habitat inaccessibilem.1.timothe.sexto.c. Lux Christus, omnium hominum oculos illuminans. iohann.1 a. 8 b. 9 a. 1.iohan.1 b. Lux Christus, quare a Iudæis non receptus.iohan.ter.c. Lux mundi,apostoli.matthæ.quinto.b. Vt luci Christo credamus,ipse Christus hortatur. iohan. duodeci.f. In luce Christo si ambulemus, consortium habemus cum ipso. 1.iohan.1 c. In luce non est qui fratrem suum odit. 1.iohan.secun.b. Cum luce societatem non habemus, si infideles sumus.1. iohan.primo.c. Lucis opera, omnis bonitas, iustitia & veritas.ephes.quinto.b. Lux fuerũt gentes,post cognitum Christum, ephes.quinto.b.

¶Luxuria

¶Luxus

Luxuria, Luxus & superfluitas in inebriationibus & vino. ephes.quinto.d. Contra luxuriam oratio.ecci vices.ter.a.

¶Luza

Luza alias Bethel dicta.genes.vices.octa.d.trice. quinto.b. iosue.18 b. Luza vrbs Chananææ percutitur a Iuda.iudic.1 e.

¶Lysias

Lysias dux exercitus Antiochi.1. machabæ.3c.

¶M.

¶M.

¶Maceda

MACEDA vrbs capitur a Ioſue. Ioſu. 10 e Macedonibus vt euangelizet, certum ſignum accipit Paulus. actu. 16 b. Macedonienſium gaudium in tribulationibus abundans, & eleemoſynas in pauperes ſanctos proponit Paulus Corinthijs in exemplum. 1. corinth. 8 a

¶Maceria

Maceriam & inimicitiam inter gentes & Iudæos ſuſtulit Chriſtus, & quomodo. epheſ. ſecun. d.

¶Machabæi

Machabæorum ſeptem fratrum & matris eorum paſſio. ſecun. machabæ. 7 a.

¶Machati

Machati in medio Iſrael habitant. ioſue. 13 b.

¶Machedam

Machedam vrbem expugnat Ioſue, & omnia cū rege ipſius occidit. ioſue. 10 e.

¶Machiritæ

Machiritarum poſſeſſio. deut. 3 c. ioſu. 17 a.

¶Madianitæ

Madianitas iubet deus occidere, & quare. nume. viceſ. quin. d. Madianitæ iuſſu dei interficiuntur. nume. triceſ. primo. a. A Madianitis opprimuntur ſeptem annis Iſraelitæ ad idola conuerſi. iudicum. ſexto. a. Madianitas tradit deus in manus Gedeonis. iudicum. 7 e. f. g.

¶Magi.

Magi Pharaonis virgas ſuas vertunt in colubros exod. ſeptimo. b. Magi primitiæ gentium, Chriſtum adorant. Matthæ. ſecundo. b. Ad Magos non declinandum, Leuit. 19 f. viceſi. a

Magos & ariolos aufert Dauid.1.re.28 a.

¶Magister

Magister noster vnus Christus. matthæ.23 a. Magister Christus a Iudæis varia passus, ne mirẽ tur si & varia patiantur fideles.matthæ.10 c. Magistri ne vocentur inter Christianos, prohibet Christus.matthę.23 b. Magistri fieri ne ambia mus,& quare.iaco b.3 a. Magister gentiũ Paulus. 2.timo.1 c. Magistri mendaces describun tur quales sint, & quæ tormenta eos maneant,2. petri.2 a.

¶Magistratus

Magistratibus Dei ministris quomodo sit parendum,tributa reddenda,& quare gladium portent &cæ.roma.13 a.b.c. Magistratui tributũ pen dit Christus.matthæ.17 d. Magistratus deum timentes constituit Moses iuxta consilium Iethro exod.18 d. deuter.1 c. Magistratus quales esse debeant.exod.18 d.deut.16 d. Magistratus re uereri oportet.exod.22 d. prouerb.16 b. 17 d. 19 b. 20 a. Magistratibus non detrahendum.exod. 22 d. Magistratus laudandus,qui fungitur suo munere.prouerbi.25 b. Magistratus non teme re suscipiendus. eccī 7 a. Magistratus bonus, dei donum est. eccī 10 a. Magistratus malus malo populo datur. iob 34 d. Magistratibus malis vult dominus etiam nos obtemperare. Ba ruch.1 e. Magistratus impij pauperum causas contemnunt.prouer.29 b. AMagistratibus oc cidendus voluntarius homicida.deutero.19 c.

¶Magnates

Magnates ad iustitiam & sapientiam hortatur. sapient.6 a.

¶Magnificare

Magnifi-

¶Magnificentia

Magnificauit deus Iosue coram populo, siccans Iordanem ipso transeunte, quo cognoscerent eum esse cum ipso Iosue, sicut cum Mose fuerat. ios. 4 c Magnificari fortitudinem dei coram populo cupit Moses. nume. 14 c. Magnificata dicitur fuisse anima Saulis coram Dauide, quia Dauid non occidit eum. 1. re. 26 d. Magnifica dei quæ gesserit erga populum. 1. regum. 12 d. Magnificentia deo danda, & confitendum illum esse qui magna & magnifica opera faciat. deutero. 32 a. Magnificentia dei discurrunt nubes. deuter. 33 d. Magnus deus noster. deute. 10 d.

¶Maiestas

Maiestas domini quæ & gloria, replens tabernaculum. exo. 40 d.

¶Maior

Maior in ecclesia sanctorum, est ille qui sicuti puer sese humiliat & demittit, omnibus inseruiens, matthæ. 18 a. marc 9 c. luc. 9 f.

¶Malaleel

Malaleel ætas. 395. anni. genes. 5 c.

¶Malchus

Malcho dexteram auriculam amputat Petrus. Iohann. 18 b.

¶Maledicere

¶Maledictus

¶Maledictio

Maledixerat dominus terræ quando diluuium immisit. genes. 8 d. Maledicta terra quæ tribulos & spinas profert, ob Adæ peccatum. genes. 3 c. d. Maledicitur serpens, qui induxerit hominē ad peccatum. gene. 3 c. Maledicitur Cain. gen. 4 b. Maledicturum se maledicentibus ipsi Abræ, com-

Morte ſua Chriſtum magnificauit Paulus, philip. 1 c. Mori optat Paulus ſi expedit euãgelio, eum autem viuere neceſſarium erat propter fideles, vt confirmarentur. phili. 1 c. Mortem cum gaudio ſubiturum ſe, ſi ob prædicatum euangelium mori endum tunc illi fuiſſet, Paulus ſcribit Philippenſibus, videns hoſtiam & ſacrificium fidei eorũ, bonam eorum conuerſationem. quę bonus odor erat deo, philip. 2 c. Mortem ſuam per ſpiritũ præ cognoſcens Paulus breui futuram, præmonet Timotheum vt vigilet, 2. timoth. 4 b. Mortem Chriſti lubens imitatur Paulus, tribulationes perferens ad illius exemplum, vt ad reſurrectiõis gloriam perueniat, ſuſcitatus per illum. philip. 3 c. Mors Pauli vitæ fructum affert ijs, quorum cauſa ſe periculis obijcit. 2. corinthio. 4 c. Mortui videntur Chriſtiani huic mundo, qui tamen cum Chriſto apud deum viuunt, coloſ. 3 a. Ad mortem hortatur Thomas reliquos apoſtolos, iohan. 11 b. Mortis ſuæ propinquæ, futuræque reſurrectionis admonet Chriſtus diſcipulos, non intelligentes quid diceret, matth. 16 c. 17 d. 20 c. iohan. 7 e. 14 a. 16 c. Poſt mortem ſuam plures euangelio credituros quam ſi corpore præſens ſemper fuiſſet prædicit Chriſtus, propoſita ſimilitudine grani frumenti, iohan. 12 d. Mortem deprecatur Chriſtus, mox voluntatem patris adimpleri vult, mat. 26 d. Quod mori cuperet Chriſtus pro nobis, vide luc. 12 f. vt poſtea euangelium ſuum prædicaretur. Mortem ſe obiturum in ſublimi ligno, ſignificat Chriſtus. ioh. 12 e. Morti adiudicatur Chriſtus, matth. 27 e. Moritur Chriſtus. iohan. 19 f. charitatem ſuam, oſtendens, 1. ioh. 3 c. vt gratia dei eſſet in nobis, hebr. 2 b. Mortem deglu-

tiens

tiens,& destruens,vt credentes hæredes simus vitæ æternæ,iohan.3 b.1.petr.3 d.2.timoth.1 c.destruens imperium diaboli quod habebat super nos,sic omnia trahens ad se,& a seruitute legis liberans, iohan.12 e.heb.2 d. morte vnica pro peccatis nostris satisfaciẽs, vt amplius in ea non relabamur, romano.6 b. Mortuus Christus propter delicta nr̃a;ro.4 d. vtque redimeret a pctis eos etiam qui sub veteri testamento peccauerant,& accipe rent nobiscum hæreditatem,heb.9 d Per mortem vnigeniti pater reconciliauit nos sibi cum esse mus inimici,& operibus malis dediti.colos.1 c. Mortuus est pro omnibus Christus, vt qui viuũt iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.1.corin.5 c. Mors stipendiũ peccatis debitum,quæ peruasit in omes peccato Adæ romano.5 b.6 d. Mortis stimulus,peccatum.1. 15 g. Mors absorpta est per victorem Christũ 1.cor.15 g. Si mors Christi efficax fuit pro peccatoribus,multo magis erit vita pro reconciliatis vt in die iræ reconcilientur,roma.5 b. Si mors per vnius Adæ delictum regnauit in omnes, multo magis regnabunt in vita per Christum credentes in ipsum,roman.5 d. Ex mortuis primus resurrexit Christus glorificatus,& quare,1.corin.15 b.colos.1 c.apocal.1 b. Mori cum Christo,& in mortem Christi baptizari,& cum illo sepeliri,est iustificari,& purgari a peccatis,& peccato mori, illudque occidi in nobis,roma.6 a b In mortem Christi baptizamur,& sepelimur vt quiescamus ab operibus malis,& in nouitate vitæ ambulemus,bona opera facientes, romano.6 a. Mortui sumus cum Christo ab elementis,& regulis huius mundi,nec amplius his sumus obnoxij,ne

xij,ne permittamus nobis traditiones dari, quas præcipiatur,ne tetigeris,ne gustaueris, hoc & hoc coloss.2 d. Mortuum Christum & sepultum pro peccatis nostris,deinde resurrexisse secundum scripturas prædicat Paulus,1.cor.15 a. Mortem & resurrectionem Christi Petrus prædicat. act.2 d. Mori debemus pro fratribus exemplo Christi.1.Ioh.3 c. Mors secunda,apoca.20 d. 21 e. Moriuntur qui Christo non credunt.i.(Iohanne interprete)ira dei manet super eos,ioh.3 d. Non mori, est vitam æternam habere, & viuere inæternum,iohan.6 e. Mortem non vident inæternum,qui credunt,iohā.5 d.8 f. 11 d. Mortui audientes Christum fide in eum, viuent.ioh.5 d.

¶Morticinum

Morticinum non comedendum,leu.17 d.deu.14 c. Morticinum non tangendum,num.19 c.

¶Mortificare

¶Mortificatio

Mortificanda membra corporis peccati, fornicatio nempe,immundicia,&c.coloss.3 a. Mortificata Dauidis voluntas,2.regū.15 f.16 b c. Mortificantur quotidie Christiani propter Chrm roma.8 g. Mortificationem Christi in corpore suo circunfert Paulus exemplo Christi,pro fratribus morti quotidie expositus.2.corinthio.4 c. Mortificatam se a domino cātat Anna vxor Elcanæ,quod eam infœcundam feciſſet & sterilem vnde multas exprobratiões cogebatur audire etiam ab amicis,quę tristem supra modū eam reddebant,& tanquam mortuam,1.reg.2 b.

¶Moses

Moses nascitur,exo.2 a. Moses in fiscella absconditus,iacitur in papytionem,exo,2 a. Moses ad-

ses adoptatur a filia Pharaonis,exo.2 a. Mo ses occidit Aegyptium affligentem Hebræum, exodi 2 b. Moses inter duos Hebræos rixantes,pacem componere nititur.exo.2 b. Mosi exprobratur homicidium,exo.2 b. Moses timidus fugit Pharaonem,exodi 2 c. Moses defendit puellas Raguel sacerdotis ab iniuria pastorum,exodi 2 c. Moses ducit vxorem Sephoram exodi 2 c. Moses inuisit fratres Israelitas oppressos a Pharaone,exodi 2 d. Moses pascẽs oues Iethro videt deum in rubo,exodi tertio a. Moses a deo mittitur ad filios Israel & Pharaonem oppressorem,cum quo se futurum promittit deus,exodi tertio c. Moses accipit signa suæ vocationis,exo.quarto a. Moses recusat proficiscendi ad Pharaonem vt liberet israelem populum,exodi tertio d.quarto c. Moses accepta vxore & filijs,præcepto dei proficiscitur in Aegyptum,exod.4 e. Mosen vult deus occidere in diuersorio,proficiscentem in Aegyptũ exodi quarto f. Moses cum Aarone fratre petunt a Pharaone populum Israel dimitti, exodi 5 a. Mosi & Aarõ irascit populus israel ꝙ magis a Pharaõe opprimeret ex q̃ loquuti fuerant ei exo.5 d. Mosi virga vertit in colubrũ. exod.7 b. Moses cõqueritur deo,q̃d populũ nõstatim liberauerit,vbi primũ loquutus est Pharaoni. exo. 5 d. Mosi cãticũ.exo.15 a. Mose orãte vincunt filij Israel Amalec.exod.17 c. Moses admittit consilium Iethro soceri sui super magistratibus cõstituẽdis.exo.18 a. Moses ascẽdit mõtẽ Sinai,sanctificat populum, & prohibet ab eo montem tangi,exo.19 a.24 a. Mose morãte in mõte,pars filiorũ Israel adorat vitulũ.exo.32 a.

Ad Mo-

Ad Mosen referebant graviores lites iudices, exo di 18 d. Moses iudicat populi lites iuxta leges dei, a mane ad vesperā, in ostio tabernaculi. exodi 18 b. 33 b. Mosi verbis deus vult credi, tanquā ei qui solum dei verbum nuntiet, exodi 19 b. Moses cum Aaron ascendit mōtem Sinai, exodi 19 d. Moses testamentum vetus dedicat, sanguine populum aspergens, exodi 24 c. Moses cum deo in nube quadraginta diebus & 40. noctibus, exo. 24 a. Moses descendens de monte cum duabus tabulis in manu sua, iratus eas confringit, & vitulum aureum, exodi 32 d. Moses de libro vitæ vult deleri, aut populo peccatū dimitti, exo. 32 g. Mosi loquitur deus facie ad faciem in nube in ostio tabernaculi videntibus cunctis, exo. 33 b. Moses postulat deum esse secum in ducēdo populo, & viam sibi ab eo ostendi, exod. 33 c. Mosen stare in petra iubet deus, vt ipsius fimbriā videat, exodi 33 d. Moses faciē dei videre non potest, & viuere. exodi 33 d. Moses rursum scādit montem portans nouas tabulas secum, exodi 34 a. Moses secundo descendit de monte, habens duas tabulas in manibus, exodi 34 d. Moses annuntiat populo omnia verba quæ præceperat ei deus in monte Sinai, exodi 34 d. Moses loquēs ad populū, faciē velabat. ex. 34 d. Mosi facies cornuta siue splendens ex consortio sermonis dei, propter quod non audet populus ei appropinquare, exodi 34 d. Moses murmurator & infidelis non vult amplius solus deducere populum, nume. 11 e. Moses interfici se a deo optat, tædio affectus ob murmurationes populi, nu. 11 e. Moses optat omnes prophetare, numeri. 11 f. Moses fidelissimus dei testimonio seruus in regendo popu

do populo Israel, proponens eis solum dei verbū: cui ore ad os loquebatur deus, num. 12 b. exo. 19. a deut. 4 a. Moses & Aaron coram populo cadunt in terram, audiētes murmur ipsorum, nume. 14 b. Moses placat dominum iratum contra populum, nume. 14 c. Moses cadit in faciem, audita rebellione Dathan & aliorum, nu. 16 a b. Mosen se misisse vt gubernaret populū suū, non vt Core vsurpasse munus illud, declarat deus occidendo Core & reliquos, num. 16 d e. Moses timēs occidi a populo, fugit ad tabernaculum, nume. 16 f. In Mosen murmurantes Israelitę, occiduntur a deo, 14700. nu. 16 g. Moses & Aaron non sunt ingressuri terram promissionis, nu. 20 b. deut. 1 f. 3 a. Moses mittit nuntios ad regē Edom, nu. 20 c. Moses orat deum vt pro se cōstituat principem populi Israel post mortem suā, num. 27 c. Mosi terra promissionis ostenditur deut. 3 d. nu. 27 c. Moses legem explanat, deut. 1 a. Moses non valens solus populum administrare, secum alios constituit, deut. 1 b. Moses ascendit in montem Horeb, deut. 9 b. Moses fidem suadet bellanti populo in promissam a deo victoriam, deut. 20 a. Moses iubet extrui altare transmisso Iordane, & desuper legem scribi, deut, 27 a. Moses disponit se ad mortem, deu. 31 a. Mose vocato & Iosue, mandat dominus componi canticum in testimoniū futuræ præuaricationis filiorum israel. deuter. 31 d. Mosi canticum memoriter tenendum. & ore decantandum, deut. 31 e. Moses scandit montem Abarim consideraturus terram promissam, deute. 32 g. Moses moriturus benedicit singulis tribubus Israel, deu. 33 a. Moses moritur & sepelitur a deo.

deut.34 b. Moses plangitur ab Israelitis, deu. 34 c. Mosi sepulchrum hominibus ignotum, deut.34 b. Mosi laus,eccī 45 a. Moses impeditæ linguæ.exodi 4 c. Mosi interpres Aaron,exodi 4 d. Mosi similis propheta non surrexit in Israel.deu.34 d. Mosi integritas in gubernando populo,num.16 c. Moses quid egerit in monte Sinai,paucis verbis narrat,deu.9 b c. Moses medius inter populum & Israel,deu.5 c. Moses irascitur quod Madianitarū mulieres sint reseruatæ in bello,num.31 b. Mosi oculus nō caligauit,& adhuc viridis mortuus,deute.34 c. Mosi parentū fides,heb,11 d. Mosi fides,heb. 11 e. Moses fidelis in domo & ecclesia dñi administrando populo Israelitico,omnia faciens & docens secundum verbum domini. hebr.3 a. Mosi restiterunt Iannes & Mambres.2. timo.3 b. Per Mosen lex data,ioh.1 b. Moses cum tabulas legis ad populum afferret, velo faciem tegebat,& quare.2.cor.3 c. Mosi loquutum fuisse deum,credunt Iudæi:Christo loquutum fuisse non credunt,iohan.9 e. Moses Iudæos accusaturus,qui Christo noluerūt credere,de quo ille scripsit,& de ventura dei ira in incredulos,ioh.5 g. Moses & prophetæ,scriptura veteris testamenti, luc.16 g. Mosen repulerunt Iudæi,act.7 e. Moses in singulis ciuitatibꝰ legitur diebus sabbati,act.15 d. Moses aduentum Christi prædicit act.3 d. Moses & Elias in trāsfiguratione domini,matth.17 a. Mosaica peccatorum confessio.leuit.16 e.

¶Mula

Super Mulam Dauidis constitutus Salomon ducitur in Gihon,vt vngat in regem,3.re,1 c.

Mulier

¶Mulier

Mulierē creat deus e costa Adæ,gen.2 d. Mulier adiutorium viri,gen.2 c. Mulier seducitur a serpēte,& contra præceptū dei comedit de ligno scientiæ boni & mali,gen.3 a b. A muliere initium peccati,eccī 25 d. A muliere iniquitas viri eccī 42 c. Mulier reiecit peccatum in serpentē gene.3 b. Mulier sub potestate viri constituitur.gen.3 c. Mulieri nubēti imprecabatur populus vt esset fœcūda vt Rachel & Lia.ruth 4 c. Mulier gloria viri est.1.cor.11 b. Mulier viro mortuo,potest cuicunque velit nubere,etsi felicior,si matrimonium nō iteraret,1.cor.7 g. Mulierem homini bonum non tangere, ad euitādam tamē fornicationem vnusquisque vxorem suam habeat.1.cor.7 a. De muliere multa apud Paulum.1.cor.11 a. Mulier vnaquæque virum suum habeat,ad vitandam fornicationem.1.corin.7 a. Mulieres in ecclesia & cœtu Christianorum taceant,subditæ viris.1.cor.14 f. Mulieres viros suos interrogent,si quid discere velint.1.corin.14 f. Mulierum ornatus,qualesve esse debeāt ephe.5 e.colos.3 c.1.tim.2 c.3 c.1.pet.3 a. Mulier ex vito,& propter virum creata,non cōtra.1.cori.11 a. Mulierem oportet rem familiarem curare.proue.12 a.tit.2 a. Mulieri non dandus primatus,eccī vigesimo quinto d.1.timo.2 d. Mulieris æruminæ ob peccatum,gene.3 c. Mulier viro suæ tribus nubebat olim.numero.36 c. Mulier veste virili ne vtaī,deuteronomij vigesimo secundo a. De muliere mēstruosa,& eius purgatio,leuitici decimoquinto c d. Mulieris post partum purgandæ lex,leui.12. De muliere,quam maritus suspicatur adulteram,nu.5 b.

Mulier vouens, an teneatur voto, num. 30 b c. Mulier captiua quomodo in vxorē ducenda, deu teron. 21 b. Mulier bona, eccī 36 d. Mulier ſapiens domum ſuam ædificat, prouer. 14 a. Mulier ſenſata viri beatitudo, eccī 25 b. 26 a. Mulier a ſpecie non concupiſcenda, eccī 25 d. Mulier nequam, plaga mortis, eccī 25 d. Mulier amara ſola dei gratia vitatur, eccle. 7 d. Mulier fornicaria fugienda, eccle. 41 d. Mulier zelotypa & ebrioſa, eccle. 26 b. Mulier formoſa & fatua cui comparanda, proue. 11 d. Mulier litigioſa cui cōparanda, pro. 27 c. Mulier litigioſa fugienda. prouer. 21 b c. 25 d. De muliere adultera, prou. 22 b. De muliere forti, pro. 31 b. Mulieris manus abſcindenda, qua pudenda hominis apprehenderit, deut. 25 c. Mulieris ira & nequitia, eccle. 25 c. Mulieris formoſi catio in quo agnoſcitur, eccle. 26 b. Mulieris bonæ commendatio. eccle. 26 c d. Mulieres cohæredes gratiæ vitæ, 1. pet. 3 b. Mulieres ieiunijs & orationibus vacantes ad oſtium tabernaculi domini, dant ſpecula ſua vt ex illis fiat labrū æneum, exod. 38 a. Cum mulieribus quæ ieiunijs & orationibus vacabant ante tabernaculum domini, dormiunt ſacerdotes, 1. reg. 2 e. Mulieres domus Abimelech concluduntur a deo ne parere poſſint, propter raptā ab eo vxorē Abrahæ, gen. 20 d. Mulieribus & paruulis, & viris p̄cipiē ſeptimo quoq; anno legi Deuteronomiū. deu. 31 c. Mulieribus p̄ntibus & paruulis Ioſue legit Deuteronomiū oī populo. ioſu. 8 g. Mulieres cū Maria ſorore Moſi, cātāt & laudāt deū ç̄ tympanis, exo. 15 e. Mulieres cārantes occurrunt Sauli & Dauidi reuertentibus a cæde Philiſthijm

sthm̃ & Goliad,1.reg.18 b. Mulieri Deboræ tradit deus hostes in manus,iudic.4 b. Mulier Iahel occidit Sisaram,defixo per ipsius capitis tẽ pora clauo,iudic.4 c. A muliere interficit ipe Abimelech,quod opprobrium timens iubet se oc cidi ab armigero,iudic.9 g. Mulieres reseruabant̃ in expugnatione vrbium,deut.20 c. Mulieris Noemi amicæ dehortatiões nuribus suis volentibus secum reuerti in Bethlehem, ruth 1 b. Mulieris afflictæ Annæ & tristis gratiosa respon sio,1.reg.1 c. Mulieris Thecuitidis astu,& ipsius Ioab reuocatur Absalom.2.reg.14 a. Mulier pulchra & prudens Abigail,1.re.25 a. Mulier,absconsis Achimaa & Ionatha in puteo, & velamine cum tritico contuso ori putei superposito,fallit nuncios Absalom,2.reg.17 e. Mulieris consilio liberat deus ciuitatem Abelam̃ obsessam a Ioab,2.reg.20 f g. Mulieri paupercu læ præcipit deus,illius mouendo animum vt Eliã esurientem pasceret,3.re.17 b. Erga mulierem pauperculã benignus Eliseus multiplicat oleum vnde illa satisfacit creditoribus,4.re.4 a. Mulier sterilis diues alit & hospitio suscipit Eliseum iter habentem sæpe per domum illius,cui filiũ impetrat a deo pro ministerio,4.reg.4 b. A mulieribus mundi.i.qui sanctificati erant sanctificatione æterna legis,non cõtacta vxore ad tempus ne impediret̃ desideriũ in deũ,poterant vesci panibus sanctis.1.re.12 a b. Mulieri Ruth dat deus conceptũ,ruth 4 d. Mulier virtutis Ruth,ruth 3 c. Cũ muliere Chr̃m log mirãt apostoli,iohan.4 d. Mulieris parietis exẽplo propositio, admonet Chr̃s apostolos ꝗta tristitia afficerentur cũ esset in sepulchro,quanto præterea gaudio post

resurrectionem.iohan.16 e. Mulier sanguinis fluxum patiens,sanatur fide in Christum.matth. nono c. Mulier quædam purpuraria baptizatur,&domus eius tota.act.16 c. Mulieres Christum sequuntur,de facultatibus suis ei ministrãtes. luce.8 a.quæ & adfuerunt in morte ipsius.matth. 27 f. Mulieres Christum surrexisse nuntiant apostolis &discipulis.matthæ.28 b. Mulieribus ipsius resurrectionem nuntiantibus occurrit Christus.matth.28 b. Mulieribus Paulus prædicat euangeliũ.act.16 a. Mulieres nobiles nõ paucæ credunt Christo.actu.17 a. Mulieres comedũt filios in fame Samarię.4.re.6 f. Mulierum Ierosolymitanarum ruina.Isa.3 c. Mulieres p liberoꝝ generationem saluabuntur,si ipsæ pmanserint in fide &dilectione.1.timo.2 d. Mulieris amictæ Sole visio,&eiusdem partus.apoc.12 a. Mulieris sedentis supꝫ bestiam coccineam visio,& eius sacramentũ.apo.17 a.b.c.d. Mulierꝫ idolatraꝝ amore captus Salomõ, quas ne tangeret prohibuerat deus,idola colit,&a deo reiicitur.3.re. 11 a.

¶Mulus

Mulo insidens Absalom fugiens ab exercitu,pendet de quercu.2.regum.18 b.c.

¶Mundus adiect.

Munda animalia & immunda.leu.11 a.deu.14 a Mundum esse neminem corã deo probat Baldad: Iob.25 a. Mundabant pocula pharisæi, corda autem eorum plena erant rapina.matth.23 c. Mundati fuerunt apostoli, quod fidem haberent sermoni quem euangelizabat Christus.iohan.deci.quin.a. Mundi corde deũ videbũt.matt.5 a Si qs mundauerit se ab infidelitate & impijs persuasionibus,quales eoꝝ qui resurrectionẽ factam mentie

mentiebantur, erit vas sanctificatum, vtile & paratum ad omne opus bonū. 2. tim. 2 d. Iuxta munditiam manuum Dauidis retribuit ei deus, cōstituendo eum regem Israelis, quem occupatorē regni falso criminabantur. 2. regu. 22 c.

¶ Mundus substantiuum

Mundus per Christum factus. ioha. 1 a. Mundus totus in maligno positus. 1. iohann. 5 d. In mundo est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, superbia vitæ. 1. iohan. 2 c. In mundum nihil intulimus. 1. corin. 9 f. Mundi huius figura transit, & concupiscentia eius. 1. corinth. 7 e. 1. iohā. 2 c. Mundi amicitia inimicitia est cum deo. iacob. 4 a. Mundū nō diligamus, neq; ea q̄ in mundo sunt. 1. iohā. 2 b. Mundū si qs diligit, deum non diligit. 1. iohan. 2 b. Pro mūdo non orat Christus, iohan. 17 b. Mundus deum non cognouit, nec ei fide adhæret. iohan. 17 d. Mundus non cognouit Iesum esse Christum verbum. iohan. 1 a. Mundum vincimus fide in Christum. 1. iohan. 5 a. b. Quod mundus fideles odiat non meremur, & quare. 1. iohan. 3 c. In mundi ætatem vltimam incidimus. 1. cori. 9 c. Mundo antiquo deus non pepercit, diluuium inducens. 1. pet. 2 b. Mundi huius regnū factū est Christi. apo. 11 c. Mūdū iudicabūt fideles. 1. corin. 6 a.

¶ Munera

Munera mittit Iacob ad fratrem Esau, vt concilietur sibi. gen. 32 c. Munera offert Iacob ipsi Esau. gene. 33 b. Munera mittit Iacob ad Ioseph. gene. 43 b. c. Munera corrūpūt iudices, eccl. 20 d. Munera q̄ excęcant oculos sapiētū, & verba iustorū peruertūt, ne accipiāt iudices. deut. 16 d. exo. 23 b Munera accipiens vt occidat innocentem, male-

dictus.deut.27 d. Munera non acceperat a populo iudex Samuel.1.re.12 a. Munera accipiunt filij Samuel iudices in Israel & peruertunt iudiciũ.1.re.8 a. Munera non accipit deus noster vt iudicet quenquam.deuteron.10 d. Munera non attulerunt ad Saulem regem constitutum a deo impij,quorum deus non tetigerat corda,1.regũ.10 d. Munera mittit ad Dauid Thou rex Emath ob percussum Adarezer.2.regum.8 c. Munera ne accipiat propheta ab impio Ieroboã prohibet deus,nec a quocunq; alio.3.regum.3 b. Munera noluit accipere Eliseus a Naaman genti li quem sanauerat a lepra,ne Dei donum videretur vendere,quod gratis acceperat.4.regum.5 e Munera accepit Giezi confícto mendacio, a Naaman sanato a lepra,quæ dominus suus ne dona Dei vendere videretur,renuerat accipere,ob id lepra percutitur,& tota ipsius posteritas.4.reg.5 f.g

¶Mures

Mures aureos mittunt Philisthæi cum arca ad placandum deum.1.regum.6 a.b.c.

¶Murmur

¶Murmurare

Murmur Israelitarum contra deum, petentiũ carnes.nume.21 a. Murmurant filij Israel ob aq̃s amaras. exod. 15 f. Murmurant Israelitæ ob aquæ penuriam.exo.17 a. Murmurãt filij Israel pro cibo.exo.16 a. Murmurat Moses in deum.nume.12 c. Murmurant cõtra Mosen Aaron & Maria.nume.12 a. Murmurat populus in Mosen, audiens in terra promissionis esse gigantes. nume.decim.ter.d, decimo.quarto.a. Murmurant contra deum , qui contra ministros ipsius murmurãt,exod. decim.sex.b. Ex murmuran-

murante populo in Moſen, interfíciuntur. 147oo. Murmurat populus Iſrael propter aquas. nume. viceſ.a. Murmurat populus propter iter durum. nume. duodecimo. b. Murmurationem Iſraelitarum Moſes obijcit ipſis Rubenitis & Gaditis. nume. 32 b. Murmurat populus incredulus nolens ad terram aſcendere. deutero. 1 d.e. Sine murmurationibus omnia faciamus. philip. ſecundo b. Non murmurandum contra deum ne exemplo Iudæorum pereamus. pri. corinth. decimo b. Murmuratio vitanda & detractio, ſapien, prim.c. Murmuratoribus filijs Iſrael deus prædicit interitum in ſolitudine. nume. 14 c.

¶Murus

Murus Ieruſalem dedicatur. 2. eſd. 12 b.

¶Muſach

Muſach. quarto. regum. decimo ſexto. d.

¶Muſcæ

Muſcis diuerſi generis implentur domus Aegyptiorum. exod. 8 e.

¶Mutare

Mutatur homo in alium virum a ſpiritu Dei. pri. regum. decimo. b.

¶Mutuum

Mutui lex. exod. viceſ. ſecundo. c. De mutuo data pauperi pecunia. exod. 22 d. Mutuum dare omnibus præcipitur Iudæis, & a nemine mutuum accipere. deute. decimo quinto. a. Mutuum dandum etiam ſi non ſit ſpes reddendi. deut. decim. quin. b. Mutuum dandum fratribus in paupertatem redactis. deuter. 15 b. Mutuum dandum proximo. eccl. viceſ. nono. a. Mutuum dandum, nihil inde ſperando. matthæ. 5 f. lucæ. 6 e. vt ſimus filij dei. Mutuat alijs qui ſer

uat præcepta dei,&a nemine mutuũ accipit.deu.
28 e. ¶Mutus
Mutum facit deus.exo.4 c.
Mutus ſanatur.matt.9 d. Mutus efficitur Za
charias ob incredulitatem,luc.1 b.
¶Myſterium
Myſterĩ reuelationem de ſalute futura per Chri-
ſtum,quod multis retro ſeculis celatum fuit, euan
gelium ſuum vocat Paulus.rõa.16 d. Myſte-
riorum Dei diſpenſatores Apoſtoli,1.corin.4 a.
Myſterium extremæ reſurrectionis,1.corin.15 g

¶N.

¶Naaman
NAaman leproſus princeps militiæ regis Sy
riæ.4.reg.5 a. Naaman cum ingẽtibus
muneribus accedit ad Eliſeum vt ſanetur
a lepra.4.reg.5 a. Naaman iraſcitur Eliſeo q̃
pluribus ceremoniſs non vteretur in ſanãdo ſe,ſed
tantum iuberet ſe abluí in Iordane.4.reg.5 c.
Naaman lauatur in Iordane,&mũdatur a lepra:
poſt deum Iſrael,ſolum verum deum confitetur.4
reg.5 d. Naaman petit ſibi parci a deo,ſi quan
do ficte cogatur cum domino ſuo gentili regi ado
rare in templo idolorum.4. regu.5 e. Per Naa
man gentilem dedit deus ſalutẽ & victoriam re-
gi Syriæ.4.regum.5 a.
¶Naas
Naas Ammõites obſidet Iabes Galaad,1.re.11 a
¶Nabal
Nabal impiorum omnium exemplar,1.reg.25 a.
Nabal Dauidi cibum denegat.1.regum.25 c.
Nabal ebrius occiditur a Deo.1.regum.25 g
¶Naboth
Naboth vineã ſuã denegat regi Achab.3.re.21 a.

Naboth lapidatur, submissis falsis testibus a iudicibus iniquis, volentibus placere Iezabel reginæ impiæ, 3. reg. 21 c d.

¶ Nabuchodonosor

Nabuchodonosor rex Babylonis Ierusalem deuastat, 4. reg. 24 a. Iere. 39 a. Nabuchodonosor totum orbem sibi subijci per Holofernem mãdat iudith 2 a. Nabuchodonosor iubet eligi ex filijs captiuorum Israel, qui doceantur literas Chaldæorum, dan. 1 a. Nabuchodonosor somniũ, dan. 2 a. Nabuchodonosor statuam aureã erigit, quam adorari præcipit, daniel. 3 a. Nabuchodonosor tres pueros e fornace educi iubet, danie. 3 g. Nabuchodonosor rursum somniat, & Daniel somnium interpretatur, dan. 4 a. Nabuchodonosor septem annis cum bestijs habitat, dan. 4 f. Nabuchodonosor mors cõparatã ruinæ Luciferi. Isaiæ. 14 d. Nabuchodonosor plangitur ab Israele, & irridetur. Isa. 14 b. Nabuchodonosor regi monentur obedire Iudæi, Ierem. vigesimoseptimo b.

¶ Nachor

Nachor nascitur, ducit vxorem Melcha. gen. 11 c. Nachor filij ex Melcha, gen. 12 d, 22 d.

¶ Nadab

Nadab & Abiu cum Aarone patre vident deum in monte Sinai in speciei ardentis ignis, exod. 24 d. Nadab & Abiu offerentes ignem alienum comburũtur a deo, leui. 10 a. num. 3 a. Nadab filius Ieroboã regnat sup Israelẽ, 3. re. 14 e. Nadab impie agit sicut & Ieroboã, 3. re. 15 f. Nadab occidit a Baasa, qui pro eo regnat super Israelem, 3. reg. 15 f.

Nahas-

¶Nahaſſon

Nahaſſon filius Aminadab princeps in tribu Iuda, num. 1 b.

¶Nahum

Nahum prædicat dei vindictam in Aſſyrios, & bonitatem in iudæos, nahum. 1 a.

¶Narrare

Narrat Moſes liberationem filiorum Iſrael ſocero, exod. 18 c.

¶Natalis

Natalis ſui cœnam celebrat Herodes principibus ſuis. marc. 6 c.

¶Nathan

Nathan prophetæ prædicit deus filiũ Dauid Chriſtum venturum, qui eccleſiam ædificaret. 2 reg. 7 a. Nathan vnus ex filijs Dauid. 1 regũ 5 c. Nathan propheta Dauidem adulterij arguit, 2 re. 7 a. Nathan prophetæ laudes. eccĩ 47 a. Nathan propheta inclinans ſe Dauidi indicat Adoniam regnare contra fas, 3 re. 1 c.

¶Nathanael

De Nathanaele vero Iſraelite, & eius confeſſione, Iohan. 1 g.

¶Natiuitas

Natiuitas Samſonis prænuntiatur ab angelo patri ſuo Manue, iudic. 13 a.

¶Natura

Naturæ impuritatem deſcribit Baldad. Iob 25 a.

¶Natus ex deo

Natus ex deo eſt, qui Chriſto credit. Iohan. 1 b. 1 Iohan. 5 a. Natus ex deo peccatum non facit, q̃d ſemen verbi dei & fidei in ipſum eum conſeruet, & indies ſtudeat expugnare peccata, primo Iohannis 3 b.

¶Naufra

¶Naufragium

Naufragium patitur Paulus cum ſuis, act. 27 g.

¶Nazareth

¶Nazarẽi

¶Nazaræus

In nazareth Gabriel virgini annuntiat eam concepturam Chriſtum, luc. 1 c. In nazareth educatur Chriſtus, mat. 2 d. luc. 4 c. Hinc nazarænus dicitur. Apud nazarænos ſuos nulla aut pauca miracula Chriſtus edidit: ſicut nec Elias & Eliſeus, qui Sareptanæ viduæ & Naaman Syro gentibus beneficia præſtiterunt potius, quam ſuis Iudæis, lu. 4 d. Nazaræni Chriſtum prophetam nullo horrore afficiunt, matt. 15 g. Nazaræi conantur Chriſtum præcipitare, luc. 4 e. Nazaræum lex. num. 6 a. Nazaræus ab vtero matris fuit Samſon, quem cum mater ſua geſtaret in vtero, & vino, & immundis abſtinuit præcepto dei, iudicũ 13 a. Nazaræo Samſoni nouacula raduntur pili ſeptem de capite & perit fortitudo ipſius, iudicum 16 d. Nazaræus Samuel 1 regum. 1 b.

¶Nebo

In nebo monte præcipit Moſi deus mori, conſpecta terra promiſſionis, deut. 32 g. 34 a.

¶Nebula

Nebula impletur templum, & gloria dei, 3 re. 8 b.

¶Neceſſitas

Neceſſitate coactus comedit dauid ſcȝificatos panes ſiue panes propoſitionis. 1 re. 21 b. Non ex neceſſitate aut triſtitia ſubueniendũ pauperibus, ſed ſponte & in hilaritate, 2 cor. 9 b. In neceſſitatibus ſe cõmendat Paulus vt dei miniſtrũ. 2 Cor. 6 a.

¶Negare

Ne negã

Ne negarent Israelitæ se dominum elegisse in deū erigit Iosue lapidem in testimonium, Ios. 24 f. Non se negaturum Christum, quicquid accidisset, promittit ipsi Petrus, mat. 26 c. marc. 14 c. luc. 22 c. Iohan. 13 d. Si negauerimus Christum, & ille negabit nos. 2 timo. 2 b.

¶Nehemias

Nehemias pincerna regis Artaxerxis, 2 esd. 1 a. Nehemias impetratis literis a rege Artaxerxe venit Ierusalem, eiusq; muros ædificat. 1 esd. 2 a. Nehemias reprehendit transgressores sabbati, 2 esdr. 13 b. Nehemias increpat Iudæos ducentes vxores alienigenas. 1 Esd. 13 d. Nehemiæ laus ecci 49 d.

¶Nemrod

Nemrod robustus venatur, Geneſis decimo b. 1 paralip. 1 a.

¶Nemus

Nemus plantat Abraham in Bersabee. gen. 21 d. Nemus Baal consecratum, in quo ipsi Baal consecrabantur hostiæ, iubet deus succidi a Gedeone, iudicum 6 e f.

¶Nephthali

Nephthali nascitur. Gen. 30 b. Nephthali filij, genes. 46 c. Nephthali benedicitur. gen. 49 c. deut. 33 d. Nephthali sors. Ios. 19 c. Nephthali non expulsos Chananæos facit tributarios. iudicum. 1 g.

¶Neruus

Neruus fœmoris Iacob tactus ab angelo emarcuit. gen. 32 f. Neruum fœmoris Iudæi non comedunt. Genes. 32 g.

¶Nicanor

Nicanor a Demetrio in Iudæam mittitur, 1 mac. 7 d.

9 d. Nicanor die sabbathi Iudam aggredi tentat. 2 mach. 25 a. Nicanoris blasphemiæ. 2 macha. 15 a. Nicanoris exercitu prostrato, Iudas caput eius cum manibus præscindi iubet, & linguam particulatim auibus dari. 2 mach. 15 c.

¶Nicodemus

Nicodemus magister in Israel, venit ad Christum nocte vt doceatur, timens suos Iudæos, Iohan. 2 a. Nicodemus cum Ioseph sepeliunt Christum, Iohan. 19 g.

¶Nidus

De nido inuento lex. deut. 22 a.

¶Niniue

Niniue ædificatur. gen. 10 b. Niniuen euertendam prædicit propheta exemplo Alexandriæ, nahum 3 a. Contra niniuen sopho. 2 d. Niniuitarum resipiscentia. Ionæ 3 b. Niniuitæ misericordiam consequuntur. Ionæ 3 d. Niniuitæ ad Ionæ prædicationem conuersi, Iudæi Christo prædicante non sunt conuersi, matth. 12 d. luc. vicesimosecundo d.

¶Nobe

Nobe ciuitatem sacerdotum percutit Saul, quod fauissent Dauidi, 1 reg. 22 d. Nobe possessio numer. 32 g.

¶Noctua

Noctuam non comedebant Iudæi. deut. 14 b.

¶Noctu

¶Nocturnus

De eo qui noctu amicum adit, petens tres panes; Vide orandum esse sedulo. Nocturna pollutio quo expiabatur. deut. 23 b.

¶Nocere

Non nocuit Laban ipsi Iacob, quia dominus non permisit

permisit.gen.31 a.

¶Noe

Noe quare sic vocatus.Gen.5 d. Noe genuit tres filios deo acceptos,Gen.6 b. Noe prędicit dominus diluuium.Gen.6 b. Noe præcipitur arcam ingredi,Ge.7 a b. Noe præcipitur egredi arcam,Gen.8 c. Noe ædificat altare domino, oblatumq; holocaustum gratum habet deus, Gen.8 d. Noe benedicit dominus.Gen.9 a. Noe promittit dominus diluuium non rursum immissurum se,Gen.9 b. Noe plantat vineam, & victum sibi parat ex agricultura.Gen.9 c. Noe inebriatus,deridetur a filio suo Cham,Gen.9 c. Noe ætas.950 annī.Gen.9 d. Noe laus, eccī 44 c. Noe fides.hebr.11 b. Noe arca, 1 petr.3 d. Noe iustitiæ præconem custodiuit dominus,ne periret in diluuio.2 Petr.2 b.

¶Noema

Noema vxor Tubalcain,Gen.4 d. Noemi defuncto marito suo Elimelech,& duobus liberis,reuertitur in patriam.Ruth 1 b. Noemi lætatur natum sibi ex Ruth filium,ruth.4 d.

¶Nomen

Nomina imponit Adam cunctis aīantibus. Gen. 2 d. Nomen, matresvt plurimum solebant imponere liberis.vt de matre Samsonis legimus, iudicum 33 d.& de vxoribns Iacob.Gen.29.d. Nomen imponunt vicinæ filio Booz , nato de Ruth.ruth 4 d. Nomina filiorum Israel in rationali sculpta.exod.28 d. Nomen patris sui violauit sacerdotis filia fornicans,leuit.21 b. Nomen vel fama Iosue vbiq; diuulgatur,quod cum eo esset deus.ios.6 d. Nominis boni habenda ratio,eccī 41 c. Nomen Dauidis exaltauit deus,2 re.

us,2 re.7 b. Nomen tuum celebrare cupientes homines, incipiunt ædificare turrim Babel, gen.11 a. Nomen facit sibi Dauid, diuulgaturq; fama eius ob percussam Syriam,2 re.8 d. Vt nomen Ruth celebretur ob fœcunditatem, imprecatur populus in nuptijs, ruth.4 c. Quod nomina eorum scripta essent in cœlis, vult Christus 70 suos discipulos gaudere. luc.10 c. Nomina patrum suorum inuocata fuere super Ephraim & Manasse, id est, appellati sunt nomine Israel Israelitæ, tanquam veri filij, Gen.48 c. Nomen defuncti suscitare, pro generare filium qui nomine defuncti vocetur. ruth 4 b. Nomen impiorum delebit de sub cœlo deus, vt nemo amplius de eis loquatur. deutero. 29 c. Nomen Amalech deleri eumq; ita deleri vt nulla eius postea extet memoria, præcipit Iudæis Moses. deutero. viceſi. quinto d. Vt ne nomen quidem idolorum supersit & audiatur in locis suis, voluit deus omnem idololatriam penitus aboleri. deut.12 a. Nomen dei sum qui sum. exod.3 d. Nomen suum magnum יהוה non indicauit deus patribus Iudæorum, Abraham & cæ. exod.6 a. Nomen dei protectio nostra, proue. 18 b. Nomine & potentia dei fultus Dauid prosternit Goliath.1 re.17 f. Nomen dei sanctũ & glorioſum ab omnibus celebrari debet, quod hũiles & afflictos exaltet, superbos deprimat. lu. 1 c. Nomen domini inuocantes, discedant ab iniquitate.2 timoth.2 c. In Nomen suum elegit deus populum Israel, vt apud omnes gentes nomen eius & fama celebris esset. deut.26 d. Nomen suum in terra promissionis voluit deus celebrari. deut.12 a b. Vt nomen suum narraretur in gentibus, plagis varijs affligit Aegyptios deus

exod.9 c. Propter nomen ſuum non deſerit de us populum ſuum agnoſcentem peccatum.1 re,12 d. Nomen dei magnificari, deumque notum fieri & cognoſci ab omnibus cupit Dauid.2 reg.7. d. Nomẽ dei auditũ vbiq;.3 re.8 e. Noĩs dei fa ma adducti alienigenæ, exaudiũtur adeo,3 re.8 e. Nomen dei audiens regina Saba, qui tantam ſapi entiam dediſſet Salomoni, venit ad ipſum Salo monem vt eum loquentem audiat.3 reg.10 a. In nomine domini benedicit Dauid populo poſt reductam arcam, completis ſacrificijs.2 re.6 d. In nomine domini maledicit Eliſeus pueris irriden tibus ipſum, & ab vrſis deuorantur.4 re.2 d. Nomen dei cœptum eſt inuocari tempore Enos fi lij Adam, gen.4 d. Nomen dei inuocatum ſu per templum,3 re.8 e. Nomen dei inuocat A bram in itineribus ſuis, Gen.12 c.13 a. Nomen dei inuocat Iſaac, geneſ.26 f. Nomen dei inuo cat Moſes.deut.32 a. Nomen dei inuocantes Leuitæ, benedicebant filijs Iſrael, deute.10 b. Nomine dei ſuper populum ſuum inuocato, timẽt hoſtes.deu.28 a. In nomine domini iurat Ioſue cum principibus populi, ſe nihil mali facturos Ga baonitis callidis: propter quod deprehenſa licet ſi mulatione, non audent eos contingere, timentes i ram dei, Ioſ.9 d. In nomine domini iurauerant mutuo Dauid & Ionathas.1 re.20 g. Nomini domini reædificat altare deſtructum Elias,3 re.18. e. In nomne domini blaſphemus lapidatur p cepto dei leuit.24 b. Nomen dei non aſſumen dum fruſtra, exod.20 a. deut.5 b. Per nomẽ dei iurandum, non per nomina idolorum, exod.23 c. deuter.6 c.10 d. Nomen dei inuocare ſuper ali quem, id eſt, benedicere ei, & orare vt deus, & cæ.

num.

numer. 16 d. Nomen dei magno detrahi timet Ioſue, ſi Iſraelitæ vincantur ab aduerſarijs. Ioſ. 7 b. Nomen dei polluebant, qui idolo Moloch conſecrabant filios ſuos, leuit. 18 c. 20 a. Nomen dei polluitur cum periuramus, leuitic. 19. c. In nomine dei loquens propheta quæ non præcepit deus, occidi iubetur, deuteron. decimooctauo d.

¶Noſſe

Noſci ſe dicit Ruth a Booz, qui dederat vnde ipſa viueret, ruth ſecundo b. vnde in fine capitis dicit Noemi, Benedictus qui nouit te. Qui non nouerunt dominum ex Iudæis, & opera magna quæ fecerat, conuertuntur ad idola, fiduciam habentes eis, iudicum 2 b. Nouerat deus Moſen ex nomine. exod. 33 c d.

¶Nouacula

Nouacula non radebantur capilli Nazaræorum, numer. ſexto a. Nouacula non aſcendit ſuper caput Samſonis, quod nazaræus futurus eſſet, iudicum decimotertio a. nec ſuper Samuelis, primo regum 1 b.

¶Nouiſſimus

Nouiſſima ſua præuidere, & quid eis ob adorata idola euenturum ſit, optat deus. deuter. 32 d. De nouiſſimis temporibus prophetant Paulus & Petrus, 1 timoth. 4 a. ſecundo timoth. 3 a. ſecunda Petri 2 a. 3 a. Nouiſſima fiunt deteriora prioribus illi homini, qui poſt cognitum euangelium rurſum ſe implicat coinquinationibus. matth. duodecimo d. ſecunda Petri ſecundo d. Nouiſſimos ſibi & alijs peccatores viſos, fieri in eccleſia primos iuſtos & electos dei: primos autem qui ſibi & alijs carnalibus videntur iuſti, fieri

nouissimos & haberi apud deum peccatores, operibus suis, quod tantum est gratiæ dei, deberi putãtes, dicit Christus. matt. 20 d.

¶Nouus

Nouos deos & idola constituerunt sibi Israelitæ quibus sacrificauerunt. deut. 32 c. Noua creatura simus oportet nos qui Christo credimus, & omnium quæ carnis sunt et mũdi mortificatio nobis necessaria, non autem circumcidi, aut in præputio manere, Galat. 6 d. In nouitate vitæ ambulãdum, rom. 6 a. In nouitate spiritus deo seruiũt qui omnia sua opera spiritu rapiente faciunt. rom. 7 b. Nouus homo quem deus creauit in nobis, induendus, ephes. 4 c. vt in iustitia & sanctitate viuamus. Nouum testamentum. Gen. 3 c. heb. 8. d. Nouum testamentum, peccatorum remissio per sanguinem Christi, mat. 26 c. marc. 14 c. luc. 22 b. Nouum testamentum quod fecit nobiscum deus est, quod daturus erat leges suas in cordibus nostris, non recordaturus peccatorum nostrorum amplius. Heb. 10 c. Noui testamenti dispensationem accepit Paulus. 2 Corin. 3 b.

¶Nox

Nox verbo dei creatur, gen. 1 a.

¶Nubes

Nubes discurrunt magnificentia dei. deut. 33 d. Nubes e terra velut fons irrigans terram. Ge. 2 a. In nube deus loquitur cum Mose, cernentibus cunctis. exod. 33 b. 16 c. Nube operiente tabernaculum, manent in eodem loco Israelitæ: recedente vero proficiscuntur. num. 9 c d. exod. 40 d. In nube loquebatur Mosi deus in introitu tabernaculi. num. 11 f. 12 b. In nubis columna apparet deus Mosi, deute. 31 d. Nube in occasu orta pluuiæ sig-

uiæ signum, lucæ. 12 g. Nubis candidæ visio, apocaly. 14 c.

¶Nubere

Nubant qui continere non possunt. 1 Cor. 7 b. Nubant iuniores viduæ. 1 timoth. 5 c. Nubere potest mulier cuicunq; voluerit viro mortuo, modo sit Christianũ coniugium. 1 Cori. 7 g. Ne qs nubat prohibere, doctrina dæmonis, 1 timo. 4 a. Nubunt priores quæ maiores sunt ætate sorores, Genes. 29 c. Nubente Ruth imprecabatur populus vt esset fœcunda, sicut Rachel & Lia, ruth. quarto c,

¶Nudus

¶Nuditas

Nudi Adam & Heua non erubescunt antequam peccassent. Genesis. 2 d. Nudos se esse cognoscunt Adam & Heua post peccatum. Genesis 3 b. Nudus Saul, id est, superioribus exterioribus ve exutus vestimentis, prophetat cum prophetantibus. 1 reg. 19 d. Nudus Israel constitutus inter hostes, cum relicta fide & spe in verum deum, adorauerunt vitulum, exod. 32 f. Nuditatem minatur Moses Iudæis non seruantibus præcepta dei. deut. 28 e.

¶Numerare

Numerantur ad pugnam apti ex filijs Israel, numer. 1 a

¶Nuntius

Nuntij per quos Chusai indicabat Dauid consilium Achitophel, dei consilio absconduntur in puteo, donec pertransissent serui Absalom illos quærentes, 2 re, 17 a. Nuntius a Ioab nuntiat mortem Vriæ, 2 re, 11 c.

¶Nuptiæ

Nuptias celebrat Laban, gen. 29 c. Nuptiæ Rebeccæ quanto cum timore dei celebratæ fuerint, vide totum cap. 24 geneseos. In Nuptijs inter rogauerunt Rebeccæ voluntatem parentes ipsius gene. 24 g. Nuptiæ Samsonis celebrantur, iudicum. 14 c. Nuptiarum sanctitatem docet Rachel Tobiam, tob. 6 c. Nuptijs interfuit Christus cum apostolis & matre. Iohan. 2 a. In nuptijs postremus locus accipiendus, & quare. luc. 14 b. Nuptialem vestem non habens, sine fide in ecclesiam Christi ingressus, conijcitur in tenebras exteriores, matth. 22 b.

¶Nutrire

¶Nutrix

Vt nutriat socrum suam, colligit Ruth spicas in agro Booz. ruth. 2 a. Nutrit ipsa Ruth socrum suam Noemi ex spicis quas in campo Booz collegerat, & cibis quos ab ipso Booz accipiebat, ruth 2 c d. Nutricis officio fungitur vetula Noemi, exultans datum sibi esse ex Ruth filium. ruth 4 d. Vt Nutrix fouet filios suos, ita Paulus Thessalonicenses, nihil ab eis exigens, ne quam occasiõem daret recedendi a verbo. 1 thess. 2 b.

¶Nycticorax

Nycticoracem non comedebant Iudæi, deut. 14 b.

O

¶Obed

OBed filius Ruth ex Booz, pater Isai fuit patris Dauid. ruth 4 d.

¶Obededom

Obededom gentili natione ad dominum conuerso, benedicit deus, propter arcam dei quam in domo sua habebat, 2 re. 6 b.

¶Obedire

¶Obedi-

¶Obedientia

Obediendū voci dei, deu. 30 d. exod. 15 g. Obedientibus verbo dei benedictio, deu. 11 d. Obedientiā verbis dñi promittit populus, exo. 24 a b. Non obediens voci dei Saul, abjcit a deo, 1. re. 28 c. Obediri præceptis suis mauult deus, q̄ victimas sibi offerri, 1. reg. 15 e. eccēs 4 d. Obediēs Christus patri, vsq; ad mortē, heb. 5 e. Obedientia Christi, operat in credentibus vt iam obedientes & iusti sint, rom. 5 d. Obedientes filij simus, sperātes perfecte in eā gratiā, q̄ nobis offert p Chrm, 1. pet. 1 c. Quod obediamus euāgelio & credamus, ex electione dei est, qui ad hoc nos eligit, 1. pet. 1 a. Obediendū deo p̄cipienti verbū euāgelij p̄dicari, magis q̄ hoibus nolentibus, actu. 5 e. Qui nō obedierit, crediderit ve Chro p̄dicāti sermonē patris, is sermo illū iudicabit, q̄d sponte sua pereat, ioh. 12 g. Obedientiā Corinthioꝝ explorat Paulus, 2. cori. 2 c. Obedientiā Corinthioꝝ expertus Paulus per Titū, summopere gaudet, 2. cor. 7 d. Obedientia parētibus exhibenda, exo. 20 b. leui. 19 a. deut. 5 b. tob. 4 a. Obediens Christus patri putatiuo & matri, luc. 2 g. Item patri æterno vsque ad mortem, phili. 2 b. Obediēs patri Ioseph, ge. 37 b. Obediamus p̄positis nostris, heb. 13 c. Obedientia principibus exhibenda, exo. 22 a. Obediunt Israelitæ ipsi Iosue, deut. 34 d. Obedientia Rubenitarū Gaditarum, & dimidiæ tribus Manasse erga Iosue, ios. 1 d. Obedientia Abrahæ cōmendatur a deo, gene. 22 a. 26 a. Ob obedientiam Abrahæ, Christum quem ipsi Adæ promiserat in benedictionem deus, voluit ex semine & familia eius Abrahæ descendere, gen. 22 d. vigesimosexto a.

Oblatio

Non obediens voci dei, sed ferens de anathemate ipse Achan occiditur, Ios.7 d. Obedierũt verbo euangelij audito gẽtes.2.re.22 d. Obediẽte deo voci Iosue, sol sistitur in medio cœlo, spatio vnius diei, ios.10 c. Oblatio Aaron & filiorũ eius in die vnctionis suæ, leui.6 c. Oblatio Aaronis pro se & populo.leuit.9 a. Oblatio peccantis per ignorantiam, num.15 c. Oblatio oĩs fiet absque fermento, leui.6 c. Oblatio omnis sale sit cõdita, leui.2 d. Oblatio de bobus, ouibus, agnis, capris, leuitici.3 a. Oblatio prima Aaron pro se & populo, leuitici nono a. Oblatio qualis esse debeat, leui.22 c. Oblationes singulorum ducum populi Israelitici, in dedicatione tabernaculi, num.7 a. Oblationes per singulas solennitates faciendæ.nume.28 a. Oblationes faciendæ octo primis diebus septimi mensis, num.29 a.

¶Oblitus
¶Obliuisci

Obliti dei, bibimus.deu.8 d. Ne obliuiscamur dei saluatoris nri tpe diuitiarũ & saturitatis, deute.6 b c. Ne obliuiscamur dei, vbi diuitias, & omnem rerum abundantiam dederit, summe cauendum, deut.8 c. Oblitus Israel creatoris sui, conuersus ad idola, quibus fidebat, & affliguntur deut.32 c.iudic.3 a b. Oblitus dei populus traditur in manus Siseræ, 1.reg.12 b. Obliuiscit̃ benefactoris sui pincerna.gen.40 d. Reminiscitur eius tandem, gen.41 b.

¶Obsecrare
¶Obsecratio

Obsecrat Paulus, vt secundũ vocationẽ suã viuãt & ope-

&operẽtur fideles,eph.4 a. Obſecratio Pauli rom.15 g. ¶Obſtetrix

Obſtetrices deum timentes,conſeruãt pueros Hebræorum,quos iubebantur occidere: propter quarum factum deus prouider eis,exod.1 d.

¶Obſtinati

Obſtinatorum interitus prædicitur, ezec.6 c.

¶Offerre

Obtulit ſeipſum ſemel Chr̃s pro expiatione peccatorum & ſanctificatione noſtra,heb.9 g.10 c.

¶Occaſio

Occaſionem quærens ſe vlciſcendi de Philiſthæis deus,vxorẽ accipit Sãſon Philiſthæã, iudicũ.14 a.

¶Occidere

Occidit deus quẽ vult,& viuere facit,deut.32 e f. Occidere volens deus filios Heli,non audierũt patrẽ monentem,1.reg.2 e. Occidit Nabal impium deus,1.re.25 g. Occidere vult deus Moſen in diuerſorio.exo.4 f. Occidit deus Siſaræ exercitum in conſpectu Barac,iudic.4 c. Occidere præcipit deus gentes quæ in terra promiſſionis erant,ne eſſent in ruinam populo ſuo,deu.7 c. Occidit deus inimicos populi ſui Chananæos,etc. antequam ingrederetur terrã promiſſionis. exodi 23 f. Non occidendũ.gen.9 a.exo.20 c.deu.5 b. Occidẽs hoiem morte moriatur.leuiti.24 b.nu.25. Occidens clam proximum,maledictus,deu.27 d. Occidi eum oportet gladio, qui gladio occiderit. gen 9 a.mat.26 e.apoc.13 c. Se occidiſſe Chriſtũ dñi mentiens Amalecita quidam, occiditur a Dauide,2.reg.1 c. Occidit multos innocentes rex Manaſſes,vnde Ieruſalem deſtruitur.4.reg.21 c.14 a b. Occidere cogitant fratrẽ ſuũ filij Iacob.gen.37 a. Ne occideretur Nabal a Dauide,ob

de,obstitit deus,1.reg.25 d e f. Occidebatur q superbus noluisset obedire iudicio iudicum vel sacerdotum,iuxta dei legem iudicantium,deut.17 c. Occidi iubet deus prophetam miraculis abducentem a fide & fiducia in deum:occidi item amicū, fratrem,filium,filiam,aut vxorem,deu.13 a b. Vt occidat innocentem qui munera accipit,male dictus,deut.27 d. Occidit Moses Aegyptium percutientem fratrem Hebræum,exo.2 b. Occidit Amasias occisores patris sui,4. re. 14 b. Occiditur Sennacherib a filijs,4.reg.19 g. Occiditur Iosias a rege Aegypti,4.reg.23 f. Occidit seipsum Saul, gloriæ suæ non oblitus: occidit item seipsum armiger ipsius Saulis,1.re.31 b. Si occisi cadauer,cuius author ignorabatur,repertū erat in agro:quomodo ciuitas propinquior cadaueri expiabatur,deu.21 a. Occidentibus hominem per imprudētiam, constituuntur ciuitates refugij,ios.20. Occidi Dauidem iubet Saul, 1.reg.19 a. Occidit fratrem,qui illi irascit, aut maledicit verbo vel signo,matth.5 c. Occidi inimicos suos nō vult Eliseus,sed cibari & dimitti,4.reg.6 e. Occidisse Naboth innocentem dicitur Achab,qui vxoris factum circa mortē ipsius Naboth approbauerat,3.re,21 e.

¶Occultum

Occultum quamuis euāgelium esset, in aurem & & in tenebris audissent a Christo apostoli, abeis tamen propalandum esse orbi prædicitur, quantumvis sęquirent inimici,matth.10 c.

¶Ochozias

Ochozias impius succedit Achab in regno Israel 3.reg.22 f. Ochozias ægrotans consulit Beelzebub,& moritur,4.reg.1 a Ochozias ægrotans

tans mittit tres quinquagenarios vicissim ad Eli am, quos ignis de cœlo absumpsit. 4. reg. 1 c. Ochozias succedit patri suo Ioram in regnum Iu dæ, 4. reg. 8 f. Ochozias rex Iuda pugnat cum Ioram rege Israel, aduersus Hazaelem regem Sy riæ, 4. reg. 8 g. 2. paral. 22 b. Ochoziam interfi- cit Iehu, 4. reg. 9 f. Ochoziæ fratres 42. occidū tur a Iehu, 4. re. 10 c. Ochozias dei voluntate Ioram visitat, vt occidatur, 2. par. 22 c. Ocho- zias filius Ioas absconditur, ne interficiatur ab Athalia, 4. reg. 11 a. 2. paral. 21 d.

¶ Oculus

Oculis dei omnia aperta, hebr. 4 d. Oculi dei super templum Salomonis, 3. re. 9 a Oculi dei super terram promissionis erant a principio anni vsque ad finem eius, id est, fœcundabat eam, deu- teronomij 11 b. Oculum eruenti, oculus erua tur, exodi 21 e. leuiti. 24 d. deuter. 19 d. Oculos eruunt Philisthijm ipsi Samsoni, quem postea mo lere fecerunt, iudicum 16 e. Oculos Iabenita- rum dextros petit Naas Ammonites in fœderis si gnum, 1. reg. 11 a. Oculi effodiuntur ipsi Sede- ciæ, quarto regum 25 b. Oculi Adæ & Heuæ aperiuntur, cognoscuntque se esse nudos, gen. 3 b. Oculis delectabilem fructum vidēs mulier come dit contra dei præceptum, genesis tertio b. In ter oculos verbum dei reponendum vt ipsius me- minerimus, deuteronomij 11 c. Oculi Balaam aperiuntur a deo, vt videat angelum, numeri vi- gesimo secundo f. Oculos excelsos & sibi fi- dentes humiliat deus, 2. reg. 22 c. Oculos defici entes dat deus nō custodientibus præcepta sua, deu te. 28 g. Oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec cogitatione qs assequi potest, q̄ præparauit deus

diligen-

diligentibus se.1.Corinth.2 b. Oculi eruitione & abscissione manus dexterę adhortatur Christus vt caueamus ab omni quod ad peccatum potest non pertrahere. matthæ.5 d. Oculos videntes qui percipiant,& cognoscant ipsius beneficia & magnalia,dat deus obedientibus præceptis ipsius deut.29 a. Oculos nostros,& cogitationes cordis ne sequamur,sed tantum præcepta dei.nume. 15 d. Si oculus & mens nostra,diuinę bonitatis ignara sit,& ad quærenda carnalia deroita,omnes alij sensus, & affectus naturæ corrupti sunt. matthæ.6 c. Oculus malignus nolens mutuũ dare fratri in paupertatem redacto. deute.15 b. In oculis suis paruulus Saul, constitutus est super Israelem.1.regum.15 d.

¶ Oded

Oded arguit filios Israel impietatis in Iudam.2. paralip.27 b.

¶ Odisse

Odientes se punit deus.deute.5 a.7 b.32 f. Odium cordis prohibetur.leuit.19 d. Odio habitus Christus a mundo sine causa, & quare.iohan.7 a. 15 d. Odio sunt omnes Christiani hominibus propter Christum. matthæ,10 c. Odientibus nos benefaciendum.lucæ.6 e.matthæ.5 g.exo.23 a Odientes ipsum diligebat Dauid.2.regum.19 a. Qui odit fratrem suum non est in luce euangelij, sed est homicida.1.iohan.2 b.3 c. Oderant Isaac Abimelech & Phicol.gene.26 f. Odit Esau fratrem suum Iacob ob præreptam benedictiõem eiq; mortem minatur.genes.27 f. Odiunt fratrem Ioseph filij Iacob.genes,37 a. Oderunt filios Israel Aegyptij. exod. 1 c. Odit Amnon ipsam Thamar, post admissum cum ea stuprum

2.regum.

a.regum.13 c. Odit Absalom ipsum Amnon, propter oppressam sororem. 2.regu.13 d. Odit Achab Michæam vnicum dei propheram quod ei verum diceret.3.regum.duode.b. Abodien tibus liberat deus inuocantes se.2.regum.duod.b.

¶Odorari

¶Odor

Odorari dicitur dominus sacrificium, quandó illi est acceptum.gene.8 d. Odorem suauissimum non susceptorum se dicit deus, ab inobedientibus verbis suis. leuit. 26 e. Ne odore malo offensus deus derelinqueret Israelem, iubet Moses ipsos extra castra cacare, & effossa humo cooperire qd egerissent.deute.23 c.

¶Offendiculum

Offendiculum fratri non obijciendum cibi causa roma.14 b. Sine offendiculo debet Christianus se exhibere omnibus, Pauli exemplo. 1.cor.9 g.

¶Offerre

Offerendarum pecudum, armentorum, auium ritus.leui.1 a.b.c.d. Offerendum deo non dæmonibus.leuit.17 b. Offerendum in loco quem elegerit dominus.deu.12 a. Non offerenda hostia viriosa.deut.17 a. Offertur deo Samuel a parentibus.1 reg.1 d.

¶Officium Iudicis,

Officium Iudicis. exod.23 a. leuit. 19 g.deute.1 c.2. paralip.24 a.

¶Og rex

Og rex Basan percutitur a filijs Israel. nume.21 g. deute.3 a. Og regis lectus ferreus.deu.3 b.

¶Olda

Oldam prophetissam consulit Iosias.2.para.34 e.

¶Olus

Oleribus

Oleribus vescitur, qui fide infirmus est, credens nō esse fas quibuslibet vesci. roma. 14 a.

¶Olea
¶Oleum
¶Oleaster

Olea noluit dominari cęteris arboribus iudic. 9 b. Oleum dat deus diligentibus se. deu. 11 b. Olei lechytus non deficit mulieri pauperi pascenti Eliam fugientem Achab. 3. reg. 17 c. Oleo suo nō vnguntur quantumuis abundet eis, qui præceptis dei nō obediunt. deu. 28 d. Oleū vt sugerent de saxo durissimo, constituit deus Israelitas super terram excelsam. deu. 32 b. Oleum fundit Iacob super lapidem quem erexerat in loco, in quo locutus fuerat ei deus. gene. 28 d. 35 c. Olei sancti cōfectio. exo. 30 c. Oleum lucernæ. exod. 27 d. Olea Christus, cui insitæ sunt gentes, & factæ participes pinguedinis spiritus eius. Roman. 11 c. Oleæ rami naturales Iudæi dicuntur a Paulo. roman. 11 c. Oleaster dicitur a Paulo populus gentium, insitus naturalibus ramis, roma. 11 c. Oleo vngunt multos apostoli inter prædicandum & sanantur. Marc. 6 b. Oleo vngatur a presbyteris qui infirmus est, orentq; super eum, vt oratione fidei saluetur & erigatur. iacob. 5 d. Oleo vngitur a deo Saul Samuelis ministerio in regem Israel. 1. regum. 10 a. Oliuarum reliquiæ relinquendæ aduenis, pupillis & viduis. deut. 24 d.

¶Olla

Olla liquefacta, Ierusalem incendium designat, ezechi. 24 a.

¶Omnipotens

Omnipotens Deus, Genes. 17 a. tric. quin. b. 48 a.

Exod.15 a. nume.11 e.

¶Onan

Onan filius Iudæ nascitur. Genesi.38 a. Onan percutitur a domino.genes.38 b.

¶Onesimus

De onesimo seruo, fugiente dominum suum Philemonem qui Romæ audito Paulo qui vinctus erat, conuersus ad Christum, remittitur ad herum. philemo.c.

¶Onesiphorus

epheſ.3 a b.coloſ.1 a.2 timo.1 a.tit.1 a.Non autem ab hominibus miſſus.galat.1 a. ſed iuxta dei imperium.1 timoth.1 a. Paulus didicit euangeliū per reuelationem Ieſu Chriſti, non ab hominibus Petro, aut quoquam alio, quod probat narratione ſuæ hiſtoriæ.gala.1 b c. Paulus miſſus ad euangelizandum,non ad baptizandum. 1 Cori. 1 c. In Pauli conuerſione,&quod fidem annūtiaret,deum laudant Chriſtiani.galat.1 d. Paulo euangelij diſpenſatio credita,idque cogitur facere.1 Corinth.6 c. Paulus iuxta dei reuelatiōem aſcendit Ieroſolymam,non auditurus ſed collaturus cum apoſtolis euangelium quod prædicarat, ne ſuſpicarentur qui in Iudæa erant fideles, eum non recte docere. Galat.2 a.narrans quod feciſſet deus per miniſterium eius in gentibus.actuum 21 d Paulos nihili ducit omnia,ſed vt ſtercora æſtimat præ vna ſcientia,qua Chriſtum fide cognoſcebat eſſe ſaluatorem ſuum & ſuam iuſtitiam philip.3 b. Paulus Chriſti miniſtrum ſe magis eſſe dicit quam ſint cæteri apoſtoli, certis argumentis.2. Corinth.10 b.11 b e. Paulus ad pœnitentiam hortatur & conuerſionem ad deum, & ad opera conuerſiōis. actu.17 g.26 e. cum humilitate,lachrymis & tribulationibus fidem in Ieſum Chriſtum annuntians.actuum 19 d. Teſtificans hunc Ieſum eſſe Chriſtum.actuum 18 b.nihil extra docens quā ea quæ prophetæ prædixerant futura, & Moſes, Chriſtum mortuum & reſurrexiſſe,ſicq; promiſſiones eſſe impletas. actuum 13 c.26 f. 1 Corinthi. 1 d,15 a. Paulus Chriſtum Theſſalonicenſibus prædicat,actuum 17 a. Paulus etiam in foro Chriſtum annuntiat palam.actuum 17 b. Paulus vſq; ad mediam noctem Chriſtum prædicat

ijs qui

ijs q in Troade erāt, profecturus in crastinum. act. 20 b. Paulus Antiochiæ prædicat, actu. 11 d. Paulus scindit tunicam, videns homines velle sibi immolare, actu. 14 c. Pauli fides, & fortitudo pro grege se periculis offerentis. actuum. 19. f. Paulus per triennium, nocte & die cum lachrymis non cessat monere, act. 20 f. Paulus tribulationes & vincula non timet, dummodo euangelium annuntietur, actu. 20 e. Paulus alligari & mori paratus propter Iesum. act. 21 c. Pauli affectus & beneuolentia erga fratres suos Iudæos, rom. 10 a. 11 b. Pauli affectus & amor erga Philippēses, & Corinthios. phil. 1 a. 2 Cor. 6 b. Paulum docet Christus quanta passurus esset propter eum. actuum. nono c. Paulum consolatur & confortat deus, exhortaturque vt imperterritus euangelium Corinthijs nuntiet. act. 18 c. Paulo astat deus in castris, ad constantiam ipsum exhortans. act. 23 c. Paulū ne in naufragio timeat, consolatur Christus. actu. 27 d. Paulus hortatur ne verbum euangelij contemnatur, act. 13 f. Paulus perambulans regiones confirmat condiscipulos. actu. 18 f. Paulus visitat omnes ciuitates, quibus euangelium prædicarat, quomodo se haberent, quas & confirmat. actu. 15 f. Paulus consolatur eos qui secum nauigabant Romam. act. 27 b. Pauli solicitudo pro Corinthijs, ne contentiones & æmulationes sint inter eos 2 Corinth. 12 g. Pauli solicitudo pro Galatis, Colossensibus, Laodicensibus & omnibus ecclesijs, qua vndique quotidie premitur & affligitur, Galat. quarto b. Coloss. 2 a. 2 Corinth. 11 f. Paulus optat tales omnes fieri qualis & ipse erat exceptis vinculis, actu. 26 g. Idem optat & quan-

tum ad matrimonium,1 Corinth.7 b. Paulo p̃ dicebatur in omnibus ciuitatibus a fratribus prophetiæ donum habentibus,tribulationes eum manere in Ieruſalem.actu.20 e. Paulo prædicitur a fratribus per ſpiritum ſanctum,ne eat in Ieruſalem.actu.21 a. Paulum alligandum Ieroſolymis a Iudæis,& tradendũ gentibus,prædicit Agabus propheta,actu.21 b. Paulus ſpiritu alligatus,proficiſcitur in Ieruſalem.actuum.20 e. Paulus conſilio fratrum, aſſumptis quatuor viris votum ſuper ſe habentibus, ingreſſus in templũ, purificat ſe,ne ſcandalo ſit Iudæis.actuum. 21 d. Paulus de iuſtitia &caſtitate &iudicio futuro diſputat.actuũ.24 g. Paulum & Barnabam deos vocant qui Lyſtris erant,illiſq; immolaſſent, ni reſtitiſſent.actu.24 b c. Paulus noctu demittitur in ſporta per murum.act.9 d. Paulus & Barnabas eiſciuntur a Iudæis,actu.13 g. Paulus lapidatur,actu.14 c. Virgis cum ſila cæditur et incarceratur,actu. 16 a. Flagellatur & torquetur. actu.22 d. Quos omnes labores,recenſet.2 Corin.11 f. Vt Paulum interficiant,conſultant Iudæi, act.9 d. Paulus cũ Græcis diſputat,quẽ volũt occidere.actu.9 e. Pauli os Ananias princeps ſacerdotum iubet percuti.actu.23 a. Paulus adducitur ad Felicem præſidem, cuſtoditurque in prætorio Herodis.actu.23 f. Paulus ſiſtitur coram Feſto, accuſaturq; a Iudæis ipſo pro ſe rationem reddente.actuũ. 22 b. Paulum inſanum eſſe ob multas literas,Feſtus clamat.act.26 g. Paulus dei auxilio ereptus a gentibus & Iudæis, actu.26 e f. Paulum donec occiderent, quadraginta viri ſe deuouent nõ maducaturos nec bibituros;quod & reſciſcit Paulus.actu.23 d. Paulus

lus comprehenditur, capiturq; a Iudæis, & catenis alligatus ducitur in castra. actu. 21 e f. Paulus ducitur ad tribunal. act. 18 d. Paulum iubet deus egredi Ierusalem, & quare. actu. 22 d. Paulus prohibetur a spiritu sancto prædicare in Asia. actu. 16 b. Paulum requiem habere iubet Lysias tribunus, nec quēquam de suis prohiberi vult ne ei ministret. actu. 24 f. Paulus accusatus a Tertullo, defendit causam suam. actu. 24 c.

Paulo permittitur causam suam defendere corā Agrippa rege. act. 26 a. Paulus propter euangelium vinctus, coloss. 4 a: Paulus Romæ fiduciam accipit visis fratribus. act. 28 d. Paulum permanere solum, vnico tātum adhibito militre, permittitur Romani. actu. 28 d. Paulo permittitur ad amicos ire, & curam sui agere. actu. 27 a. Paulus Romæ in suo conducto per biennium prædicat Christum a mane vsq; ad vesperam omnibus ad eum venientibus, nec ei prohibebatur. actu. 28 g. Paulus non læsus a vipera. act. 28 b. Inter Paulum & Barnabam dissensio tā ta, vt discesserint ab inuicem. actu. 15 g. Paulus & Barnabas fratribus qui Ierosolymæ erāt p ferunt quod discipuli seposuerant perferendum in subsidium famis. actuum. vndecimo d.

Per Paulum multa miracula operatur deus. actuum. decimonono b. Paulus Eutychum iuuenem suscitat, actuum vicesimo b. Paulus sanat quendam infirmum pedibus, actuum decimo quarto a. Paulus spiritum pythonicum eijcit in nomine Iesu. Actuum decimo sextoa.

Paulus oratione & manuum impositione sanat patrem Publij principis. actuum 28 b.

Paulus excutiens vestimenta sua in eos qui euan

gelio contradicebant, gentibus prædicat, act.18 b. Paulus Romanum se dicit, quod sciret hoc ad libe rationem sui facere, cum metus magnus esset in omnibus gentibus nominis Romani, actu.16 g.22 f. Paulus fugit ne lapidetur, actu.14 a. Pau lus coactus appellat Cæsarem, actu.18 a. Pau lus apud Aquilam exercet scenofactoriam artem actu.18 a. Paulus manibus suis operatur, vt ne cessitatibus pauperum subueniat, actu.20 g. 1 Co rinth.4 c.1 thess.2 b. nocte & die, ne quem grauet, & panem aliorum gratis nō manducet.2 thes.3 b. Paulus modis omnibus subigit corpus suum, & q̄ re.1 corinth.9 d. Pauli esuries & sitis, aliæq; af flictiones ob Christum.1 Corinth.4 c. Quid Paulo ter dominum roganti vt a stimulo cārnis liberaretur, responsum sit,2 Corinth.12 c. Pau lus quæ incommoda, & quas corporis necessita tes & tribulationes passus sit inter prædicandum, narrat.1 Corinth.4 b.2 Corinth.4 b. Paulus apud quosuis in quāuis speciem se vertit, vt vbi q̄ aliquos lucrifaceret.1 Cor.9 d. Pauli man suetudo in reprehendendo. 1 Corinth.4 d. Pau lus maledicentibus benedicit.1 Corinth.4 c. Paulus gloriatur se spiritum dei habere, idq; asse rit.1 Corinth.2 c.7 g. Paulus gloriatur se habe re sensum CHRISTI, & ipsum vidisse. 1. Corint.2 d. nono g. Paulus gaudet in passio nibus, contumelijs, necessitatibus & afflictioni bus quas propter CHRISTVM ad alio rum salutem patitur. primo Corinth.15 d.2 Corin thi.4 c.12 c. Coloss.1 d. Paulus gloriatur quod suos per omnia morigeros reperiat.2 Cor.7 a. Paulus raptus in tertium cœlum,2 Cori.12 a. Paulus vtcunq; se commendat apud Corinthios, vt oē

vt occasionem gloriandi det eis aduersus eos qui gloriabantur se institutos fuisse ab eximijs apostolis.2.cor.5 b. Paulus gloriat in testimonio synceræ conscientiæ.1.corin.1 c. Paulus vt in solo Christo glorietur.reijcit confidentiam legis, in q̃ vixit sine querela,de q̃ potuisset gloriari sicut & pseudoprophetæ,philip.3 a, Paulus in administratiõe euãgelij neminem læsit, nec adulterina doctrina corrupit,nec ab aliquo quicquam extorsit.1.corint.7 a.11 b. Paulus omnibus ecclesijs Christianorum eãdem doctrinam tradidit.1. cori. 14 f. Pauli sermo in euangelico negotio non fuit est & non,sed semper sui similis, Christum solum salutarem nuntiãs.2.cor.1 d. Paulus euãgelium humili sermone prædicauit.1.cor.2 a. Paulus euãgelizauit Galatis,sed in infirmitate& imbecillitate carnis,paupertate,cõtemptu & variis afflictionibus,galat. 4 b. Paulus non semetipsum prædicat,ad suum quæstum aut gloriã docens euangelium,sed Christum,nihil sua causa sed ad dei gloriam & ad salutem aliorum.2.cori. 4 b.5 c. Paulum non in vacuũ cucurrisse & laborasse prædicando euangelium,opera bona Philippensium & vita irreprehensibilis aperte testabantur & testabuntur in iudicio,phil.2 c. Pauli cursus in euangelico stadio non segnis neque incert9.1.cor.9 d. Paulus ab Ierusalem vsq; ad Illyricum prædicauit euangelium Christi, romanorum decimoquinto d. Paulus Petrum non ambulantem secundum veritatem euangelij reprehendit.galat.secundo c. Paulus se minimum apostolorum vocat,&hoc noĩe indignum. prima corinthiorum 4 b.15 b. Paulus imitator Christi,prima corinthiorum quarto d.

Paulum imitentur Christiani, & eos qui ita viuũt & prædicant vt ipse vixit & prædicauit. 1. corint. 11 a. philip. 3 d. Paulus vita præstitit, quod verbo docuit. 1. cori. 9 d. Qui Paulum spernit, deum spernit, 1. thessal. 4 d. Pauli conuersatio inter gentes quibus euangelizabat. 1. corint. 2 a. Paulus cupit iuuari apud deum per orationes fidelium. roman. 15 g. 2. corin. 1 b. Paulus etsi nihil sit sibi conscius, tamen hinc non audet se iustũ iactare. 1. corin. 4 a. Paulo tanquam abortiuo post resurrectionem visus Christus. 1. cor. 15 b. In Pauli epistolis quædã difficilia intellectu. 2. pe. 3 d. Paulus dictabat literas interdũ altero excipiente, salutationem sua manu subscribens, coloss. 4 d. Eam quam ad Galatas misit, totam scripsit, vt legis in fine epistolæ.

¶ Pauor

Pauorem immittit deus cordibus inobedientium verbo suo, leuit. 26 f. Pauorem se immissurum in Iudæos in cubiculis, ad idola conuersos, minatur deus, deut. 31 d.

¶ Pauper

¶ Paupertas

Pauperes non futuri si obediatur deo. deut. 15 a. Pauperes semper futuri, quibus semper aperienda manus & eis benefaciendum. deu. 15 b. Pauperes semper futuri inter nos, mat. 26 b. ioh. 12 a. De pauperi mutuo data pecunia, exodi 22 d. De in paupertatem redacto, quomodo cũ eo agẽdum. leuiti. 25 e f. deutero. 15 b. A paupere non auertendus oculus. eccl 4 a. Pauperes curandi in charitate. deute. 15 b. Pauperum misereri oportet, prouer. 21 b. Pauper factus est pro nobis Christus, & quare, 2. cori. 8 b. Vt pauperes non

res non negligamus, monet nos Christus, parabo la siue historia diuitis epulonis, lucæ decimo sexto c. Vt pauperum necessitatib9 subueniret, ope rabatur Paulus manibus suis, actuum 20 g. Pauperes & afflicti tanti Christo sunt, vt sibi fa ctum reputet quod illis factum sit, matt. 25 d. Pauperibus vt abunde largiamur, q recipiāt nos in æterna tabernacula, adhortatur Christus, vo lens nos vti ea prudentia in distribuendis suis bo nis temporalibus ad vtilitatem nostram, qua ad suam vsus fuerat villicus iniquus, lucæ decimo se xto a. Pauperes flebiles, &c. ad cōuiuia voca ri debent, non diuites, &c. & quare, luc. 14 c. Pauperum cura & viduarum delegatur septē vi ris spiritusancto plenis. actuum 6 a. Paupe res præsentium quidem rerū tenues, sed fide opu lentos, elegit deus ad hæreditatem regni cælestis. 1. corint. 1 b. iacob. 2 a. Pauperibus tribuendū prout quisque spōte in animo suo destinauit cum hilaritate, non cum mœrore, veluti coact9, roma norum 12 b. 2. corint. 9 b. De pauperum fideli um cura habenda diligentissime monet Paulus, 2. corint. 8 b c. 9 a b c. Vt pauperibus Christia nis, qui in Ierusalem erant, aliquid a gentibus mi nistraretur, commonefaciunt Paulū Iacobus, Pe trus, & alij: quod solitus fuit facere. galat. 2 b. Pro pauperibus sanctis, Pauli solicitudo. 1. corin. 16 a. Paupertati Pauli subueniunt Philippen ses, philip. 4 c. In pauperes sanctos liberalitas Macedonum & Corinthiorum. roman. 15 f. Pauperibus pignora quibus carere nō possunt, ad solis occasum reddenda, deuteronomij vigesimo quarto c. Pauperis persona non considera da a iudice, leuitici decimoquarto c. exodi 23 a.

Pauperis iudicium non peruertendum,exod.23 a. Pauper non opprimendus.pro.22 d. In pauperum oppressores.amos 5 c.8 a. Pauperum causas contemnunt impij magistratus,prouer.29 b. De pauperum oppressione non mirandum,eccle. 5 b. Pauperum deo cura iubenti relinqui eis racemos in vindemia.leuit.19 b. Pauperi mercenario merces non deneganda, sed ante solis occasum reddenda.deu.24 c. Pauperem fecit & ditauit dñs Annam, q̃ prius infœcundam & sterilem fecerat,postea fœcundans,aufert & dat q̃ vult.1.re.2 b. Pauperem dominus suscitat de puluere,& de stercore eleuat:vt de se cantat Anna, quam ob sterilitatem a populo abiectam, & in nullo pretio habitam,ipse dominꝰ suscitauit & eleuauit,dando ei filios,vnde cessauerunt exprobrationes sterilitatis.1.re.2 b. Pauperem populum, nihili se æstimantem, nec fidentem viribus proprijs, sed clamãtem ad deum, ipse deus eripit 2.re.22 c. Pauperes prophetarũ discipuli,4. regum 6 a. Pauperes terræ relinquuntur in Ierusalem,abductis aliis omnibus in Babylonem.4. re.24 d. Pauperrima mulier Sarepthana præcepto dei pascit Eliam fugientem Achab, & ditescit.3.reg.17 b. Pauperi non exprobrandum pro.14 d.17 a. Pauper probus diuiti improbo præferendus.prou.28 a. Pauperem superbum odit dominus,eccī 25 a. Pauperes spiritu afflicti,humiles & corde contriti,beati quare pronuntientur.mat.5 a.luc.6 d. Pauperibus annuntiatur Chrs.matt.11 a. Paupertati subueniẽs Eliseus,vide.4.reg.4 a. Paupertas vbique contẽpta,pro.19 c. Paupertas odiosa.pro.14 d. Paupertas bona cum sufficientia,proue.12 b.

Pauper

Paupertas cum timore dei laudabilis.prouc. 15 h. 16 b. 17 a. Paupertatis meminisse oportet in die abundantiæ,eccl 18 c. Paupertatis author deus.pro.14 d.17 a.22 a. In paupertate summa nascitur Christus.luc.2 a. Paupertatem suam Christus obijcit scribæ cuidam eum sequi volenti,& terrena spectanti.mat.8 a.luc.9 g.

¶Pax

Pax,pax vobis,salutantium vox Hebræis familiaris,1.reg.25 a.gen.43 e.iudic 19 e. Vt pax ei sit,neue timeat, hortatur Gedeõem deus facie ad faciem angelum conspicientem.iudicum 6 e. Pax,vade in pace,frequẽs sermo Hebræorum erga abeuntes,1.reg.1 c. In pace remittit Eliseus Naamã sanatum,4.re.5 e f. Pacis author deus,1.thes.5 d.1.corinth.14 f. Ad pacem hortatur Paulus Corinthios,2.corint.13 d. Pax cũ omnibus hominibus habenda quantum in nobis est.roma.12 d.heb.12 d.ephe.4 a.1.pet.3 b. Cum ijs qui de corde puro inuocant nomen domini.2.tim. 2 d.Et cum ministris verbi.1.thes.2 c. Pacifici, filij dei vocantur,illisque fructus iustitiæ seminatur in pace,mat.5 a.iacobi 4 a. Pacem cõponere nititur Moses inter duos Hebræos rixantes, exodi 2 b. Pacem,gaudium', prosperitatẽque veram,& felicem rerum successum, imprecatur Paulus suis,roma.5 c.ephe.1 a.2.thes.3 d. Pacẽ a parentibus & domesticis non esse Chrianis expectandã,prædicit Chrs.mat.10 d. vt pacem det nobis deus,orandũ,nu.6 d. Pacẽ & veritatẽ.i.promissam vitæ tẽpus 15 annorũ,petit Ezechias a dño,4.reg.20 d. Pax ab inimicis,si seruauerimus præcepta dei,leui.26 a. Pacem populo suo promittit dominus,osee duodecimo c.

Pax sub Salomone.3 re.4 c.5 a b c. Pax omnibus ciuitatibus Israel.Ios.21 d.22 a. Pax est ecclesiæ in tota Galilæa, Iudæa,& Samaria.actuum 9 e. Cum pacem & securitatem esse putarint homines,iudicij dies aderit.1 thess.5 a.
Pacem recipienti ciuitati parcebatur.deut.20 c.
Pacem cum Ammonitis & Moabitis ne quærerent vnquam,Israelitis prohibet Moses,deut.23 a
Pax inter Israelem & Amorrhæum.2 re.7 d.
Pacem sibi promittunt ambulantes in prauitate cordis non timentes dei maledictionem,deut.29 c.
Pax domini nomen altaris a Gedeone constructi iudicum 6 e. Pax in cordibus per Christum, Psal.45 vers.octauo. Pax in ecclesia,Isa.26 c. 66 d. Pacem fecit deus pater in cœlestia & terrestria per sanguinem Christi & mortem, vt iam vni Christo simul iungantur.colo.1 c. Pacem dei cum hominibus esse per Christum , clamant turbæ,ipso introeunte Ierusalem,lu.19 f. Idem canunt angeli in natiuitate ipsius.lu.2 b.actuum decimo f. Pacem euangelizauit Christus gentibus & Iudæis.ephes.2 d. Pacis nostræ author Christus,qui fecit ex Iudæis &gentibus vnum populũ sibi, extincta inimicitia quę inter eos erat ob ceremonialia præcepta de delectu ciborum,a alio rum.Ephesi.secundo c d. Pacem conscientiæ dat fides in CHRISTVM, roman.quinto a. Pax Christi, nulla humana ratione comprehendi potest , custodiens nos per Christum in fide & vnanimitate,philippen.quarto b.
Quod pacem suam esse CHRISTVM non intelligerent Iudæi , ob id flet super eos ipse Christus.Lucæ decimonono f.

Pacem imprecatur Christus apostolis suis. Luc. 24. f. iohan. 14 d. 16 f. 20 e. Pax Christi vincat & superet in nobis, palmam ferens aduersus liuorem superbiam, &c. colos. ter. c. Vt in pace abeat iubet Christus peccatrici, & mulieri sanguinis fluxum patienti, quibus pctā condonarat. lu. 7 g. 8 g. Pax domini recipienti ministrum euangelij. matt. 10 b. Pax & animi tranquillitas per Christum in medijs tribulationibus. iohan. 16 g. Ad pacem & mutuam concordiam vocauit nos deus. colos. ter. c. In pacis viam vt dirigerent pedes nostri, Christus illuxit nobis. luc. 1 g.

¶ Peccatum
¶ Peccare
¶ Peccator
¶ Peccatrix

Peccatum Adæ, quod in omnes dimanauit. gene. ter. b. Pctm reijcit in mulierē ipse Adam, ipsa vero in serpentem. genes. ter, b. c. Pctm per vnum Adam incepit, & natum est pertransiens in omnes homines. roma. 5 b. Ad peccandum inducitur mulier a diabolo. gene. tert. a. Pctm q facit, ex diabolo est. 1. iohan. tert. b. Pctm, stimulus mortis. 1. Corinthio. 15 g. Pctōr est, qui non credit dei euangelio. 1. pet. quar. d. Peccat qui pauperi mercenario mercedem denegat. deut. 24 c. Peccat qui fratri in paupertatem redacto non vult mutuum dare propter annum septimum proximum. deuteron. 15 b. Peccat qui votum quod deo promisit, non reddit. deuteron. 23 d. Peccat deo populus comedēs cum sanguine. 1. re. 14 e. Peccare fecit Ieroboā Israelitas, inducēs eos ad idololatriā, spreto deo Saluatore. 3. re. 12 f. g. Pctm dicit se committere Samuel, qui cessaret

pro

pro populo orare.1.reg.12 d. Peccasse se fatetur Dauid numerando populum, non autem peccasse populum quem numerauerat, quicq; peste ꝑcutiebatur.2.regum 24 c. Pctm̄ Ophni & Phinees filiorum Heli. 1.re.2 c.d. Qui peccauerit, alij quam soli deo fidens, delebitur de libro dei quē scripsit. exod.32 g. Ne peccemus, consortium idololatrarum fugiendum.exod.32 d. Pctm̄ est quicquid refragante conscientia fit, & non ex fide & omnis iniquitas.roma.4 d. 1.iohan.3 a.5 d. Pctm̄ non inducit quicquid est extra hominem & in eum ingreditur.matthæ.15 b. Pctm̄ faciens & ab illo superatus, seruus est pctī.iohan.8 d.2.petri.2 d. Pctī serui, liberi sunt iustitiæ, quia ipsa iustitia carent.roma. 6 d. Pctō admisso fugit Adam conspectum dei. genes.3 b. A pctō nemo immunis, ideo omnibus Christo Saluatore opus.3.re.8 c.prouer.20 b.isai.41 g.53 c.eccī.7 c. 1.iohan.1 c.d. Pctī pœna, mors in totam poteritatem Adæ peruasit.rom.5 b. Pctm̄ ante legem non reputatum ab hominibus, neque pctm̄ esse id reputabant, quod tamen pctm̄ erat. roman.5 c. sicq; mortuum erat. roma.7 b. Pctm̄ per legē cognoscitur.roma.7 b. Peccādi occasio est lex cum nitamur in vetitum, estq; virtus & robur peccati.roma.7 b.1.corin.15 g. Pctm̄ sua abundātia non potuit gratiæ præualere.roma.5 d. Peccati fructus, confusio & erubescentia, & finis eius mors animæ.roma.6 d. Pctm̄ grauius esse q̄d contra deum committitur, quam quod contra hominem, ostendit Heli corripiens filios suos.1.re.2 e. Pctī sui pœnam ab vnoquoq; esse portandam.ieremi.21 e.eze.18 a. deut.24 c. Pctm̄ inobedientiæ præceptis dei, est tanquam pctm̄ ariolandi.1.

regū

regum.15 e. Peccatorꝝ expiatio antiqua qualis.leui.10 f.g.nũe.5 a. Pctorũ expiatio fiebat sanguine.leui.17 c. A pctis expiatio quo tempore.leu.13 e. Pcti purgatio fiebat aqua aspersionis,facta ex cineribus vaccæ rufæ.nume.19. Peccantis per superbiam pœna. numer.15 d. Pctm̃ vltroneum quomodo expiabatur. leui.6 a. Pctm̃ per ignorãtiam admissum in præcepta dei, quomodo expiabatur.leui.4 a.5 d. nume.15 c. Pctm̃ in ceremonias admissum quomodo expiabatur.leuit.5 c.d.nume.15 e. Pro pctõ hostiæ lex leuit.6 d. Pctã verberibus emendabantur sententia iudicum.deu.25 a. Peccatorum antiqua confessio,a deo p̃cepta Iudæis sacerdotibus.leuit. 16 e. Pctã non auferebat sanguis taurorum, & hircorum,hostię veteris testamenti,conscientia que pcti semper erat in mundatis,ideo sæpius offerebantur.heb.10 a. Pctã aufert deus, nume.14 c.exo.34 a.b. A pctis mundantur labia Isaiæ ante,quam mittatur ad prædicationem.Isai.6 b. In pctis non perseuerandum.eccl 21 a. A pctis conuerti,dei donum est, ierem.21 d. Pctm̃ suũ vt ostendat ei, vocat Adam deus, genes.3 b. Pctm̃ suum ostẽdit ipsi Cain deus, antequam maledicat.genes.4 b. Vt a pctõ timore deterrerẽtur Israelitæ,apparuit eis deus in fulgure & tonitru, exod.20 d. Vt pctm̃ suum agnoscat populus quod peccauerant petendo regem hominem protectorem, qui hactenus habuerant deum regem & Saluatorem,omnibus modis agit Samuel immittit etiam tonitrua deus, 1.reg.10 c.12 a. Ne peccaret Abimelech in vxorem Abraham,cõtinuit ipsum siue cohibuit deus, genes.20 b. A pctõ homicidij, dehortatur Deus ipsum Cain,

Genes.

Geneſ. quar.b. Pctā populi declarat dominā caſtigatio. ierem.30 b. Pctī confeſſionem exigit deus antequam expiari poſſit. nume.5 a. Pctā confitentibus condonat deus propter promiſſiones ſuas. leui.26 g. Peccantes agnoſcentes pctm̄ non eſt deſerturus deus. pſalm.88. verſ.33. Pctōri reſipiſcenti vita promittitur. eze.33 c. Pctā ſua agnoſcentibus ſalus promittitur, hypocritis vero condemnatio. iob 13 c. Donec pctā noſtra ſibi confiteamur & agnoſcamus nos pctōres, tamdiu affligit nos deus. leui.26 f. Pctā nō imputat deus ſanctis ſuis. pſalmo.33. verſ.22. Pctā, fide & miſericordia purgantur. pro.15 d. Pctm̄ ſuum agnoſcit Dauid, & condonatur ei. 2. regum.12 d. Pctm̄ ſuum confitentur Iſraelitæ deo ieiunantes. 1. regum 7 b. deute. 1 g. nume. 14 g. Pctm̄ ſuum confitentur deo Iſraelitæ, quod ipſo relicto coueꝛſi eſſent ad idola, clamantes aſſidue, etiam nolente deo eos liberare, & liberantur, iudicum 10 c. Pctm̄ agnoſcentes Iſraelitæ quod derelicto deo ſeruiſſent idolis, clamant ad ipſum, & eruuntur. 1. regum 12 b. Pctm̄ ſuum confitetur Achan, ſe furatum fuiſſe de Anathemate. ioſue 7 c. Pctm̄ ſuum agnoſcit Pharao. exo. 9 & 10 c. Pctā gentium ante Chriſtum cognitum, titu. ter. b. Propter pctā populus tradebatur a deo in manus inimicorum, nō datur ei pluuia, mittitur fames, &c. ter. regum 8 d. e. Pctīs adſcribunt ſuam afflictionem Iudæi, Baruch 2 a. Pctīs ſuis refert acceptum infortunium mulier Sarepthana, quod filius ei moriatur, ter. reg. 17 c. Pctā propter quæ Ieruſalem affligitur. iere. 6 b. Pctīs eorum qui a fide & fiducia in deum conuertunt ſuam fiduciam in alia, non parcit ipſe deus.

Ioſue

Iosue 24 e. Propter pcta idololatriæ Ierobo-
am, delendus Israel prædicitur, ter. regum 14 d.
Ad pctm idololatriæ inducens populum Baasa
rex, exterminatur. ter. regum 16 a. d. Ob pctm
vnius Achan, qui tulerat de anathemate, percuti
tur Israel a deo, & periisset totus, ni ille lapidatus
fuisset. iosue. 7 d. 22 d. Pctm contra naturam a
Gabaonitis exercetur. iudicum 19 e. f. & a deo in-
terficiuntur, etiam hi qui non peccauerant. iudicū
20 e. Pctis sanctorum deus propitius est, & si
ea quandoque vlciscatur. psalm. 48. vers. 8.
Pctm & iniquitas Heli nullis sacrificijs potuit ex
piari, quin puniretur, prim. regum tert. c. Ne
pctō vnius Core, Dathan, & Abiron pereat reli-
quus populus, orat Moses. numer. 16 c. Pctm
populo Israel dimitti postulat Moses, aut de li-
bro vitæ deleri. exod. tricesim. secund. g Pctm
populo dimitti orat Moses per dei misericordi-
am. numer. 14 d. Pctm sibi remitti orat Da-
uid. 2. regum 24 b. Pctm idololatriæ promit-
tit se visitaturum deus. exod. 32 g. Pctis dimis
sis, abundantia bonorum spiritualium promitti-
tur. isaiæ quadragesi. quart. a. Pctm in Chri-
sto non est. prim. petr. secund. d. prim. iohan. tert.
a. Si nos non peccasse dixerimus, mendacem
facimus deum qui dixit: Omnis homo menda x:
& veritas eius in nobis non est, Iesum negantes
pro pctōribus mortuum. prim. iohan. prim. d.
Peccatum pro nobis fecit deus filium suum, po-
nens super eum iniquitates omnium nostrum, per
ferentem pcta nostra in corpore suo super lignum
dans illum hostiam in satisfactionem pro pctis
nostris, sic per peccatum damnauit & ademit

pctm

peccatum.2.Corinth.5 d. Roma.8 a.1.petr.2 d. Pcta populi, pcta Christi dicuntur, propter quæ afflictus pependit in cruce, vnde misericordia facta est nobis, 2.regum 7 c. Peccatores venit Christus vocare ad pœnitentiam, matthæ.9 b. Peccatorum purgatio & remissio ex abundanti dei misericordia datur, luce 1 g.mar.2 a. Per Christum, matth.1 c.& effusionem sanguinis sui, matt.26 b.mar.14 c.luc.22 b.actuum 13 g.ephe.1 b.coloss.1 c.hebræ.1 a.9 d. 1.petr.3 c. 1.iohan.1 c. 2 b.apoc. 1 b. Qui propitiatio est pro pctis totius mundi, 2.iohan.2 a.4 c. Et apparuit induitq; carnem nostram mortuusq; pcta nostra in corpore suo ferens vt ea destrueret, 1.iohan.3 a.roma.quar.d.1.petri.2.d.& nos mundaret a vitijs quibus hic mundus abnoxius est, galat.1 a.1.timoth.1 d. Credendo in ipsum, actuum 10 g. qui agnus est a patre oblatus, iohan. 1 d. vnica hostia semel oblata, nec alia supererat ad liberandum nos a pctis, hebræ.9 g.10 c.iohan.3 d. Vt bona opera sectemur, titum secundo d.

Pcta remittendi potestatem habuit Christus cum deus esset, matthæ.9 a. Vt peccatorum remissionem per Christum accipiant turbæ, adhortatur Iohannes ad conuersionem, mar.1 a.lucæ 3 a. Peccatorum remissionem per suam mortem, omnibus gentibus prædicari debere, prædicit Christus, lu.vicesi.quar.g. Pcta multa multum diligenti deum, remittuntur, lucæ 7 g. Peccatori Zachæo hospitem se offert Christus, luc.19 a. Cum peccatoribus & publicanis māducat Christus, matthæ.9 b. Pctm irremissibile, pctm in spiritum sanctum, matthæ.12 c. 1.iohan.5 d. cuiusmodi pctm pharisæorum, pro quo non orandum dicit Iohannes, 1.iohan.5 d. Pctm quod

non

non remittitur neque in hoc seculo, neque futuro, Marcus irremissibile interpretatur, mar.3 d.
Cum ob pcta mortui essemus, vna cum Christo reuocauit nos deus ad vitam, & conresuscitauit, ephe.2 b. Pcti, mortis, & inferni victoria nobis a deo per Christum data, 1. corinth. 15 g.
Pro peccatoribus moriens Christus, suam in nos charitatem maxime commendauit, roma.5 b.
Peccatoribus gratiam Christi commendat Paulus, quam fide susceperit, cum peccator esset, 1. timothe.1 d. Vt pctis mortui, & carne mortificati, viuificati autem spiritu iustitiæ opera faceremus, satisfecit Christus. 1. petri. 2 d. 3 c. Pctō mortui sunt fideles per Christum, vt paulatim pctm̄ abo leant, & concupiscentijs eius amplius non seruiāt roman. 6 a. Peccatorum nostrorum se non recordaturum amplius propter filium, promiserat deus, se autem daturum leges suas in cordibus nostris, idq; nouum testamentum vocat. hebræ. 8 d. 10 c. Qui pcta nostra sanguine Christi non purgari existimauerit, vt existimant qui aliunde volunt purgari, & eam gratiam contempserit, tormenta grauissima eum expectant, hebræ 10 e.
Peccantes voluntarie, id est, qui accepta fide & spiritu sancto venerunt ad euangelium, posteaq; deserūt, & de eo blasphemant, impossibile est eos aliqua hostia posse reuocari ad pœnitentiam & purgati, qui hostiam Christi contemnant, iudicium autem expectent, hebræ. 6 b. 10 e. Non peccandum quia sumus sub gratia, sed iustitiæ serui facti bona operemur. romano. 6 c. Peccatorum nostrorum purgationis obliti sumus, si fides nostra non se ostentet per opera. 2. petri. pri. b.
Vt a pctōrum somno surgamus, & deponamus

i circum-

circumstans nos pctm, ne ve peccatum regnet & vincat in nostro corpore, postremo ne pcti fallacia obduretur cor nostrum in infidelitate, exhortatur nos Paulus, vtq; ad hoc nos inuicem exhortemur. roman. sext. b. ephes. quinto c. hebræ. tert. c. duodecim. a. prim. iohan. 2 a. Non peccabunt, qui in fide & charitate operabuntur. 1. pet. 1 c. Pctorum multitudinem operit charitas, qui enim diligit, quomodo peccabit in fratrem? prima. petri quart. b. A pctis vitæ prioris destitit, qui propter Christum patitur ad ipsius exemplum, tribulationes enim non sinunt pctm viuere. prim. petri quart. a. Si quis peccauerit, Christus aduocatus noster est apud patrem. prim. iohan. 2 a. Pcta nostra si confiteamur, ea remittet nobis deus prim. iohan. prim. d. Sine pcto & immaculatos constituere nos potest Deus. Iudæ g. Non peccat qui ex deo natus est, sed generatio dei conseruat eum. prim. iohan. quinto d. Peccantem fratrem in te, coram te, teque conscio, quomodo corripere debeas. matthæ. 18 c. galat. 6 a. Qui pctorem conuerterit ab errore viæ suæ, mercedem accipiet remissionem pctorum. iaco. 5 d. Peccanti fratri absque modo & numero remittendum, si pcti eum pœniteat. matthæ. 18 c. lucæ. decim. septi. a. Peccans frater ab ecclesia admonitus, nec resipiscens, habeatur vt ethnicus & prophanus. matthæ. 18 c. Pcti accusati Rubenitæ a fratribus, quod reliquissent dominum, purgant se benignis verbis & innocentiam suam tuentur. iosue vicesim. secund. d. e. Pctm suum agnoscunt filij Ioseph cp fratrē Ioseph vendidisse nt. genes. 2 d. Pctm suum agnoscit, pincerna ingratus erga Ioseph, genes. quadrag. prim. b.

Pctm

Pctm̃ suum,& miſericordiam ſibi a Dauide factam agnoſcit Saul.prim.regum vicef.ſex.d. Pctm̃ ſuum erga Dauidem agnoſcens Semei, nō occiditur ab ipſo Dauide.ſecund.regum 19 d. Pctm̃ mariti in ſe transfert Abigail.1.regum.25 e. Peccantes, ab epiſcopis arguendi coram omnibus vt cæteri timorem habeant. 1. Timoth.5.d. Pctōres Iſraelitas eſſe reducit eis Moſes in memoriam,ne contra Chananæos elati tanquam impijs,putarent terram ipſorum propter ſuam iuſtitiam ſibi tradi.deutero.9 b. Pcti ſui admonet Iſraelitas Moſes quod commiſerant adorādo vitulum. exod.32 g. Pro peccantibus fratribus non ad mortem,petamus & oremus, & dabitur eis vita.1.iohan.5 c. Erga pctōres reſipiſcentes quanta ſit dei miſericordia, docet Chriſtus parabola filij perditi. luc.15 c. Super vno pctōre reſipiſcente gaudium plus quam ſuper nonaginta nouem iuſtis veritatem euangelij amplexis.matthæ.18 b.luc.15 a. Pctōrem ſe agnoſcēs Petrus præſentiam Chriſti erubeſcit. lu.5 b. Pctōres non propterea iudicare debemus eos, de quibus ſumitur ſupplicium, neq; ſceleratiores eſſe qui hic ſint calamitoſiores, vt iudicabant Iudæi de ijs ſuper quos ceciderat turris in Siloe,& cæ. lu.13 a.ſed potius colligamus iram dei nobis imminere,ſi nō reſipuerimus. Pctm̃ Iudæorum,grauius pctō Pilati.iohan.19 b. In pctō ſuo morituros Iudæos niſi credant, dicit Chriſtus. iohā.8 c. Pctā pctis accumulant impij. prim.theſſaloni.2 d Pctā quorundam manifeſta ſunt præcedentia ad iudicum,quę abſcondi non poſſunt,quorundā aūt ſubſequuntur in iudicio reuelanda.1.timoth.5 d.

Peccatrici mulieri condonantur pcta, quod multum dilexerit.lucæ.7 f. Peccator optat trahi a deo. psalm.31.vers. 12. Peccasse se confitetur Iudas proditor. matth.27 a. Qui peccantes cæduntur & affliguntur, nullam gratiam habent apud deum.1.pet.2 d. Peccatori linguæ vitium peculiare.eccl 6 a. Ex pctoris ore laus reprobatur.eccl 15 b. Pctorum illecebris non acquiescendum.prouer.1 b. Peccare in deum renuit Ioseph. genes.39 b. Pctorum subita consummatio.eccl 21 b. Pctorum prosperitati non inuidendum.prouerb.23 b.24 a.c.psalm.36.vers.17. Pcti nomine vocat Moses ipsum vitulum, quem adorauerant Israelitæ. deute.9 c.

¶Pecora

¶Pecudes

Pecorum mors in terra Aegypti. exod.9 a. Pecudum offerendarum ritus.leuit.1 c.

¶Peculiaris

Peculiaris & proprius dei populus, gens Iudæorum est.deut.7 b.exod.19 a.

¶Pecunia

Sine pecunia non vult Abraham accipere agrum oblatum a filijs Hemor Hethæi. genes.23 c.
De pecunia deposita apud amicum.exod.22 b.
De pecunia mutuo data pauperi. exod.22 b.
Pecunia, nec quicquam aliud dandum ad vsuram.deutero.23 d. Pecunia ad vsus tabernaculi collecta. exod.30 b.38 d. Pecuniam reddi iubet Ioseph fratribus suis, quam singuli reperiunt in ore saccorum.gene.42 e.f.g. Pecuniam iubet Ioseph rursum poni in ore saccorum fratrum. genes.44 a. Pecunijs acceptis constituit Ieroboam sacerdotes omnes qui vellent.3.re.13 g.

Pecunijs

Pecunijs confidentes, a Christo vocantur diuites, marc.10 c. Pecunias qui habent, difficile regnum dei ingrediuntur, credendo euangelio. mar. 10 c. Pecunia accepta custodes testãtur Iesum non resurrexisse, sed furatos eum fuisse discipulos, matt.28 c. Pecunias refert Iudas, quas pro proditione acceperat, matth.27 a. quibus emitur ager in sepulturam peregrinorum. Pecunia vult Simon Magus sibi a b apostolis dari potestatem, vt cuicunq; manus imponeret, acciperet spiritũ sanctum. actuum.8 d.

¶Pediculi

Pediculi in hominibus & iumentis, exod.8 d.

¶Pedes

Pedes primum lauabantur antiquitus ijs qui hospitio suscipiebantur, postea apponebatur panis qui significat omne genus cibi. gen. 18 a. 19 a. Pedes lauãt ex itinere suscepti hospitio, iudic.19 c. Pedes suos lauant filij Iacob ex itinere. gen.43 f. Vt pedes seruorum Dauid lauet, ancillam se esse dicit Abigail.1 re.25 g. Pedes Iudæorum nõ attriti in desertis, deut.8 a. Pedes sanctorum suorum seruat deus, ne labantur in tentationibus, & in afflictiõibus recedant a fiducia in ipsum, vt de se Anna cantat, 1 reg.2 b. Pedes nostros veloces facit ad complenda mandata sua deus. 2 regũ 22 c. Pedibus calcare iubet Iosue colla quinq; regum Amorræorum a principibus Israel, Ios. 10. d. Ad pedes Booz dormit ipsa Ruth. ruth.3 a b c. Pedibus nudis & flens, aufugit Dauid a facie Absalom, 2 regum.15 c f. Pedes dolet Asa rex senex. tertio regum 15 e. Pedes Elisei apprehendit hospita ipsius tristis ob filium mortuum, quarto regum quarto d. Pedes Christi

vnxit mulier in ciuitate peccatrix, peccata sibi remitti petens. Lucæ. septim.f. Pedes discipulorum lauat Christus, docens nos (vt ipse interpretatur) ne grauaremur mutuis officijs inuicem inseruire, qui inter nos fratres simus & conserui. iohan.13 b. Ad pedes Christi sedens Maria soror Marthæ, audit verbum ipsius. lucæ.10 g. Pedes habeamus calceatos in præparatiõem euangelij, simusq; prompti ad annuntiandum euangelium dei, vt gloriam eius semper propagemus. ephe.6 c. Pedibus dei appropinquantes docentur ab eo. deut.33 a.

¶Pelicanus

Pelicanum non comedebant Iudæi. deu.14 b.

¶Pelles

In pellibus siue tentorijs habitat arca dei. 2. re.7 a

¶Pentecostes

Pentecostes festum in Iunio a Iudæis celebratum: exod.23 c. leui.23 c. deute.16 d. Diem Pentecostes Paulus cupit facere Ierosolymis. actu.20 d.

¶Penuria

Penuriam rerum omnium minatur Moses Iudæis non seruantibus præcepta dei. deut.28 e.

¶Percutere

¶Percussus

Percutit deus, & affligit, simul ille est qui sanat & liberat de afflictionibus. deut.32 e.f. Percutiuntur egestate, febri, & cæte. qui non custodiunt præcepta dei. deu.28 b.c. Percussisse dicitur de us Beniamitas coram fratribus suis Israelitis cæteris. quos tamen ipsi Israelitæ percutiebant & occidebãt. iudic.20 e. Percussos se esse a deo corã Philisthæis agnoscunt Israelitæ. pri. regu.4 a. Percutiens hominem moriatur, leuiti.24 d.

Percuti-

Percutiens patrem, occidatur. exod. 21 c. De percutiente mulierem prægnantem, exod. 21 d. De percutiente seruum vel ancillam, exod. 21 d. Percutitur Michæas dei propheta a Sedecia pseudopropheta quod argueret eum mendacij. 3 re. 22 d

¶Perditus

Perditum bouem, vel ouem, aut aliam rem proximi si inuenerimus, seruemus apud nos donec veniat qui eam perdidit. deut. 22 a.

¶Peregrinari
¶Peregrinus
¶Peregrinatio

Peregrinamur a domino & ab eo semoti sumus quandiu sumus in hoc corpore, etsi fide a nobis cõspiciatur. 2 Corinth. 5 b. Peregrinari ab hoc corpore & ab eodem diuelli fidelib⁹ optabile, vt deo propius iungantur, 2 Corinth. 5 d. Peregrinatio fuit tota vita Iacob. gen. 47 b. Peregrinos amat deus. deut. 10 d. Peregrini suscipiendi. exod. 23 a. deuteron. 14 Peregrini decimis alebantur. deutero. 14 d. In peregrinum mira Laban solicitudo, gen. 24 d.

¶Perfectus
¶Perfectio

Perfecta dei opera. deut. 32 a, Perfecti & integri simus cum deo, fide integra ei soli adhærentes non idolis, deut. 18 b. 2 re. 22 c. Vt perfectus sit, & integer in fide & fiducia erga se, & operibus fidei, adhortatur deus Abram, gen. 17 a. Perfectio dei imitanda. matth. 5 g. Perfectus omnis est, si sit sicut magister eius Christus, tribulationes nempe perferendo, Lucæ. sexto f.

Perfectorum est omnia vendere, pauperibus dare, &

re,& Christum sequi, seipsum & omnia sua abnegare,paratumq; esse ad quælibet dura,vt nihil sit nobis spei & fiduciæ in omnibus quæ possidemus.matth.19 c. Ad perfectionem hortatur Paulus Corinthios.1 Corinth.1 b.14 d.2 Corint.13 d.ephes.6 c.1 petr.1 c. Vt perfectam plebem & populum Christo pararet, missus Iohannes baptista.luc.1 b. Ad perfectionem non adducebat lex,Heb.7 c.9 c.10 a. Perfectus est,qui verbo non labitur,Iacob.3 a. Perfecti sumus in Christo Iesu.Coloss.1 d. Perfectus & integer Noe,inter homines suæ ætatis.genes.6 b. Perfectum cor Asa coram domino.3 regum.15 c. A perfectis perfectus deus habetur quicquid agat 2 reg.22 c.

¶Periculum

In periculo ipso adest deus filijs Israel, exod.14 c d

¶Peripsema

Vt peripsema omnium se dicit Paulus.1 Cor.4 c.

¶Periurare

Non periurandum in nomine dei,leuit.19 c.

¶Persæ

De persarum regibus vaticinium.dan.11 a.

¶Persecutio

¶Persecutor

Persecutiones a deo esse,agnoscit fidelis,psalm.38 vers.12. De persecutionibus inter prædicandū dei verbum, admonet Christus, ad quas fortiter perferendas varijs rationibus hortatur, maxime exemplo suo,quem Beelzebub vocauerunt,mat.10 b c. Persecutionem patientur omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu.2 timoth.3 c. Persecutiones,cruces et ignominias etiam a fratribus a fide recedentibus passuros apostolos, præmonet

monet Chriſtus.matth.24 a. ¶Perſecutiones ſi viua fides nō adſit, faciunt recedere a verbo Chriſti.marc.4 b, Perſecutione oborta in vna ciuitate ob dei verbum,fugiendum in aliam, & illic prædicandum,matth.10 c. Perſecutores ne timeant verbi miniſtri,& quare.matt.10 d. Ex perſecutionibus ereptus Paulus a deo.2 tim.3 c. Perſecutiones fert Paulus cum patientia.1. corin: 4 c. Qui perſecutionem patiuntur,quod Chriſtum hominum iuſtitiam annuntient,beati,matt. 5 a. Quid in perſecutionib. reſponſuri ſint verbi miniſtri perſecutoribus,ne diffidentes cogitent, matth.10 d. Perſecutio magna Ieroſolymis oborta in eccleſia,ita vt omnes diſpergerentur p regiones,actuum 8 a.1 petri 1 a. Pro perſequētibus orandum,illiſque benedicendum.matth.5 g. roman.12 c.

¶Perſeuerantia

Ad perſeuerātiam fidei hortatur Chriſtus. Ioh.5 a Perſeuerans in Chriſti fide, quantumlibet omnia perſecutionum genera ſæuiant,ſaluus erit.matth. 10 c.24 b. Perſeuerantiam dat Chriſtus fidelibus vſq; in aduentum ſuum.1 Corin.1 a.

¶Perſona

Perſona in iudicio non ſpectanda.leuit.19 c.deut.1 c.16 d.pro.24 c.eccī 42 a. Perſonā deus nō accipit,deu.10 d.ecci 35 c. Sine p̄ſonarū acceptiōe ſuſcipit dñs oēs,q verbo eius obediūt,Iſa.56 b. Perſonam non reſpicit deus, ſi gentilis ſit, ſi Iudæus, ſi ſeruus & cæt.Actuum 10 e.Galat.ſecundo b. Epheſ.ſexto b.Coloſſ.3 d.prima petri primo c. Qui perſonam acceptat pio pauperi diuitem impium præferendo, legē regiam de dilectione proximi infringit,Iacob.2 a b

¶Pestilentia
¶Pestis

Pestilentiam immittit deus, propter inobedientiā verbo suo. leuit. 26 d. deuteron. 28 b. 3 re. 8 d. Pestem eligit Dauid, vt cum alijs occideretur a deo, quod ipse numerasset populum. 2 re. 24 c. Pestis cessat oblatione Dauid. 2 re. 24 d.

¶Petere

Quicquid petierimus a deo secundum volūtatem filij, audit nos, & habemus quod postulamus. 1 Iohan. 5 c. Quicquid petierimus a deo, accipiemus ab eo, si cor nostrum non reprehendit nos. 1 Ioh. 3 d. Petentibus nihil denegabitur, si modo crediderint se accepturos quod petunt, matth. 21 b mar. 11 c. Quicquid petierint duo vel tres fideles congregati in nomine Christi, accipient, matt. 18 c. Petentes in nomine suo patrem, obtenturos confirmat Christus, etiam se non rogante pro eis: tantum diligimur a patre. Iohan. 14 b. 15 c. 16 c f. Petamus a deo quæ cupimus, & gratias agamus de acceptis. philip. 4 b. Quæ petūt impij, quare non accipiant. Iacob. 4 a. Petenti Israeli sibi dari aliquem qui verbum dei annuntiaret sibi, datur Christus propheta. deuterono. 18. c. Petit Samson sitiens aquas a deo, & dat ei e molari dente maxillæ asini qua percusserat mille Philisthæos. iudicum decimo quinto d. Petenti Annæ dedit deus filium. prima reg. 1 d. Vt petat quicquid velit ad se, hortatur deus Salomonem in somnis. 3 regum. 3 a. Petit Eliseus spiritum Eliæ duplicem sibi dari, 4 reg. 2 b. Non petit a nobis deus aliud quam vt timeamus, ipsum, & ambulemus in vijs eius, diligentes ipsum, deuteron. 10 c.

¶Petra

¶Petra
¶Petrus

In petra stare iubet deus Moſen, vt videat faciē ipſius, exodi 33 d. E petra dat deus aquā Iſraelitis murmurantibus. exodi 17 b. nume. 20 b. Vt de petra mel ſugeret, conſtituit deus Iſraelitas ſuper excelſam terram, deu. 32 b. Petra ſcāda li Chriſtus ijs qui offenderunt ipſi verbo, non credendo illi. 1. pet. 2 b. Petra Chriſtus eſt, in quē poſtea venturum fide reſpicientes Iudæi, ex ea potum ſpiritualem hauſiſſe dicuntur. 1. cor. 10 a. Petra, aut in Chriſtum petram fides, fundamentum eccleſiæ, qua qui nituntur, in eccleſiā dei recipiuntur, matth. 16 c. Petræ ſciſſæ in morte Chriſti. matt. 27 f. Petrus & Iohannes homines ſine literis & idiotæ. act. 4 c. Petrꝰ ad Chriſtum ducitur a fratre ſuo Andrea. ioh. 1 f. tuncque vocatus eſt Cephas ſiue Petrus, qui prius Simon. Petrus & Andreas vocantur a Chriſto ad prædicationis munus, & ſequuntur, matth. 4 c. mar. 1 c. luc. 5 a. Petri fides, aliorumque apoſtolorum duodecim, iohan. 5 g. Petrus aliorum nomine reſpondet Ieſum eſſe Chriſtum promiſſum filium dei. mat. 16 c. marc. 8 c. luc. 9 c. Petrus fide ambulat ſuper aq̄s, & infidelitate mergitur, & ob eā corripit̄ a Chriſto. mat. 14 d. marc. 6 f. Petrus non intelligens myſterium paſſionis, conat̄ Chriſtum a morte reuocare, matthæi decimoſexto d. Petro quod ipſum negaturus eſſet, prædicit Chriſtus: neganti tamen futurum, etiam ſi moriēdum illi eſſet. mat. 26 c. marc. 14 c. luc. vigeſimo ſecundo c. Iohannis decimo tertio d. Ne Petri fides deficiat, orat Chriſtus, & quare. lucæ 22 c. Petrum nominatim obiurgat Chriſtus, quod non potuerit

potuerit vna hora vigilare secum, matthæi 26 d. Petrum non posse sequi ipsum euntem ad mortē, sequuturum autem postea, prædicit Christus. ioh. 13 d. Petrus auriculā Malcho abscindit. mat. 26 e. ioh. 18 b. Petrus Christum a lōge sequitur, cupiens videre quid de ipso fieret. matt. 26 f. Petrus ad vocem ancillarum bis cum iuramento & ad aliorum etiam cum iuramento, & detestatione Christum abnegat. mat. 26 g, quem cum postea Christus respexisset, flet amare, lucæ 22 g. Petrus cum Iohanne currunt ad monumentum, lucæ 24 b. ioh. 20 a b. Petrum præmonet Christus, quo genere supplicij glorificatur9 esset ipsum aliquando, iohā. 21 e. Petrus rogat Christum quid de Iohanne futurum esset, eiusque curiositas retunditur. Iohan. 21 g. Petrum ter interrogat Christus an ip̄m diligeret, vt doceret suos summa charitate erga ip̄m Christum opus esse ei qui gregis dominici curam susciperet, iohan. 21 e. Petri sermo pro electiōe alterius in locum Iudæ proditoris, actu. 1 c. Petrus post missum spiritum sanctum, primus Christum prædicat, per quem remitterentur peccata, actuum 2 c. Petri secunda prædicatio, actuum 4 a. Petrus & Iohannes audacter affirmant sacerdotes Christum crucifixisse, cuius virtute sanatus esset claudus ille de quo eos interrogabant, actuum 4 b. Petrus & Iohannes deum potius audiendum, quam sacerdotes prohibentes Christum prædicari saluatorem, affirmant, actuum 4 d. Petrus carcerem exit, solutis catenis ministerio angeli, act. 12 a. idque quomodo factum sit, narrat fratribus. Petro cura a deo delegata vt Iudæis euangelizaret, galatas 2 b. Apud Petrum moratur Paulus

lus,galat.1 d. Petrum reprehendit Paulus, & quare,gala.2 c. Petro ostenditur in visione gẽtes non esse impuras,cũ quibus possent Iudæi cõuersari,quod eas fide purificasset deus.actuum 10 & 15 b. Petrus euangelium gentibus nuntiat, actuum 10 g.15 b. Petrus quomodo ad gẽtes diuerterit,reddit rationem cæteris apostolis,actum 11 a. Petrus incarceratur ab Herode,actum 12 a. Ad Petri vmbram sanantur infirmi actuum 5 c. Petrus Aeneam virtute Christi sanat.actuum 9 f. Petrus Tabitham quandã suscitat.actuum 9 g. Petrus habitat apud coriarium quendam in Ioppe.actuum 9 g. Petri socrum a febre sanat Christus.matth.8 b. Petrus fuit testis passionum Christi,& cõsors gloriæ quæ reuelabitur.1.pet.5 a. Petrus presbyter rogat compresbyteros.1.petr.5 a.

¶Phaceia

Phaceia regnat pro Manahem rege Israel, isque interficitur a Phacee.4.reg.15 e. Phaceia occisso,Phacee regnat in Israel, isque ab Osee occidi-4.reg.15 f.

¶Phaleg

Phaleg filius Heber.gene.10 d.1.paralip.1 b. Phaleg generatio.gen.11 e.

¶Phanuelitæ

Phanuelitæ immisericordes, negantes panem militibus fessis persequentibus Zebee & Salmana, occiduntur a Gedeone.iudic.8 b d.

¶Pharao

Pharao percutitur a deo,quod vxorem Abræ rapuisset,gene.12 d. Pharaonis pincerna & pistor somnia vident,gene.40 a. Pharaonis somnium de septenis bobus & totidem spicis, gen.

41 a. Pharao narrat Ioseph sua somnia, gene. 41 c. haraonis somnium exponit Ioseph, gene. 41 d. Pharao præcipit Iacob adduci in Aegyptum, gene. 45 e. Pharaonis noui tyrannis, exodi 1 b. Pharao denegat dimittere populū Israel, quem magis ac magis opprimit. exo. 5 a. Pharao ideo resistit Mosi vt ostenderetur dei fortitudo, qui tam potenti regi, vt videri volebat, resisteret. exodi 9 c. Pharao ejcit filios Israel, exodi 12 e. Pharao insequitur Israelitas. exo. 14 f. Pharao persequens Israelem cum exercitu submergitur. exo. 14 b f. Pharaōis filiæ, & vxoris Salomonis domus, 3. reg. 7 b. Pharao subrogat Eliacim qui & Ioacim, in locum fratris sui Ioahaz. 4. reg. 23 f. 2. paral. 36 a. Pharaonis & Assyriorum similis interitus, ezec. 31 d Pharaonicæ felicitatis cum felicitate Assyriorum comparatio. ezec. 31 a.

¶Phares

Phares Iudæ nascit e Thamar. gen. 38 g. Phares filij. gene. 46 b. Sicut Phares domus vt sit domus Ruth, imprecatur populus. ruth 4 c. Phares generationes recensentur. ruth 4 d.

¶Pharisæus

Pharisæus erat Paulus, filius Pharisæi, act. 23 b. Pharisæi quid credant, act. 23 b. Pharisæi cæci ioh. 9 g. Pharisæi exemplo suo volebant nullos Christo credere, ioh. 7 g. Pharisæi nisi baptizentur, lauenturque venientes a foro, non comedunt panē. mar. 7 a. Pharisæi & scribæ absque potestate populum docentes, mat. 7 d. luc. 6 g. Pharisæos metu diuini iudicij ad resipiscentiā per mouet Iohannes. mat. 3 c. luc. 3 b. A pharisæis reprehenduntur apostoli, quod non ieiunēt, q̄dque in sab

in sabbato spicas vellant.mat.9 b.12 a. Pharisæos auaros monet Christus, ne se iustos propterea iudicarent, quod tales æstimarentur ab hominibus, luc.16 d. A pharisæis reprehendit Christus, quod cum publicanis & peccatoribus mãducaret. matth.9 b. Pharisæorum consilium vt Christus comprehendatur. matt.12 b. mar.2 a. luc.6 b. iohã.11 f g. 12 c. Pharisæorum causa, ne ab eis excommunicarẽtur, non audẽt principes multi Iudæorum Christum palam confiteri cui credebant. ioh.12 f. Secundum pharisæorum opera ne faciant turbæ, præmonet Christus, mat.23 a. Pharisæi principes ministros mittunt, qui Chm comprehendant. iohannis 7 e. Pharisæus quidam vocat Christum ad conuiuium, luc.7 f. Pharisæi cæcũ natum interrogãt quis eũ sanasset Iohannis 9 c.

¶Phase

Phase ritu perpetuo celebrandum, exod.12 c. Phase qui debebant comedere, & quomodo. exodi 12 g. Phase domini præcipit. deut.16 a. leui. 23 a. Phase mundorum & immundorum. numeri 9 a. Phase præcipitur fieri. num.9 a. Phase non prohibentur facere, qui immũdi erant super mortuum. num.9 a b. Phase celebratur in Galgala. ios.5 c. Phase celebrat iussu Ezechiæ, secundo paralipomenon trigesimo a. Phase celebrato iussu Ezechiæ, populus simulachra, lucos & excelsa demolitur, secundo paralipomenon trigesimo primo a. Phase celebrat a Iosia rege Iuda. 4. reg. 23 c.

¶Pheltiæ

Pheltiæ principis populi mors, ezec.11 c.

¶Phenenna

Phenna vxor Elcanæ altera, fœcunda.1.re.1 a.
Phenenna exprobrat Annæ q̃d esset sterilis a deo facta.1.regum 1 a.

¶Pherezæi

Pherezæos iubet deus penitus excindi, deute.20 d.
Pherezęos tradit deus in manus Iudæ, quos ipse expugnat.iudic.1 a. Pherezæos relictos Salomon facit sibi tributarios.3.reg.9 c.

¶Phialæ

Phialarum templi Salomonis fabricatio.2.paralipomenon 4 c.

¶Philetus

Philetus & Hymenæus a veritate exciderunt, resurrectionem factam dicentes.2.timo.2 c.

¶Philippus

Philippi vocatio.iohan.1 f. Philippus Nathanaeli Christum venisse indicat, quem promiserat Moses & prophetæ.iohan.1 g. Philippus petit videre deum patrem.iohan.14 a. Philippus adhortatus ab angelo, euangelizat eunucho cuidam Candacis reginæ.actuum 8 c. Philippus a spiritu raptus euangelizat ciuitatibus cunctis.actuum 8 g. Philippus Samaritanis prædicat Christum.actuum 8 a. Philippi euangelistæ domum ingreditur Paulo, quatuor filias virgines prophetantes habentis, actuum 21 b.

¶Philisthijm

¶Philisthæi

Philisthijm e quibus egressi.gene.10 b.1.para.1 a.
Philisthæos sexcentos occidit Samgar.iudic.3 d.
In Philisthinorum manus tradit deo Israelem, q̃d relicto ipso confisi fuissent in creaturis & idolis, iudicum 10 b. Philisthæis tradit deus Israelitas ad idololatriam conuersos.iudicum 13 a. Phi

listhæos

listhæos vólens deus affligere, voluit Samsonem ducere Philisthæam vxorem, quæ occasio eet destructionis illorum. iudicum 14 a. Philisthinorum segetes exurit Samson incensis vulpiũ caudis, & quare, iudicum 15 a. Philisthĩm excæcant Samsonem. iudicũ. 16 c. Philisthĩm illudunt Samsoni. iudicũ. 16 f. Philisthĩm pugna contra Israel. 1. reg. 4 a. Philisthæi asportãt arcam in Azotum, collocantes eam iuxta Dagũ deum suum. 1. reg. 5 a. In Philisthinorum regi onem ebulliunt mures. 1. reg. 5 b. Philisthæi p cutiuntur a deo marisis, ob arcam testamẽti, quã iuxta Dagon deum ipsorum constituerant. 1. reg. 5 c. Philisthæi remittunt arcam cum muneribus. 1. reg. 6 a. Philisthæi tonante deo de cœlo cõteruntur ad preces Samuelis. 1. regum 7 c. Philistæi rursum congregant ad prælium contra Israel. 1. reg. 13 a. Philisthæi descendunt contra Saulem in prẽliũ, q̃rum astutia factum fuerat vt Israelitæ carerent gladĩs & armis. 1. reg. 13 d. Philisthæos profligat Ionathas, solo armigero comite, fiducia in deum. 1. regũ. 14 a b c. Philisthæi congregantur contra Philisthæos. 2. reg. 17 a. Philisthæi, occiso Goliath, cuius viribus fidebant diffugiunt & occiduntur a deo. 1. reg. 17 g. Philisthæi traduntur a deo in manus Dauidis. 1. regũ. 25 a. Philisthæi congregantur contra Saulẽ, 1. reg. 28 a. Philisthĩm occidunt Israelitas. 1. reg. 31 a. Philisthĩm spoliato Saule, deferunt caput eius in terram suã, primo regum trigesimo primo c. 1. paralipomenon 10 e. Philisthĩm audientes Dauidem vnctum esse in regem super Israelem, mouent prælium contra ipsum, a q̃ per cutiuntur, secundo regum quinto c d. Philisthæo

sthæos vinctos facit sibi tributarios Dauid.2.reg. 8 a. Philisthæorum gigãtes quatuor filij Aram pha occiduntur a Dauide,2.reg.21 c d. Philisthæi percussi ab Eleazaro,item a Semna,2.re.23 b. Philisthæos percutit Dauid,1.regum 19 b. Philisthinos concitat dominus cõtra Ioram,2.paralip.21 d.

¶Philosophia

Ne per philosophiam & inanem fallaciam seducamur, & a veritate euangelij ducamur ad præcepta hominum euangelio contraria,cauendum,coloss.2 b,

¶Phinees

Phinees & Ophni. vide Ophni. Phinees filius Eleazari,exodi 6 d. Phinees filius Eleazari præpositus arcæ fœderis dei,iudicum 20 d. Phinees occidit Zambri & Cozbi simul fornicãtes coram populo,& placatur deus,num.25 b. Phinees laus,ecci 45 d. Phinees filius Heli sacerdotis alter.1.reg.1 a.

¶Phison

Phison fluuius,gene.2 b.

¶Phithom

Phithõ vrbs ædificatur a filijs Israel in Aegypto exodi 1 b.

¶Phygellus

Phygellus & Hermogenes defecerunt a Paulo, 2.tim.1 c.

¶Pie

¶Pietas

¶Pius

Pius solus deus,apoc.15 b. Pios dominus de tentatione & afflictiõe eripit,vt Noe iustitiæ præconem & Lot iustum,1.pet.2 b, Pijs bona promittun-

mittũtur,pro.10 a. Pñ ſola dei miſericordia fi dunt,pſalm.51 b. Pie volentes viuere in Chriſto Ieſu,perſecutionem patientur,2.timot.3 c. Pietas reges felices facit,pro.25 a. Pietas vel impietas non deo,ſed homini prodeſt, vel nocet, iob 35 a. Pietas ſperat vitam æternam,tit.1 a. Ad pietatem & fidẽ in deũ exerceamus noſipſos 1.timo.4 c. In pietatibus & conuerſationibus ſanctis ſimus.2.pet.3 c.

¶Piger

Piger excitatur ad laborem,proue.6 a. Piget laborem fugiens in egeſtate erit,prouerbi.20 a.21 a. Pigri lapidatio.eccl 22 a. Pigritiæ incõmoda.prou.24 d. Pigrorum iter quale,pro.15 c. In pigrum. pro.21 d.22 b.26 c.

¶Pignus

Pignus dat Iudas nurui ſuæ Thamar,cum q̃ dormit:ad quam mittit vt recipiat.gene.38 c. Pignora quando reddenda,exodi 22 d.deut.28 b: Pignoris loco non accipiendum quo cõmode carere non poteſt proximus,deut.24 b. Pignora non vi auferenda ab ijs quibus mutuauerimus aliquid,deut.24 c. Pignora pauperibus poſt ſolis occaſum reddenda,quibus carere nõ poſſunt,deuter.24 c. Pignoris loco non accipiendum veſtimentum viduæ,deut.24 d. Pignus & arrabo promiſſæ nobis felicitatis,ſpirituſſanctus,quo vncti & ſignati ſumus:qui ſpem futuræ hæreditatis confirmet in nobis.1.corin.1 d.5 a.

¶Pilatus

Pilatus ſolitus erat in die paſchæ liberare vinctũ vnũ Iudæis,ioh.18 g. Pilatus vult a Iudæis Chriſtum condemnari ſecundum legem.Ioh.18 e. Pilati etiam iudicio Chriſtus innocens,ioh.19 a.

Pilatus Christum esse Iudæorum regem confitetur, Iudæis negantibus. Ioh. 19 c. Pilatus vult Christū cæsum dimittere, & non iudicare ad mortem. iohan. 19 c. Pilati vxor conatur Christum a morte liberare, matt. 27 b. Pilatus minus peccauit quam Iudæi, Ioh. 19 b.

¶Pilosus

Pilosus vir Elias. 4. reg. 1 b.

¶Pinguis

Pinguis effectus Israel, bonis & fructibus terræ promissionis, dereliquit deum. deute. 32 c.

¶Piscina

De piscina quæ erat Ierosolymis. ioh. 5 a.

¶Pisces

Pisces verbo dei creantur, daturque eis vis gignēdi. gene. 1 c. Pisces mundi & immundi. leui. 11 b. deute. 14 b.

¶Placare

Placatur deus oratione Mosi. exod. 32 d.

¶Placere

Placet deo & hominibus Samuel. 1. reg. 2 c. Quod placeret deo, beatum prædicat regina Saba Salomonem. 3. re. 10 b. Vt placeamus deo per Christum, orat ipsum Paulus vt faciat in nobis quod placet ei. hebr. 13 d. Non vt placeret hominibus, prædicauit Paulus euangeliū, sed deo a quo commissum ei erat. 1. thessalo. 2 a. Non placendum sibi ob cognitionem libertatis Christianæ, sed ea vtendum ad ædificationem fratris, roman. 15 a. Si hominibus placendo, prædicasset opera legis necessaria ad salutem, Christi seruus nō fuisset Paulus, qui per aliud, quam p ipm solum vitam annuntiasset, gala. 1 b.

¶Plaga

Plagarum

Plagarum modus erat pro mẽsura pcti, deu. 25 a. Plagis quadraginta verberabantur, qui iudicij sententia cædebantur. deu. 25 a. Qui sint q plagis multis, qui item paucis vapulabunt a deo, lucæ 12 f. Plagis variis affligit ægyptios deus, vt cognoscerent ipsum esse solum deum, cui nõ esset similis in terra Aegypti. exodi 7. 8. 9. 10 12. Plagæ corporis Christi. psalm. 21. ver. 18. Plagam cordis cognoscere, agnoscere se peccasse. 3. regum 8 d.

¶Plangere
¶Planctus

Plangitur Iacob ab Aegyptijs 70. diebus, gene. 50 a b. Plangit Saram mortuam maritus Abraham, gen. 23 a. Plangit virginitatem suam filia Iephte a patre immolanda deo. iudicum 11 g. Plangit Dauid cum populo occisum Abner. 2. re. 3 f. Plangitur Moses ab Israelitis. deut. 34 c. Plangitur propheta mortuus ab altero propheta 3. reg. 13 f. Planctus, vide Lamentatio. Planctus Israel ob incensos Nadab & Abiu, leui. 10 b. Planctus super mortuum quomodo fiebat a Iudæis. 2. reg. 3 f.

¶Plantare

Plantauerat deus hortum in Eden, ge. 2 b. Plãtauit populum Israelem deus in terra promissiõis exo. 15 d. Plantauit deus populum suũ, & dedit ei terram Israel, 2. reg. 7 b. Qui plantat vineam, æquum est vt de fructu vineæ comedat. 1. cor. 9 a. Plantauit Paulus in officio euangelico, iactis Christianæ doctrinæ fundamentis. 1. cor. 3 b. Plantatio quam non plantauit deus, eradicabitur, matt. 15. b. vt pharisæi, quibus deus fidẽ non dederat vt crederent.

¶Plaustrum

In plaustro nouo reducitur arca dei a Philisthæis, 1.reg.9 b c.

¶Plebs

Plebem suam q̃ præsciuit deus, eam non repulit, roma.11 a.

¶Plenitudo

Plenitudo Christi, est in ecclesia in quam trãsfundit virtutem & beneficẽtiam suam abundantissime.ephe.1 d.

¶Plorare

Plorat populus agnoscens peccãtum, deute.1 g. Plorans Phaltiel, & quare.2.reg.3 c. Plorandum in hac vita, vt sine fine gaudeamus, iacobi quarto d.

¶Plumarius

Plumarius Beseleel & Ooliab.exodi 35 d.

¶Pluere

¶Pluuia

Antequam plueret deus, nubes siue fons e terra irrigabat ipsam terram, gene.2 a. Pluit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, gen.7 b c. Pluit coturnices & man deus.exodi decimosexto c.numeri vndecimo f g. Pluit lapides, iosue decimo c. Pluuia de cœlo dabatur terræ promissionis, deuteronomij vndecimo b. Pluuias tẽporibus suis daturus deus seruantibus p̃cepta sua leuitici vigesimosexto a.deute.11 b.28 b. Pluuia & imber in pluuerem vertitur non custodientibus præcepta, deut. vigesimo octauo c.11 b. Pluuiam propter peccata populi aliquando deus non mittit, 3.re.8 d. Pluuiã tribus annis nõ dedit deus tẽporibus Achab.3.re.17 a, Pluuia immissa declarat deus famẽ remissam, 2.reg.21 c.

Sine

Sine pluuia & ventis tradituru[m] se aquas ipsi Ioram impio dicit deus, vt vel sic agnoscerent eum, 4.re.3 c. Vt pluuiam stillare doctrinam suam optat Moses. deuter.32 a. Pluuiam orat a deo Elias, pronus in terram, & posita inter genua sua facie.ter.reg.18 g. Pluuiam prænuntiat Eliseus ipsi Iosaphat & Ioram regi Israel.quar.reg.3 b

¶Polluere

Polluit nomen patris sui filia sacerdotis fornicans leu.21 b. Polluebant nomen dei qui i dolo Moloch consecrabant filios suos. leuit.18 c.20 a. Polluitur nomen dei cum periuramus.leuit.19 c. Pollutio nocturna quo expiabatur.deut.23 b.

¶Polymitarius

Polymitarius Beseleel & Qoliabiexo.35 d.

¶Pœna

Pœna homicidij.exo.21 b.nume.35 b. Pœna furis.exod.22.a. Pœna damni facti. exo.22 a. Pœna talionis.gene.9 a.exo.21 c.leui.24 c.deu.19 d Pœna idololatræ.exo.vicesi.secun.c. Pœna p superbiam peccantis. nume.15 d. Pœna delinquentium.deu.vicesi.qnt.a. Pœnarum genera tria proponit deus Dauidi, famem, bellum, & pestem, vt quod ex illis vellet eligeret.2.regum.24 b.

¶Pœnitentia

¶Pœnitere

Pœnitere deum more humano dicit scriptura, quã do immutat qd fecerat, vt de Saule legit. 1.re.15 c. Pœnitudine non flectitur deus, immotũ est qd statuit.1.re.15 f. Pœnitet deũ feciſſe hoiem, vultq; delere, & quare.genes.6 b. Pœnitet deum mali quod miserat contra Israelem.secun.reg.vicesi. quar.c. Pœnitet Israelitas peccati, & idola proiiciunt petentes se liberari.iudicum. decimo.d.

Pœnitet Israelitas, Beniamin tribum esse deletam Iudic.21 a.c. Pœnitet Saulem peccati, & non parcitur ei, quia non fidit deo.1.reg.15 f. Pœnitet Dauidem peccati.2.reg.12 d. Pœnitet Dauidem numerati populi.2.reg.24 b. Pœnitendi spatium quærit Iob.iob.10 d. Pœnitẽti peccatori vita promittitur.ezech.33 c. Pœnitenti deus misericors promittitur.deut.30 a.iob.11 c.22 c Pœnitentia siue conuersio vera ad deum.iere.4 a. Pœnitentiam agere in corde suo, & cõuerti ad cor suum, & agnoscere corde pctm̃, idem est.3.reg.8 c. Pœnitentia Iob.iob.42 a. Pœnitentia Dauidis vera.2.reg.24 c.12 c. Pœnitentia Pharaonis simulata.exod.9 f. Pœnitentia Saulis simulata 1.regũ.15 c. Pœnitentia Antiochi simulata.2. Mac.9 b. Ad pœnitentiam expectat nos dñs, sapien.12 c.isai.48 b. Ad pœnitentiã & conuersionem dedit deus 120. annos hoibus ante diluuiũ. gene.6 a. Ad pœnitentiam & conuersionẽ hortatur Dominus Israelitas per prophetas.4.re.17 b Isai.55 b. Ad pœnitentiã inuitat populũ Ieremias.Iere.26 a. Ad pœnitẽtiã populũ prouocat Samuel.1.re.12 d. Ad pœnitentiã iubetur propheta reuocare filios Israel.eze.41 c. Pœnitentibus siue reducentibus se ad cor suum, id est conuersis toto corde & tota anima ad se promittit deus misericordiam. Deurerono.30 a. Pœnitentes & conuersi ad deum, confidentes nomini eius, accipiunt remissionem a deo.3.re.8 d. Pœnitẽtia sua temporali mouit Achab dñm vt ad tẽpus quẽdam remitteret ei, quem sciebat ab impietate non recessurum.3.re.21 g. Pœnitentiã, Petrus vocat conuersionem a nequitia.act.3 d. Pœnitentiam dat deus, suumq; donum est vt cognoscamus

camus veritatẽ.2.tiõ.2 d.act.5 e. Pœnitentiam fieri per Christum,&remissionẽ peccatorũ,prædicare oportet.Lucæ.24 d. Pœnitentiã dedit deus gentibus,vt vitam æternã haberent per Christum.act.11 c. Pœnitentiã &vitę innouationẽ annuntiat Iohannes,ad Christi susceptionẽ,& remissionem pc̃orum populũ præparans.matt.3 a. Ad pœnitentiam Iohannes permouet Pharisæos, metu diuini iudicij.matth.3 c. Pœnitent &reuertuntur multi percutientes pectora sua,cum viderent Christo in cruce pendente ea quæ fiebant. lucæ.23 g. Pœnitentiam, & regnum cœlorum appropinquasse, Iohannes, Christus, & apostoli prædicauerunt. matt.3 a. 4 c. 10 a. marc.6 b. Pœnitentiam,opera pœnitentię,& in Christum fidem prædicat Paulus,cũ humilitate &lachrymis act.19 d.Idem facit &Petrus.act 2 f.3 c. Pœnitenti fratri remittendum. matt.18 c.lucæ 17 a. Pœnitet Iudam Christum prodidisse. matt.27 a. Pœnitẽtia Esau nihil profuit ,tametsi cum lachrymis.heb.12 c. Pœnitentiam salutarem operatur tristitia,qua quis ob deum offensum dolet.2 corin.7 c. Ad pœnitentiã non reuertentur,nullaq; hostia expiabunt pc̃m̃ suum,qui voluntarie peccant &deficiunt a Christo,reijcientes eius hostiam,& aliam quærentes. heb.6 b.10 c.

¶Pondus

Ponderis æquitas.leu.19 g.deu.25 d.ezec.45 d.
Ponderis iniquitatem damnat prophęta, ose.12 b.

¶Pontifex

Pontifex non ingrediatur ad mortuum.leu.21 b.c
Pontifex a deo constituebatur , vt esset mediator inter ipsum & homines doctrina & oratione,& vt offerret munera & hostias pro expiatiõe suorũ

& populi peccatorum. Hebræ. 5 a, 8 a. Pontifex noster Christus, in æternũ sanctorũ minister, inter deũ & hoïes mediator in cœlis, in dextera patris a deo patre constitutus, qui cum super terram esset, obtulit preces & orationes patri suo cum lachrymis pro nobis, & exauditus fuit, qui potest cõpati infirmitatibus nostris, tentatus per oïa absq; peccato. heb. 2 d. 3 a. 4 d. 5 b. c. 6 d. 8 a.

¶ Pontius Pilatus

Pontio Pilato traditur vinctus Christus. matt. 27 a

¶ Populus

In populos diuersos, & varias regiones diuisit & separauit deus hoïes. deu. 32 a. Populos diligit deus. deu. trice. ter. a. Populorũ terminos & regiones constituit deus iuxta numerum filiorum Israel. deu. trice. secun. a. Populi duo in vtero Rebeccæ. gene. vice. qn. c. In populũ assumit deus filios Israel sibi, vt ipse sit deus ipsorũ. exod. 6 a. b. 19 a. deu. q̃r. a. c. 7 b. vice. sep. b. 29. b. secũ. regum. 6 d. 7 b. Populus dei, populus Israel. ter. regum. 8 f. Populũ suũ Israel plantauit deus, & cõstituit in terra promissiõis, secũ. re. 7 b. Populum dei se fore, deoq; se fide adhæsurũ promittit Israel q̃r. reg. 11 d. Populus ad radices mõtis stat, audiens loquẽtẽ dñm, non ausus trãsgredi terminos. exo. 19 d. Populus Israel murmurat ob laborẽ punit igne, optat carnes, man fastidit. nũe. 11 a. b. Populi murmur, ob exploratæ terræ desperationẽ nũe. 14 a. deu. 1 d. Populus immolat in excelsis añ ædificatũ templũ. ter. re. ter. a. Populi nõ deleti ab Israel, fiunt ei tributarij, iudic. 1 f. Populi flagitia. eze. vice. secũ. g. Populi contẽptus in deũ, iere. 6 d. Populis oïbus Christus missus salutaris, luc. seçũ. e. Populus dei, Christiãi, 1. pe. 2 b

Porcus

¶Porcus

In porcos abeunt dæmones, matth.8 d. Ante porcos non mittendæ margaritæ, matthæ.7 a.

¶Porphyrio

Porphyrionẽ non comedebãt Iudæi, deu.dec.q̃r.b

¶Porta

Portas Gazæ vrbis sublatas in humeros defert in mõtẽ Samson media nocte, iudic.16 a. In porta ciuitatis sedebant iudices, vt iudicarent populũ deu.vice.secũ.b. In porta ciuitatis sedet Booz in qua reddebantur iudicia, ruth quar.a. Portas oẽmq; potentiã inimicorũ suorũ semẽ Abrahæ Christus possedit, q̃ de diabolo triumphauit, asserens nos in libertatẽ, gene.vice.secũ.d. Portas & vim siue potentiã inimicorũ suorũ vt possideat semẽ Rebeccæ, optant parentes, gene.vices.q̃r.g. Portæ inferi, potentiaq; diaboli non præualebit aduersus Christianũ, vt eum de manu Christi rapiat, matt.16 c.iohã.10 c. Portauit filios Israel deus in humeris, sicut homo infantẽ, item sup alas aquilæ, & assumpsit, exo.19 a.deu.trice.secun.b.

¶Possessio

Possessiones vendunt Aegyptij & Chananæi, vt habeant panem, gene.q̃dr.sep.e. Possessio Leuitarum, deus, deu.10 b.

¶Posteriora

Posteriora dei vidit Moses, nõ aũt faciẽ, exo.trice si.ter.d.

¶Potens

¶Potentia

Potens deus noster, deut.10 d. Potentia dei nõ minuitur, isaiæ 50 a. Potentia dei cadit hostis, non nostris viribus, isaiæ tricesi.prim.d Potentiã suam vult deus omnibus esse notam, Isaiæ 33 b

Cum

Cum potentiore quomodo sit versandum, eccl. 13 b. Potentiam suam ostendit dominus in vasa iræ quæ sustinuit in multa patientia. Roman. nono a.

¶Potestas

Potestas omnis prouocatur vt verbo dei subdatur & det gloriam deo. psalm. 23. Potestas omnis a deo est instituta. roma. 13 a. Potestatibus sublimioribus pareamus, & simus subiecti, rom. 13 a. 1 petri 2 c. Potestatem vlciscendi se a deo habere dicit Paulus aduersus omnem inobediẽtiam rebellium, 2 Corinth. 10 b. ad ædificationem tamẽ nõ vt destruat: quam sibi auferri optat, modo sui sint virtute consummati, 1 Corinth. 13 c.

¶Potus

Potus immundus. leuit. 11 f. Potum spirituale biberunt Iudæi, & escam spiritualem manducauerunt, in Christum venturum credentes. 1 Corinthi. 10 a.

¶Præcepta

Præcepta decalogi, exod. 20 a. Præcepta decẽ in duabus tabulis scripta, deut. 5 c. Præcepta diuina scrutanda. prouer. 3 a. Præcepta dei implenda, deut. 6 a. 8 a. Præceptis suis mauult deus obediri, quam victimas sibi offerri, 1 re. 15 e. Præcepta domini fiant in charitate, 2 Iohan. b. Præcepta dei si quis seruat, in illo manet, & ipse in eo, 1 Iohan. 3 d. Præcepta dei obseruat, qui cognoscit deum, fidem perfectam quæ coniuncta spei & charitati est, habens in Christum. 1 Ioh. 2 a. præcepta dei facientes non derelicturus est ipse deus. 3 reg. 6 b. Præcepta custodientibus misericors est deus. deut. 7 b. Præcepta implentes Israelitæ, viuebant, id est effugiebant manus dei, nõ

puniẽ

bantut.aut occidebantur,deut.4 a. Vt præce pta impleant,discentes timere deum,præcepit deus legi Deuteronomium omni populo,deut.31 c. Præcepta dei seruantibus promittitur benedictio non seruantibus maledictio,exod.23 a.leuit.26 a c deut.7 b.28 a. Quod contra præceptum dei fecerit,abijcitur Saul e regno.1 re.13 c. Præcepta dei filijs inculcanda.deut.6 d. Ad præcepta seruãda exhortatur Moses, beneficiorum dei commemoratione,deut.4 a.29 a. Ad præceptorum obseruationem hortatur Iudæos Iosue,commemoratis prius beneficijs dei erga ipsos.Ios.24 b c. Præcepta dei vt custodiat,hortatur Dauid Salomonem.3 reg.2 a. Præcepta dei,ob hominum traditiones transgrediuntur Iudæi,matth.14 a. Vide dictionem Mandatum. Præcepta de charitate.proue.3 d. Præcepta sanctissima, zach.8 c. Præcepta mandata erant Israelitis, vt viuerent in eis, id est,longo tempore perseuerarent in terra promissionis.deuter.32 g. Præceptum & ritus edendi agni paschalis,exo.12 a. Præceptum sabbathi,exod.31 c. Præcepta domini esse, non sua asserit Paulus quæ Corinthijs præscripsit,1 Corinth.14 g. Idem facit vbiq; Moses,dicens,Hæc dicit dominus. Præcepto dei, deoq; mouente cor mulieris,pascitur Elias esuriẽs a pauperrima.3 re.17 b.

¶Præcursor

Præcursor noster Christus.Heb.6 d.

¶Præda

Prædam diuidi ex æquo iubet deus,num.31 d.deutero.20 c. Prædam partiuntur inter se Israelitæ Ios.11 c. Prædam quam acquisierant cum introducerent fratres suos in terram Chanaan,di-

uide-

uidere inter fratres suos, postquam reuersi essent, iubet Iosue Rubenitis Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse, Ios. 22 b. Prædam ex æquo diuidi iubet Dauid tam ijs qui præliauerant, quam qui lassi non poterant præliari, 1 re. 30 f. Prædam quã a Madianitis acceperãt Israelitæ inaures aureas, accipit ab eis Gedeon, iudic. 8 c. Prædam a Madianitis raptam afferunt Israelitæ ad Mosen. nume. 31 b. Prædam vrbis Hai præcipit deus vt sibi & suis accipiat Iosue, quod & ipse facit. Ios. 8 a f. Ex præda gratificatur Dauid omnibus amicis, 1 reg. 30 g.

¶ Prædestinare

¶ Prædestinatio

Prædestinauerat deus ante mundi constitutionem nos redimere sanguine filij sui, et per ipsum filium saluare, ac nos in filios per eundem adoptare, iuxta propositum voluntatis suæ, quo gratuitam suam in nos beneficẽtiam redderet orbi magis illustrem & dilucidam, qua nos sibi reconciliauit per dilectum filium suum. ephes. 1 a. 2 tim. 1 c. 1 petri 1 d. Prædestinatos vocat Paulus quos & præscitos, rom. 8 f. Prædestinatos vocauit deus per prædicationem apostolorum, & iustificauit per mortem filij sui. roman. 8 f. Ob prædestinationem non est cum deo disceptandum. rom. 9 d

¶ Prædicator

¶ Prædicare

Prædicatores verbi sui se missurũ promittit deus, Isai. 30 e. Prædicatores euangelij missi, vt homines a diaboli faucibus eriperent, psalmista. 67. vers. 12. De prædicatoribus missis ad euangelizandum. Isai. secundo c. Prædicaturus Isaias prius a domino mundatur, Isa. sexto b.

Ad præca

Ad prædicationis officium vocantur a Christo Petrus & Andreas, Iacobus & Iohannes, matt. 4 d. Prædicari euangelium omni creaturæ, iubet Christus, mar. 16 d. Prædicat Christus in naui, matth. 13 a. marc. 4 a. Prædicauit Christus palam nihil in occulto. Iohan. 18 d. Prædicare nō possunt nisi missi, rom. 10 c. Qui prædicat sermones dei prædicet, 1 petr. 4 d. Prædicabant apostoli in templo, ignorantibus scribis & Pharisæis, actu. 5 d. Prædicant apostoli in templo & circa domos euangelium Christi, actu. 5 g. Prædicantibus apostolis deus incremētum dabat verbo, attrahens quos credere volebat, actu, 2 g. Prædicatio Petri secunda, qua conuertuntur quinque millia hominum. actu. 2 a. 4 a. Prædicatio Pauli, act. 13 c. & qualis fuerit, 1 Corinth. 2 a. Prædicat Anna prophetissa Christum venisse omnibus ex Israel expectantibus redemptionem ipsum. luc. 2 f. Prædicare iubet Christus dæmoniaco sanato suam misericordiam, & bona quæ illi fecerat, marc. 5 b. Prædicatio Pauli verax dei præsidio, qui sermonem eius fecit efficacem, 1. Corinth. 1 d. Prædicatiōis suæ inter gentes felicē successum, Paulus p CHRISTVM deo adscribit, roma. 15 d. Prædicatione rei in speciē stultæ, nempe quod Christus in cruce passus sit pro nobis, placuit deo saluos facere credentes. 2 Cori. 1 c. Prædicatores non desistant hortari confratres ad pietatem Christianam. 2 pet. 1 c. Prædicatores aliud prædicantes quam euangeliū Christi, non recipiendi, 2 Ioh. c. nec aue eis dicendum. Prædicatores verbi dei debemus suscipere, & illis bona temporalia impartiri, vt cooperatores

simus

simus veritatis,3 Iohan.c. Prædicabant apostoli quod viderant & audierant,1Iohan.1 b. Prædicatores mendaces describuntur quales sint, & quæ tormenta eos maneant, secunda petri secundo a b c. Prædicati Christum quocunque modo,siue ob charitatem,siue ob inuidiam, gaudet Paulus,philip.1 b.

¶Prædo

Prædo vendens hominem moriatur,deut.24 b.

¶Præfectus

Præfecti Salomonis 550,3 re.9 d.

¶Prægnans

Prægnantem qui percussisset rixando,exo.21 d. Prægnans vxor Phinees, audiens arcam dei captam,incuruat se,& parit,1 reg.4 d. Prægnãtes scinduntur a Manahem rege Israel, 4 reg.15 d. Prægnãtibus væ in excidio Ierosolymorum, tam erit horrendum,mat.23 d.24 b.

¶Prælium

Ad prælium docet deus,2 re.22 c,psal.17,

¶Præmium

Præmium pollicetur Saul percutienti Goliath.1 reg.17 c.

¶Præparare

Præparanda deo corda,soli ei seruiendo & fidendo,1 reg.7 a.

¶Præpositi

Præpositis nostris obediamus,Hebr.13 c. Præpositi filiorum Israel flagellati, vociferantur ad Pharaonem,exod.5 c.

¶Præputium

Præputia centum Philisthinorũ petit Saul a Dauide,vt ea occasione occidatur a Philisthæis,1.re.18 f. Præputium nihil prodest Christiano,aut circũcisio:

cisio: sed obseruatio mandatorum dei. 1 Corin. 7 d. Et Gal. 5:
In præputio si aliquis a deo vocatus sit ad Christum, ne velit circumcidi. 1 Cor. 7 c. Præputio lignorum auferenda. leuit. 9 c. Circumcidite Præputium cordis uri: Deuter: x:

¶Præscitus

Præscitos vocat Paulus prædestinatos, roman. 8. f. Quos præsciuit deus ex Iudæis, hoc non repulit. rom. 11 a.

¶Præsepium

In præsepio nascitur Christus. luc. 2 a.

¶Præsidere

Præsidendum in solicitudine, rom. 12 b.

¶Præuaricatio

Præuaricatio non est, vbi non est lex: non enim reputantur tunc peccata esse peccata, neq; est quod irritet ad peccatum, quod certe facit lex, rom. 4 c.

¶Prandium

Ad prandium Pharisæus quidam Christum vocat, luc. 11 f.

¶Precari

Precatur Paulus eos quibus euangelizat, & consolatur, 1 thess. 2 c. 4 a.

¶Presbyter

Presbyteros constituit Paulus per singulas ecclesias, actu. 14 d. Præsbyteros & episcopos, pro eisdem accipit Paulus, actu. 20 f. tit. 1 b. Presbyteros quales constitui velit Paulus, tit. 1 b. Presbyteros Ephesiorum adhortatur Paulus, vt perseuerent in syncera doctrina, actuũ. 20 d. Presbyteros hortatur Paulus, vt non ob turpe lucrum, sed propenso animo & ex charitate, neque ceu dominium exercentes aduersus cleros, sortes, vocatos, eosque qui ad sortem & hæreditatem

æternam vocati sunt, sed sic vt sint exẽplaria gregis.1 petr.5 a. Presbyteri qui bene præsunt, duplici honore digni maxime, q annũtiãt verbũ euãgelij,1 tim.5 c. Aduersus presbyterum occusatio nõ recipienda, nisi sub duobus aut tribus testibus, 1 timo.5 d. Vide dictionem Episcopus.

¶Pretium

Pretio mortis Christi redempti Christiani, nulli hominum præter illius voluntatem debent seruire,1 Corint.6 d.7 d. Pretiosus & carus erat sermo domini, raroque loquebatur manifeste in visione in Silo propter prophetam Ophni & Phinees, 1 reg.3 a. Pretiosa dicitur fuisse anima Saulis coram Dauide, quia non occidit eum Dauid,1 regum 26 d.

¶Primatus

Primatum tenet in omnibus Christus, Coloss.1 c. De primatu inter se contendunt discipuli Christi mat.18 a. marc.9 e.

¶Primus

Primi nouissimi. Vide Nouissimus.

¶Primitiæ

Primitiarum lex, num,5 a b. Primitiæ solicite deo reddendæ, exod.22 d.34 d. leuit.23 b. num.15 b. Primitiæ & decimæ sacerdotibus præstandæ erãt num.5 b.18 b. Primitiæ frugum quomodo offerendæ, leuit.2 d. deut.26 a. Primitiæ triennales Leuitis, pupillis, viduis & aduenis dandæ, deuter.26 a. De primitijs, ezech.45 d. Primitiarum panes multiplicans Eliseus, dat populo esurienti,4 reg.4 g. Primitias spiritus habentes, etiã redemptionẽ oĩm fidelium expectantes ingemiscunt, rom.8 d. Vt primitiæ quædam eorũ qui cum spe resurrectionis dormiunt, Christus resurrexit

surrexit,1 Cor.15 c.Colo.1 c. Primitijs Iudæorum, videlicet patribus existentibus sanctis, fieri non potest quin aliqui ex eis sint sancti, rom.11 b.

¶Primogenita

Primogenita paruipendens, vendit ea Esau fratri suo Iacob.lentis edulio, Gen.25 d. Primogenita, dei erant, exo.13 a,23 c d.34 c.leu.25 c d.deu.14 d 15 d. Primogenita quare deo offerebantur, exod.13 c. Primogenita omia, dei sunt, quorum loco accepit Leuitas in ministerium tabernaculi, nume.3 b f.8 c. Primogenita hominis, pretio redimebantur, exod.13 b. Primogenitum assini mutabatur oue, exod.13 b. Primogenita Aegyptiorum moriuntur media nocte, exo.11 b. 12 c. Primogenituræ ius non dandum ex affectibus filio dilectæ vxoris suæ, qui non fuerit primogenitus: sed exosæ suæ vxoris filio qui fuerit primogenitus, deut.21 c. Primogenitus ē Christus vniuersæ creaturæ, inter fratres cæteros a deo adoptatos, rom.8 f.Colos.1 c. Primogenitus mortuorum Christus, qui primus resurrexit, apoc. 1 b.1 Cor.15 c.Colos.1 c.

¶Princeps

Principes, dei ministri sunt, & ad quid, rom.13 a b. Principum status mutantur, vt dona dei agnoscantur, Iob.12 c. Princeps in terra Aegypti, Ioseph.gen.42 a. Principes populi, sint sapientes, gnari & periti, deut.1 b. Ad principes Israel exhortatio, ezec.45 c. In principes, pauperum oppressores, amos.4 a.soph.3 a. Principes vrbis Ierusalem arguit dominus, soph.3 a. Principes Israel taxat propheta, amos 6 a. Contra principum tyrannidem, ezec.22 f.mich.3. a c. Principis impij sunt & ministri impij, prou.

29 b.eccĩ 10 a. Principi non maledicendum.ex od.22 d. Principibus ſimus ſubditi,tit.3 a. Principum exercitus temeritas.2 reg.2 c d. Principes huius mundi,Chriſtum crucifixerunt per ignorantiam,neſcientes ſapientiam euangelicam.1 Corinth.2 b.actu.3 c. Principes Iudæorũ multi credunt Chriſto,non audent tamen confiteri,& quare,Iohan.12 f. Principis portio in terra promiſſionis,eze.45 c.48 c. De principis holocauſto ſpontaneo,ezech.46 d. Principis dona hæreditaria,ezec.46 g. Principes quinquagenarij ad Eliam miſſi per Ochoziam igne conſumũtur,4 reg.1 b. Principum ſapientiam non prædicat Paulus,1 Corinth.2 b. Princeps paſtorũ Chriſtus,1 petr.5 b. Princeps poteſtatis aeris huius & mundi, diabolus, morte Chriſti pulſus a tyrannide,Iohan.12 e.epheſ.2 a. Principatus omnis caput Chriſtus,Coloſſ.2 b. De principatibus & poteſtatibus dæmoniacis per ſe triũphat Chriſtus, nos ab eis veluti opima ſpolia reportãs,Coloſſ.2 c.

¶Priſca

Priſca et Aquila Pauli adiutores in euangelij prædicatione,roman.16 a.

¶Probare

¶Probatio

Probanda omnia, & non quodcunq; genus doctrinæ ſine iudicio ſuſcipiendum,neq; omni ſpiritui credendum,videndum enim ſi ex eo ſint,1 theſſal.5 d.1.Ioh.ĩr.d. Probatio ſpem noſtram auget,dum conſiderantes nos in afflictionibus non derelictos,fortius fidere diſcimus,roman.5 a. Probationem & cognitionem voluntatis diuinę erga nos parit patientia,roman.5 a. Probemus et

mus & tentemus si simus in fide Christi, 1 Corin. 11 f. 2 Corin. 13 b. Probemus & intelligamus quæ sit dei voluntas, nempe vt sancti simus, abstinentes a fornicatione, roman. 12 a. ephes. 5 d. 1. Thess. quart. a.

¶Problema

Problema siue propositionem & obscurum sermonem proponit Samson sodalibus suis, de leone quem occiderat, ex cuius forti corpore cibus dulcis, id est mel, exierat, iudic. 14 c.

¶Procidere

Procidit ante dominum Moses orans pro Israelitis. deut. 9 c.

¶Prodigalitas

Prodigalitatem prohibet Salomon, prou. 5 b.

¶Prodigia

Prodigia in morte Christi, mat. 27 f.

¶Proditor

Proditores Ziphæi, 1 re. 23 c.

¶Proficere

Proficit Samuel, placens deo & hominibus. primo re. 2 e.

¶Prohibere

Non prohibendi qui quocunque modo regnum Christi annuntiant, & euangelium promouent, et si indigni alioqui videantur, vt docet Christus nolens prohiberi eum qui in nomine ipsius dæmonia eiiceret, etsi in comitatu discipulorum suorum non esset. marc. nono c. lucæ nono f.

¶Proiicere

Proiecerant dominum Israelitæ, petentes regem hominem protectorem, qui deum regem saluatorem habebant. primo Regum decimo c.

Proſicere ſermones dei, pro inobedientem eſſe, 1. regum 15 f. ¶Promittere
¶Promiſſio
Promittit deus terram Chanaan, exod. 34 b. Promiſſionis terra qualis, deute. 8 b. 11 b. Promiſſionibus dei credendum, 2 paral. 20 c. Promiſſionibus dei fidit Abraham, gene. 24 a. Promiſſiones omnes, quibus omnia bona promiſerat deus, Iudæis impleuit: impleturus & mala q̃ comminatus eſt derelinquentibus eis pactum ſuũ Ioſ. 21 d. 23 d. In promiſſionibus verax deus. 1. reg. 3 c. Promiſſiones ſuas non retractat deus rametſi peccatores ſimus, tantaeſt eius miſericordia, leuit. 26 g. Promiſſiones ſuas quibus promiſerat terram Chanaan, vt impleret deus, introduxit Iſraelitas in terram Chanaan: non propter eorum iuſtitiam: ſic nobis dat vitam æternam promiſſam, deut. 9 a. Promiſſiones ſuas implet deus erga illos, qui toto corde ambulauerint corã ipſo. 3 regum 2 a. 8 b c. Promiſſiones dei dignis & fidelibus dantur, non autem indignis, vt videri poteſt de Heli, a quo ablatum fuit ſacerdotiũ ob impietatem filiorum, 1 re. 2 f. Propter promiſſiones ſuas ad Abraham, Iſaac, & Iacob factas, omnia egit deus erga Iudæos. exo, 2 d. 6 a. leui. 26 g. deute. 4 c. 7 b. 1 reg, 12 d. 2 re. 7 c. 4 re. 13 d. 19 g. 20 b. Propter ſuas promiſſiones Dauidi factas non aufert deus totum regnum Salomoni, ſed duas tribus reſeruat ei. tertio regum vndecimo f. Promittit deus ſe futurum cum Gedeone, in liberando Iſraele, iudicum 6 c. Promiſſio longæ vitæ honorantibus parentes, Exodi. 20 c. Promiſſionum fide vrgetur deus, pſal. 88 verſ. 19. Promiſſionum dei memor Iacob, quibus promiſe rat ſe

rat se futurum semper cum eo, orat, & eas deo obtrudit, gen. 32 c. Promissiones suas obijcit deo Moses orans pro peccato Israel. exo. 32 c. deut. 9 d. Promissiones factas Abrahæ, impleri in Iacob p̃catur Isaac, gene. 28 a. Promissiones dei cupit Dauid impleri. 2. reg. 7 d. Promittit populus se facturum verba dei quæ præcepit. exod. 24 a b. Quod promiserimus deo, reddendum, aut peccabimus, deut. 23 d. Promissio. Vide fœdus. Promissio salutis æternæ. 1. ioh. 2 d. facta ab æterno, ante conditum mũdum, reuelata temporibus suis per prædicationem euangelij. ephe. 1 a. 2. tímo. 1 c. tit. 1 a. 1. petr. 1 d. Promissionem suam iuramento confirmauit deus, ne dubitemꝰ eam nos accepturos. heb. 6 d. Isa. 54 b. Promissiões dei per illum fideles sunt & stabiles. 2. cor. 1 d. Ex promissione dabitur hæreditas regni cælorum fidelibus, non propter opera legis quæ fecerint, galatas tertio c. Promissionis verbum Abrahæ & Iudæis reliquis factum, romanorum quinto a c. Promissionis filij sunt, qui in Christum Abrahæ & Isaac promissum, credunt, romanorum nono b. Promissam vitæ æternæ hæreditatẽ nondum acceperunt patres veteris testamenti, vt cum eis eam & nos accipiamus, hebræorum vndecimo g. Promissiones hæ magnæ, propria gloria & virtute dei donantur nobis, vt ipsi soli gloriam & potentiam tribuamus, secunda Petri primo a. Secundum promissiones suas deum misisse Christum saluatorem nobis, cantat Maria, idem cantat & Zacharias, lucæ primo e g. Promissiones suas deum impleſſe, misso in terris filio, docet Petrus, actuum tertio b. idem docet & Paulus, actuum decimotertio d.

Promissis dei confirmati fideles, dent operam vt se purgent ab omni inquinamẽto corporis & animi. 2. cor. 7 a. Promissionem accipient, qui patientes in tribulationibus fecerint dei voluntatem heb. 10 g. Promissa dei expectamus. 2. pet. 3 c. Promittit deus se futurum patrem fidelibus. 2. corin. 6 d. Promissio patris, spiritussanctus, act. 1 a. 4 c. Promissionem sui aduentus non recrastinat ac prorogat dominus, sicut impij existimãt, sed longius spatium præscribit quæ sua est longanimitas & mansuetudo, vt resipiscamus interim, nolens quenquam perire. 2. petri 3 c d. Promissio dei de æterno templo, sacerdotio, & regno in Dauidis semine Christo. psalm. 103. Promissionibus dei patribus nostris factis confirmat ecclesia, mich. 7 d. Promissionum dei veritas. psal. 104. vers. 11.

¶Pronus

Pronus in terram cadit Iosue coram deo conquerens Israelem superari ab aduersarijs, ios. 7 b.

¶Prophanus

Prophana & vaniloquia vitet episcopꝰ, quæ pertrahunt ad impietatem. 2. tim. 2 c.

¶Propheta

¶Prophetare

¶Prophetia

Propheta olim dicebatur videns. 1. re. 9 b. Per prophetas solebat dominus aliquando respondere consulentibus se. 1. reg. 28 a. Per prophetas hortatur dominus Israelitas ad conuersionem ab idolis. 4. regum 17 b. Prophetis suis in visiõe, vel per somnium loquebatur deus, soli autẽ Mosi facie ad faciem loquutus est, numeri 12 b. Propheta non surrexit in Israel sicut Moses post mortem ipsi-

tem ipsius, deuteronomij trigesimoquarto d. Propheta dei fidelis Samuel a deo quater ad hoc vocatus, vt per eum ipse loqueretur Israelitis. 1. regum tertio d. Vt prophetam sciret esse in Israelligitur & verum deum, petit a rege Eliseus mitti ad se Naaman quem sanaret. quarto reg. quinto c. Propheta dei non potest loqui nisi quod deus ponit in os eius, vt docet Micheas, 3. reg. 22 c. Prophetæ dei authoritas, mic. 3 c. Prophetarꝫ commẽdatio, ecclesiastici quadragesimonono c. Propheta verbo dei inobediens occiditur a leone immisso a deo, 3. reg. 13 d e. Prophetæ magnæ authoritatis viri fuere erga reges. 4. regum 5 c. Prophetæ Nathan traditur Salomon erudiendus, 2. regum 12 f. Propheta quidam missus præcepto dei corripuit Ieroboã de idololatria. tertio regum 13 d. Propheta præmonet Achab regem Syriæ Benadab rursum præliaturum cõtra ipsum tertio reg. 20 d. Propheta quidam a deo missus promittit victoriam contra Achab, tertio regum 20 b c e. Propheta iubetur a deo nihil accipere ab impio Ieroboam, ne cibum quidem & potum, 3. reg. 13 b. Prophetam Ahiam consuluit Ieroboã de valetudine filij sui ægroti, tertio regum 14 a. Prophetas domini centum abscõdit Abdias in spelunca, ne occidantur ab Iezabel dña sua, 3. reg. 18 b. Prophetas dei esse occisos, ita vt solus esset derelictus, dolet Elias, 3. reg. 19 b. Prophetam percussuro Ioroboam corripientẽ eũ, manus arescit, quæ ei restituitur oratiõe eiusdem prophetæ, tertio regum decimotertio a. Prophetæ cuiusdam mendacium. Vide mendacium. 3. reg. 13 c. Prophetæ prophetauerunt de futura in nobis gratia & salute per Christum, q̃ non

ſuo,ſed alio tempore accideret.1.pet.1 b. Pro phetæ multi,Chriſtum præſentem videre & audi re cupierunt.matt.13 c.lucæ.10 d. Propheta-rū ſpiritus prænuntiauit in ipſis afflictiões & paſ ſiones Chriſti,& glorias quæ ſecuturæ erant.1.pe tri1 b.actu.3 d. Prophetarum ſcripturæ teſtā tur remiſſionem peccatorum eſſe per Chriſtum, actu.10 g. Iuxta prophetarum ſcripta Chr̄m miſſum ſalutem omnibus gentibus,cātat Zacha rias.lucæ. 6 g. Prophetæ nobis proponuntur in exemplum patientiæ & afflictionis.iaco.5 c. Prophetarum & ſanctorum ſanguis in Babylo-ne inuentus eſt.apoc. 18 g. Prophetam ſi quis quia dei propheta eſt,ſuſceperit,is eandem merce dem quam fide accepturus a deo eſt propheta il-le, accepturus eſt,mat.10 d. Propheta Abra ham dicitur a deo.gene.20 b. Propheta Moſi erat Aaron,quod Pharaoni loqueretur quæ dixiſ ſet ei Moſes.exo.7 a. Prophetāt Eldad & Me dad in caſtris, ſpū ſancto requieſcente in eis.nu.11 f. Prophetant ſeniores conſtituti a deo princi-pes populi Iſrael cum Moſe.num.11 f. Vt pro pheter omnis populus optat Moſes.nu. 11 f. Prophetat Paulus de reſurrectione, cum dicit, In verbo domini.1.theſſal.4 d. In prophetæ & verborum eius deriſores,ezec.33 g. In prophe tarum oſores cōminatio.amos 5 c, Ob pro-pheratum contemptum minatur dominus Iudeis iere.7 c, Prophetas ſiue prædicatores prohi-bent Iudæi verbum dei annuntiare.iſai. 30 b. Prophetæ prophetantes.i.pſalmos & verba dei canentes,ſpiritu docti,in inſtrumentis muſicis. 1. reg.10 b. Prophetat Eliſeus pſalte canente,& prænuntiat aquam exercitui Ioră impij, & Ioſa-

phat

phat pñ. & victoriam de Moabitis. 4. regum 3 b c. Prophetas constituit dominus in ecclesia q interpretarentur nobis scripturas. 1. corinthiorum 12 d. Prophetarum spiritus, ipsis prophetis auditoribus subiectus est. 1. corinthiorum 14 f. Prophetans vir velato capite, deturpat caput suum. 1. corinthiorum 11 a. Prophetæ vxori. vide vxori prophetæ. 4. re. 4 a. Prophetarum filij siue discipuli pauperes, ædificant domum. 4. regum 6 a. Prophetarum quidam filius percussus & vulneratus, accedit ad Achab a cuius ore extorquet iudicium contra seipsum, qui Benadab seruauerat, quem deus præceperat occidi. 3. regum 20 g. Prophetarum filij tempore famis de victu tentantur, dum agrestes herbas sibi vtcũque in cibum colligunt, & edentes mortem in olla inueniunt. 4. regum 4 g. Prophetis Debora vxor Lapidoth iudicat Israelem, iudic. 4 a. Per prophetissam Holdam consulit Iosias domiñ. 4. re. 22 c. In prophetissas mendaces, ezec. 13 c. Propheta promittitur Chrs ex Iudæis, quem debemus audire, deute. 18 c. Propheta falsus quomodo dignoscendus. deut. 18 d. iere. 28 a. Propheta signis & miraculis a vera in deum dilectione & fiducia abducens, non audiendus sed occidendus, deuteronomij decimo tertio a. 18 d. Prophetiæ spiritum mendacem dat aliquando deus propter eos qui verbo suo nolunt credere. 3. reg. vigesimo secun. c d. Prophetæ falsi 850. vnus Elias dei propheta, tertio regum decimo octauo c. Prophetæ falsi 400. consulunt bellum regi Achab contra Ramoth Galaad, dissuadente Michæa solo dei propheta. tertio regum 22 a b.

Prophe-

Prophetas veros(qui quandoq; non solum verbis sed etiam rebus & signis prophetant) imitaturus Sedecias pseudopropheta, cornua facit sibi qbus ostendat ipsum Achab percussurum Ramoth Galaad.3.regum.22 b. De prophetis falsis conqueritur Ieremias, quibus minatur dominus exitium. Ieremi.14 b. Prophetarum & sacerdotum doctrinam mendacem arguit Ieremias, & eorum auaritiam.ierem.8 c. Prophetas Baal omnes occidit Elias. 3.regum 18 g. Prophetiam dat deus cui vult, non habita ratione personæ, vt videre licet de Saule, & responsione cuiusdam, qui de prophetis inter quos prophetabat Saul, dixit: Et quis pater eorum? quasi diceret, non ex patre & carnis propagatione, & cæ.1.reg.10 c. Ad prophetiã ex agricultura vocatur Eliseus a deo p Eliam, ter.re.19 d. Prophetia Caiphe, ioh.11 g. Prophetia, dei donũ est a spũ dei datũ q̃ nõ adducit volũtate hũana, rõa.12 b.1.cori.12 b.2.pet.1 b. Prophetiæ spiritus, testimonium Iesu, apoca.19 c. Prophetiæ spiritus, differendiq; gratia de mysteriis dei. datur etiam aliquando impijs. matthæ.7 d Prophetias & diuinæ scripturæ interpretatiões ne aspernemur.1.thessa.5 d. Prophetię donum vt nobis contingat, enitendum.1.corint.14 a. De prophetiæ dono.1.corin.14. Propheticoꝝ sermonum veram intelligentiam quæ propria & humana interpretatione non habetur, habuerunt a deo apostoli.2.petr.1 d. Prophetici sermones, lucerna ardens in loco caliginoso, quos non intelligit quis nisi dies Christi, dies nouæ legis illucescat ei, & euangelium veri solis iustitiæ, Christi, oriatur in corde illius.2.pet.1 d. Propinquũ se esse ipsi Ruth agnoscit Booz, ruth.3 c. Propinquitatis

tatis iuri quomodo cedebant Hebræi. Ruth. 4 a, b

¶ Propitiatorium

Propitiatorij forma. exod. 25 b. 37 a. Propitiatorij situs. exod. 26 g. Propitium se futurum terræ populi sui promittit deus. deute. 32 f. Propitiatio pro peccatis nostris & totius mundi Christus 1. iohan. 2 a, 4 c.

¶ Propositio

Propositionis panes. leuit. 24 a. Propositionis panes, necessitate coactus comedit Dauid. 1. regu. 21 b. marc. 2 d. luc. 6 a. Propositionem siue obscurum sermonem proponit Samson sodalibus suis, de leone quem occiderat, ex cuius forti corpore dulcedo, id est mel exierat. iudic. 14 c.

¶ Proselytus

Proselytum seu aduenam vnum vt facerent Pharisæi, & vt vnum gentilem in suæ religionis cõsortium pertraherent, mare & terram circumibant, gehennæ obnoxium reddentes eum duplo quã ipsi essent. matthæ. 23 b.

¶ Prospera

¶ Prosperitas

¶ Prosperari

Prospera & aduersa a domino. prou. 3 b. Prosperitas impiorum, & eorundem repentinus interitus. iob. 21 a, b. Prosperitati infidelium non inuidendum. psalm. 36. vers. 7.

¶ Prosternere

Prosternuntur Moses & Aarõ coram deo. nũe. 20 a

¶ Prostibulum

Prostibuli merces non offerenda. deute. 23 c.

¶ Protector

Protector noster deus. psalm. 17 e. 26 a. 30 a. 32 d. 70 a 113 c. 143 a. Protectorem se offert deus ipsi Abrahæ

Abrahæ. Gen.15 a. Protector Saræ deus prohibuit ne Abimelech adulterium cum ea committeret. Gene.20 b.

¶Prouerbium

Prouerbium: Quasi Nemrod robustus venator coram domino. Genes.10 b. Prouerbium, Num & Saul inter prophetas? 1.re.10 c.19 d. Prouerbium, ab impijs egredietur iniquitas. 1.reg.24 c. In prouerbium Israelem futurum prædicit deus si diijs alienis adhæserit. ter.reg.9 b. In prouerbiū fuerunt Iudæi, quod noluerint obedire præceptis dei. dent. vices. octa. d.

¶Prouidentia

Prouidētia dei erga seruos suos, psal.144 b.146 b. prouer.15 a.19 c. mala. ter. d. Prouidentia dei erga nos ab vtero matris nostræ. psalm.138. vers.1. Prouidentia dei non neganda. eccēs.5 b. Prouidentia dei etiam erga passeres. matthæ.10 d. Prouidentiam dei negantes arguit Isaias. isa.40 g Qui prouidentiæ dei fidem non habent, hac vita indigni iudicantur a propheta. psal.103. vers.38. Prouidentia dei etiam erga ingratos. ter.re.18 a. Prouidentiam dei in extrema fame annuntiantibus leprosis non credunt Samaritani .4.re.7 b.c. Prouidentiæ diuinæ oia committenda. eccēs.11 b. Prouidentia dei factum, qđ Abimelec nō dormierit cum vxore Abraham. gene.20 b. Prouidentia dei, nihil deest populo Israel, in desertis. deut.2 b Prouidentia dei mittit Isai Dauidem ad fratres in castra. 1.re.17 b. Prouidentia dei Mschol seruat Dauidem maritum, per feneſtram illum demittēs & patrem decipiens. 1.regum.19 c. Prouidentia dei Saul cum suis opprimitur somno, a qđ Dauid aufert hastam & sceptrum. 1.reg.26 b. Prouidentia

dentia dei, Dauid cum Philisthæis contra Saulem pugnaturus, ab exercitu remittitur. 1. regum. 29 a. Prouidentia dei occurrit seruus Amalecitę qui Dauidem ducit ad eos qui succenderant Siceleg. 1. regum. tricesi. c. Prouidentia dei feruntur Dauidi lasso & esurienti cibaria in desertum 2. reg. 17 g. Prouidentia dei immissus leo occidit prophetam inobedientem verbo dei, mortuumq; ipse leo seruat cum asino, ter. re. 13 e. Prouidentia dei Elias pascitur a coruis, ter. regu. 17 a. Prouidentia dei quod captiua Iudæa ducta ad Syros ad gloriã dei & Naaman salutem, quar. reg. 5 a. Prouidentia dei alitur in aliena terra mulier Sunamitis, ob credulitatem suam in verbũ ipsius, 4. reg. 8 a

¶Proximus

Proximi res perdita non negligenda, deut. 22 a. Proximi cura vnicuiq; cõmissa, eccl. 17 b. Proximo mutuũ dandum, eccl. 29 a. Proximorum amor gratus deo & hominibus, eccl 25 a. Proximorum contemptores increpantur. malac. 2 b Proximus non infamandus. eccl 19 b. Proximum nostrum agnoscamus in quemcumq; incidimus ope nostra indigentem, eumq; iuuemus pro viribus, vt docet Christus in parabola Samaritani. lucæ 10 e. Proximo placendum ad eius ædificationem. roma. 15 a. Quæ proximi sunt quęrat Christianus, nõ quæ sua. 1. cor. 9 f. Proximi dilectio, legis est impletio. rõa. 13 c. Proxmus non iudicandus a nobis. iacob. quar. d.

¶Prudentia

Ad prudentiam & simplicitatem hortatur Christus ministros verbi. matt. deci. b. Ad eandem omnes hortatur Petrus. prima, petri, quar. b.

Pruden-

Prudentia & affectus spiritus est, quod vitam se habere per Christum sentiens, pacem sectatur cū omnibus. roma.8a. Prudentiæ spiritu repleti, vt facerent vestes Aaron. exod.28a. Sine prudentia gens Iudæorum non præuidēs interitum ob adorata idola.deu.tric.secun.d. Prudens Dauid in rebus omnibus.1.regu.18b.c. Prudentis mulieris oratio ad Dauid,qua petit reuocari fugitiuum Absalom. 2.regum.14 a.b.c.d.e. Prudens mulier & pulchra Abigail. 1.regu.25a. Prudens secundum carnem Ionadab.2.regu.deci. ter.a. Prudētiæ carnis non innitendum. abdi. 1c. Prudētiæ suæ innitentes,& in creaturis spē habentes, spretis dei consilijs, reprehendit Isaias. Isaiæ.trice.a.

¶Prurigo

Prurigine percutit deus non seruantes præcepta. deuterono.vicesi.octa.c.

¶Psallere

¶Psalmus

¶Psaltæ

Psallendum deo,et gratiæ agendæ.iudi.5a. Psallendum deo spiritu & mente.1.cori.14c. Psalmis, hymnis & canticis deo canendum cum gratiarum actione.ephe.5d.colos.tert.c. Psallente Dauide, recedit spiritus dei malus a Saule.1. regum.18c. Psallit fide Dauid in cithara laudem & misericordiam dei, & recedit spiritus malus a Saule. 1.regum.16d. Psalte canente Prophetat Eliseus,& prænuntiat aquam exercitui Ioram & Ioſaphat,& victoriam de Moabitis.4.regum.ter.b.c. Psaltes queritur pro Saule agitato a spiritu dei maligno.1.regum.16c. Psaltes elegans & egregius Dauid .2.regum. vice.tert.a

Pseuda-

¶Pseudapostolus
¶Pseudoprophetæ

Vt a pseudapostolis caueant, ſtens Paulus exhortatur Philippenſes. philip.ter.d. Pseudapoſtolorum quorundam, ſuppreſſo nomine, elationem taxat apoſtolus. 1.corin.quar.d. Pseudapoſtolos aperarios ſubdolos vocat Paulus, qui prætextu euangelij, ventri ſuo ſeruiunt. 2.corin. 11 c. Pseudopropheta quomodo dignoſcendus. deu. 18 d Pseudoprophetæ miraculis a verbo dei abducenti non credendum, ſed occidendus eſt. deute. 13 a. Pseudoprophetæ. 400 congregantur ante Achab ter. regum. 22 a. 2. para. 18 a. De Pseudoprophetarum & ſacerdotum doctrina, & eorum inexplebili auaritia. ezech. 22 e. Pseudoprophetarum miracula. ieremi. viceſ. tert. f. Contra pseudoprophetarum vitam. ieremiæ. viceſ. tert. b. In pseudoprophetas populum docentes conſilia cordis ſui. ezechi. 13 a. Pseudoprophetis non eſſe credendum. ierem. viceſ. tert. d. In pseudoprophetas Iudæos, qui circumciſionem & id genus docebant populum. philip. tert. a. titum. 1 c. Pseudoprophetas ex Chriſtianis ſubintraturos in eccleſiam poſt diſceſſum ſuum, præmonet Paulus. actuum. viceſimo. f. Pseudoprophetas ſurrecturos ante & poſt Ieroſolymorum excidium, prædixit Chriſtus, qui diſcipulis ſuis aduerſarentur. matthæ. viceſ. quar. a.

¶Ptolemæus

Ptolemæus rex Aegypti & Alexander Antiochi Nobilis filius inter ſe amicitiam ſtatuunt. 1. mac. 10 c. Ptolemæi diſſidium cum Alexandro genero ſuo. 1. mach. 11 a. Ptolemæo mortuo regnat Demetrius. 1. mach. 11 b.

¶Publicani

Publicani & meretrices regnum dei ingrediuntur & euangelio credunt. Matthæ. viceſ.prim.c. Publicani deum iuſtificant, iuſtum & iuſtificantem agnoſcunt peccata ſua confitentes. Phariſæi dei conſilium & euangelium per Chriſtum oblatum ſpernunt. lucæ 7 c. Publicanis ne plus exigant, quam conſtitutum ſit eis, præceptum dat Iohannes baptiſta. lucæ ter.c. Publicani & Phariſæi parabola in eos qui ſe iuſtos æſtimantes, cæteros aſpernantur. matthæ. 18 b.

¶Pudicitia

Pudicitiæ pericula vitanda. eccī. nono, a, b.

¶Puella

¶Puer

¶Puerítia

Puella vouens, an teneatur voto nume. triceſ. a.
Pueri irridentes Eliſeum caluum, ab eo maledicuntur, & pereunt ab vrſis. quarto. regum ſecū. d.
Pueris angeli cuſtodes conſtituti a deo. matt. 18 b.
Pueri adducuntur ad Chriſtum, vt eis manus imponat, quos prohibentes apoſtoli, reprehenduntur matthæ. 19 b. Puerum amplectitur Chriſtus, vt videamus quam curæ ſint illi pueri. marc. 9 f. 10 b. Puer efficiatur oportet in regno & eccleſia Chriſti, non ſenſu, ſed malitia, demittens ſe infra omnes, qui primus & maximus haberi vult apud deum. matthæ. 18 a. Puerorum eſt regnū cœlorum, gratiamq; illam condonationis peccatorum, & participationis regni Chriſti illi ſoli recipiunt, & qui his ſimiles euadunt. matthæ. 19 b. Ad puerorum maximam obſeruantiam hortatur Chriſtus, vt maximi quiſq; eos habeat, atq; offendere & peccandi occaſiōem verbo vel facto dare

caueat

caueat, Matthæ.18 a.b. Mar.9 f. Luc.17 a. & quanta illorum cura sit ipsi & patri. Pueri Christo in templo imprecantur salutem, hebraice Hosanna acclamantes. matth.21 b. marc.11 b. Pueritia virgis coercenda. prou.22 c.13 d.23 b.

¶Pugnator

¶Pugnare

Pugnator noster deus. exo.15 a. Pugnat pro Israelitis deus, ipsis tacētibus. exo.14 d. deu.3 d. Pugnare deū cōtra se pro filijs Israel agnoscūt Aegyptij. exo.14 f.

¶Pulcher

¶Pulchra

Pulcherrima Sarai vxor Abræ. genes. 12 c. d. Pulchertima Rebecca. genes.24 b. Pulchra Rachel. gene.29 b. Pulchra mulier Abigail. 1.re.25 a Pulchra Bethsabee. 1.reg.11 a. Pulchra Thamar soror Absalom. 2.reg.13 a. Pulchra Thamar filia Absalom. 2.re.14 f. Pulchra Abisag 3.reg.1 a. Pulchra facie Ioseph expetitur a domina sua. gene.39 a. Pulcher Saul. 1.regum.9 a Pulcher Dauid. 1.reg.16 b. Pulcher Absalom. 2.regu.14 f. Pulchritudine mulierum idololatrarum capti homines a parentibus pijs orti, libidinantur cum eis, vnde diluuium. gene.6 a. Ne ob pulchritudinē vxoris suę occideretur, dicit eam sororem suam esse Isaac. gene. vice. sex. b.

¶Pulex

Pulicem se confitetur Dauid, quem persequatur Saul. prim. reg. vicesimo sexto d.

¶Puluis

Puluis homo. genes. tert. d. decim. octa. d.

Puluerem iactat ſuper caput ſuum Ioſue, & in terram pronus cadit coram domino orans. ioſue 7 b. Puluere caput aſpergebant Hebræi dolentes. 1. regum quar. c. Puluerem pedum miniſtri verbi extergant in contẽptores verbi euãgelij. matt. 10 b Puluerem pedum ſuorꝫ excutiunt Paulus & Barnabas in Iudæos euangelium reijcientes. actu. 13 g

¶Punire

Salomõem regnaturum post se, iurauerat Dauid ipsi Bethsabee.3.re.1 b. Salomon vngitur in regem super Israel.3.re.1.c.1.para.23 a.29 f. Salomoni quæ præcepta dederit Dauid moritur9.3.re.2 a. Solomoni apparet domin9, a quo petit sapientiam sibi dari.3.re.3 a.2.para.1 c. Salomõ ducit filiam Pharaonis in vxorem.3.re.3 a. Salomonis iudicium de duabus meretricibus.3.reg.3 c. Salomonis parabolarum & carminum numerus.3.re.4 d. Salomonis principes & præfecti.3.re,4 a. Sub Salomone pax fuit perpetua ter.re.4 c. Salomonis ciborum apparatus,ter.re.4 c. Salomonis equi,3.ter.re.4 c.2.paral,19 f. Salomnis libri de aialibus & plantis,ter.re.4 d. Salomonis sapientia,ter.re.4 d. Salomonis artificum numerus,ter.re.5 c.2.para.2 d. Salomonis templi forma,ter.re.6 a. Salomonis domꝰ ædificatio,ter.re.7 e. Salomon mittit ad Hirã regem Tyri pro lignis & artificibus.2.para.2 a. Salomon infert quæ vouerat pater,in templũ dei 3.re.7 g.2.para.5 a. Salomonis oratio,vt exaudiantur orantes in templo,ter.re.8 c.3.paral.6 c. Salomon benedicit omni ecclesiæ Israel, & templum dedicat,ter.re.8 f.2.par.6 a. Salomoni apparet deus,adhortans eum vt simplici corde ambulet,ne ipse cum populo reijciatur.3.reg.9 a. Salomon dat oppida regi Hiram,ter.re.9,b.2.para.8 b. Salomonis equitum & curruum numerus,2.paral.1 d. Salomon quare dictus pacificus.1.para.22 b. Salomoni secũdo apparet dominus,3.re.9 a.2.para.7 c. Salomon facit Chananæos tributarios,tertio regum nono c.2. para.8 b. Salomon & regina Saba inuicem munera conferunt.2.para.9 c.3.re.10 a. Salomonis census an-

fus annuus,3.reg.10 a.2.paralipomenon 9 c.
Salomonis thronus & vasa aurea,tertio regū 10 c.secundo paralipomenō 9 c. Salomonis tempore,aurum nihili æstimatum,tertio regum vndecimo a. Salomō Astarthen deam Sidoniorum colit,tertio regum vndecimo b.quarto regū 23 c. Salomon Moloch idolum Ammonitarum colit, tertio regum vndecimo b.quarto regū vigesimo tertio c. Salomon ædificat phanum Chamos idolo Moabitarum,tertio regum 11 b.quarto regum 23 c. Salomoni suscitatur aduersarius Adad & Razon,3 regum 11 c. Salomoni fit rebellis Ieroboam,3 regum 11 c. Salomon moritur,3.reg.11 g.secundo paral.9 g. Salomonis regni sciſſio,tertio regum 12 d. Quæ Salomō a deo expetiuerit,prouerbiorum 30 a. Salomonis oratio pro sapientia habenda,sapientiæ 9 a. Salomonis commendatio,eccī 47 b. Salomonem vt audiret,venit in Iudæam regina Saba: Iudæi Christum Salomone maiorem non audierunt matthæi 12 d.luc.11 d.

¶Salphaad

Salphaad filiæ patri in hæreditate succedunt, numeri 27 a.iosue 17 a. Salphaad filiæ iubentur suæ tribus viris nubere.numeri 36 a.

¶Saltare

¶Saltus

Saltat Dauid motus spiritu dei,accinctus ephod, lineo,in reducendo arcam dei ad se,secundo regū sexto c. Saltantem coram arca domini Dauidem despicit Michol vxor ipsius, sapientia carnis & superba audacia.2.regum 6 c. Per saltū exurendum,incendium vrbis Ierusalem significatur,ezech.20 g.

¶Salutatio
¶Salutare

Salutatio qua salutauit angelus Gedeonem, dñs tecum, virorum fortissime, iudicum 6 b. Salutare in pace, 1. regum 10 a. Salutat Dauid suos pacifice, 1. reg. 30 e. Salutant se mutuo verbis pacificis Moses & Iethro, exodi 18 a. Salutatio angeli ad Mariam, ad quam ipsa turbat, lucæ 1 c. Ad salutationem Mariæ, Iohānes baptista in vtero matris subsilit, lucæ 1 d. Salutare omnem sanctum & inuicem in osculo sancto, vult Paulus, philip. 4 d. 1. thessalonicenses 5 d. Salutationem, sua manu solitus erat Paulus subscribere, quod signum erat, epistolā ab eo esse missam, 2. thessalonicenses 3 d. Salutationes in foro amabant scribæ & pharisæi, matthæi 23 a. Salutare neminem per viam iubet Christus apostolis euntibus ad prædicandum verbum, tam diligentes voluit esse, & nihil remorari, lucæ 10 a. Ne salutet quempiam per viam, prohibet Eliseus Giezi famulo, ne remoraretur vbi maxime festinandum erat, 4. regum 4 e.

¶Salutaris
¶Saluus
¶Saluare
¶Salus
¶Saluator

Saluator nr̄ deus, eripiens de tribulationibus, 2. re. 22 a. Salus nr̄a deus q̄ saluat siue liberat a periculis & hostibus, exo. 15 a. Saluat Israel per dñm, deu. 33 d. Saluat solus deus a malis & tribulatiōibus, 1. re. 10 c. Saluat deo absq; gladio, nihilominꝰ tñ ipe Dauid cū baculo & lapidibus proceſſit cōtra Philisthęos, sed illis nihil fisus, 1. re. 17 f.

Non

Non saluatur quis propria virtute. Psal.32.ver.16
Salutem vocat Samson victoriam, quam dederat ei deus de Philisthæis.iudicu.15 d. Salutem siue victoriam etiam per gentilem Naaman dedit deus regi Syriæ impio. 4.re.5 a. Salutem promittit deus ipsi Achab in desperatis rebus.3.reg.20 c.e. Vt saluaret populum multum,ne fame periret,venditus fuit Ioseph.gene.50 d. De salute siue vita desperantibus Israelitis videntibus p̄sequentem Pharaonem, promittitur præsentissimum auxilium. exod.4 c. d. Salutem dicitur feciſſe deus, quando dedit victoriam de inimicis. 2.reg.vice.ter.b. Salutem & victoriam deo tribuit Saul,non suis viribus. 1.regum 11 d. Saluum fieri ex instanti periculo mortis, petit Christus a patre,mox mori cupit,vt sua morte & resurrectione nomen patris sui clarum redderetur apud omnes orbis nationes. iohan.12 d. Saluare animam suam si quis voluerit, & noluerit propter Christum periculo exponere,perdet eam.matthæ. 10 d. Saluatorem siue liberatorem Othoniel,& Aod mittit deus Israelitis clamantibus ad se de tribulatione, in q̄ eos tradiderat ob idololatriam.iudic.3 b. Salutarem suum vocat Anna deum,qui dando ei filios eam liberarat ab opprobrijs quæ patiebatur propter sterilitatem. 1.re.2 a. Salutare dei Christus.genes.49 c. Quod salutē haberemus per Christum constituerat deus,nō autem iram eius super nos manere. 1.thessa.5 b.
De salute nostra & liberatione ab inimicis nostris per Christum ,scrutati sunt prophetæ,& prophetauerunt.1.petr.1 b. lucæ.prim.g. Vt saluos faceret peccatores venit Christus, vt saluaret quod perierat, vt saluaretur mundus per ipsum.

1.Timot.

I.Timo.1 d.Matthæ.18 b.Lucæ.19 b.Iohan.ter.b. Salus noſtra a deo eſt,pſal.ter. verſ.8 Salus & ſpes noſtra deus, pſal. 64 verſ.6. Salus vera a deo petenda, ierem.17 b. Salutem noſtram dei us miſſo filio ſuo operatus eſt.iſaiæ.59 d. Salus ex Iudæis eſt,a quibus deſcendit Chriſtus, iohan. 4 c. Salutis author & ſaluator mundi Chriſtus,hebr.2 c.1.iohan.4 c.per quē ſalus fide in ipm 2.timo.ter.d.quod confitentur Samaritani,iohan. 4 f.& cantat Maria.luc.1 e. Salutare dei Chriſtus omnibus populis miſſus,lucæ 2 d. Qui ſalui fiant,fide in euangelium Chriſti, deus qui addu cit &trahit.act.2 g. Saluos nos fecit deus a peccato,redemit & mūdauit ab eo per Chriſtum,ſua ſola miſericordia ad hoc motus,fidem habendo in ipſum,non ex operibus,ne quis glorietur,&ad qd ephe.2 a.b.titu.terti.b. Salutis dies,dies Chriſti eſt in quo accepit carnem noſtram,2. cori.6 a. Salus non eſt in alio aliquo quā in Chriſto,act.4 b Salus æterna datur omnibus obtēperantibus Chriſto.hebr.5 c. Salus noſtra nunc tecta eſt & latet,ſed palam fiet,& reuelabitur tempore nouiſſimo.1.pe.1 a. Vt ſalutem obtineamus, conſeruamur virtute dei in fide. 1. pet.1 a. Salus quā certo ſperamus,eſt galea qua ſeruabitur caput noſtrum.ephe.6 c. Qui ſaluētur an pauci ſint,quidam Chriſtum interrogat,luc.13 e. Saluus erit qui credens Ieſum eſſe Chriſtum,baptizatus fuerit. marc.16 d. quicq; quantumlibet dura perſecutionum genera ſequiant,perſeuerauerit in verbo & fide Chriſti.matth.10 c.24 b. mar.13 a.lucæ 21 b. Salus domui & familiæ Zacchæi, quod Chriſto credidiſſet.luc.19 b. Salutis ſcientia eſt,cognoſcere peccatorum remiſſionem per abundantem

dei

dei bonitatem, viscera q̃ misericordiæ eius esse fa ctam. luc. 1 g. Saluos omnes fieri vult deus, & ad agnitionem venire veritatis. 1. timoth. 2 a. Saluator omnium deus, maxime fidelium. 1. timo. 4 c. per Iesum Christum, iudæ g. in cuius potestate est salus nostra. matth. 19 d. Saluandorum numerus paruus. luc. 13 e. isai. 28 f.

¶ Samaria

Samariæ mons. ter. reg. 16 e. Samariæ & Ierusalem exitium. ezec. 23 g. Samariæ comparatione, fornicationem Ierusalem impudentiorem ostendit, ezec. 23 b. Samariæ mala imprecatur dominus, eam ad resipiscentiam vocans, ose. 14 a Samariam obsidet Benadad rex Syriæ, 3. reg. 20 a. Samariam obsident Syri. quar. regum sexto e. Samaria capitur ab Assyrijs. quar. reg. 17 a. 18 b. c. Samaritæ deo & dæmonibus seruiunt, q̃r. reg. 17 f. Samariæ gentem dementat Simon magus. act. 8 b Samaritani non credunt dei prouidentiæ erga se, quar. reg. 7 b. c. Samaritani parabola docuit Christus, vt eum esse proximum nostrum agnoscamus in quemcunq; incidemus ope nostra indigentem, eumq; iuuemus pro viribus, luc. 10 e. Samaritani Iesum & eius discipulos noluerunt recipere, quos putarent suum templum contemnere & petere Ierosolymam, lucæ. 8 f. Samaritanæ historia, gentiũ vocatio aperte describitur, iohan. quar. a. A Samaritana potum petit Christus, Iohan. quar. a. c. cui fatetur se illum esse Messiam promissum. Samaritana Christum venisse nũtiat gentibus suis, iohan. quar. d. Ex samaritanis multi credunt in Christum, prædicante muliere Samaritana, multoplures autem audiẽtes ipm loquentem, iohan. quar. e. A samaritanorum

commer

cõmercio abhorrebant Iudæi.Iohan.8 f. Samaritanum esse Christum blasphemant Iudæi.Iohã.8f. Samaritanis Christum prædicat Philippus,act.8 a.quem cum gaudio recipiunt,&baptizantur viri ac mulieres,ad quos mittuntur Petrus & Iohannes,qui pro ipsis orent, vt manuum impositione spiritum sanctum acciperent.

¶Samgar

Samgar percutit Philisthæos vomete.iudic.3 d.

¶Samsai

Samsai scriba reędificationẽ tẽpli prohibet.1.esd. 4 b.

¶Samson

Samson prænuntiatur nasciturus. iudicu.13 a. Samson nascitur,cui benedicit deus,spiritu suo eũ roborans.iudi.13 d. Samson ducit vxorem de filiabus Philisthĩm.iudic.14 a. Samson leonẽ dilacerat,per spiritum dei. iudic.14 b. Samson sodalibus suis proponit problema. iudic.14 c. Samson vxori exponit problema. iudic.14 d. Samsonis vxor ipso relicto alteri datur .iudi.14 d. Samson propter ablatam vxorem,incensis vulpium caudis segetes Philisthinorũ exurit.iudic.15 a. Samsonis vxor comburitur a Philisthæis, q̃d ipse illorum segetes combussisset. iudic.15 a. Samson ligatus traditur Philisthæis a tribu Iuda cuius vinculis a spiritu dei ruptis, maxilla occidit mille Philisthæos.iudic.15 b.c.d. Samson victoriam deo tribuit, non viribus suis. iudicum. 15 d. Samson ingreditur ad mulierem meretricem. iudicum.16 a. Samson portas Gazæ sublatas in montem defert.iudicum.16 a. Samson decipitur a Dalila, iudicum.16 b. Samsonem excæcant Philisthĩm.iudic.16 c. Samsonis fortitudo mi-

do minuitur,& vnde.iudic.16 d. Samſon ludit & pro ſpectaculo eſt Philiſthæis.Iudic.16 f. Samſon moritur cum principibus Philiſthinorum, & reliqua multitudine. iudic.16 g. Samſon iudicauit Iſraelem viginti annis.iudic.15 d.

¶Samuel

Samuel naſcitur,dictus Samuel,id eſt poſtulatus a deo,quod mater ipſius eum a deo poſtulaſſet .1.regu. 1 c. Samuel offertur deo a matre iuxta votum,& cum quibus ceremonijs. 1.reg.1 d. Samuel miniſtrat domino ante faciem Heli ſacerdotis,eſtq; famulus Heli in miniſtrando deo.1.re.2 b d.3 a. Samuel proficit & creſcit, placens deo & hominibus.1.reg.2 e. Samuel exaltatur,& magni fit a deo in miniſterio.1.reg.2 d. Samuel quater vocatur a deo vt eſſet propheta ipſius,per quem loqueretur ad Iſraelitas.1.re,3 a. Samuel mane aperit oſtia tabernaculi. 1.regum 3 c. Samueli prædicit deus ſe puniturum Heli, ob iniquitatem filiorum ipſius.1.regum 3 c. Samuel indicat ipſi Heli viſionem dei de punitione ipſius Heli futura .1. regum. 3 d. Cum Samuele erat deus,& omnia quæ prædicebantur a deo per ipm eueniebant,cognituſque eſt ab Iſraelitis eſſe propheta dei.1.regum ter.d. Samuel hortatur populum vt toto corde reuertatur ad dñm,nemini alij ſeruiendo & fidendo quam ſoli dño.1.reg.7 a. Samuel iudicat Iſraelem in Maſpha. 1.regum 7 b. Samuel impiger circuit vrbes, vt reddat iudicia Iſraelitis. prim.regum ſeptim.d. Samuel ſenex conſtituit filios ſuos iudices ſuper Iſraelem .1. regum octa.a. Samueli præcipit deus vt Saulem vngat in regem ſuper Iſraelem.1.regum 9 c.

Samuel

Samuel voluntate dei occurrit Sauli quærenti ipm cui indicat asinas esse inuentas. 1.regum 9 c. Samuel dat primum locum Sauli in conuiuio, tan quam futuro principi, cum quo post conuiuiũ mul ta loquitur, 1.regũ nono d. Samuel vngit Sau lem in regem super Israel. primo regum decimo a Samuel omnibus modis agit vt populus suũ gran de peccatum agnoscat, quod petierint regem hominem protectorem, qui hactenus habuerant deum regem, 1.regum decimo c. Samuel senex ostendit populo innocentiam suam, & quam inte gre inter ipsos conuersatus sit. prim. regum duode. a. Samuel populum arguit ingratitudinis, q̃d pro deo rege hominem regem protectorem petie rit, 1.regum duodec. b. Samuel cum Saule ex postulat, quod contra dei præceptum, & regem Agag, & prædam reseruasset, 1.regum 15 c.d. Samuel orat pro Saule tota nocte. 1.regum 15 c. Samuel luget Saulem reprobatum a deo. 1.regum 15 g. Samuel occidit Agag regem Amalec. 1. regum 15 g. Samuel orat pro Israele cõtra Phi listhæos, & conteruntur a deo. 1.regum 7 c. Sa muelem timidum mittit deus ad vngendum Da uidem in regem. 1. regum 16 a. Samuel iussu dei fingens se immolare deo, vngit Dauidem in re gem. 1. regum 16 a.b. Samuelis tempore deus bellauit pro Israel cõtra Philisthæos. 1. regum 7 d Samuel moritur. 1 regum 25 a. Samuelem su scitatum scriptura scribit fuisse a pythonissa, quia mulier & Saul cum suis illic crediderunt esse cum tamen reuera non esset, sed dæmon, q̃ se transmu tauerat in personam Samuelis, quem deus permi sit vera omnia dicere Sauli vt confirmaretur am plius in errore, qui dilectionẽ veritatis nõ suscepat

1.Regum.28 b.c. Samuelis laudes.Eccl.46 c.

¶Sanctuarium
¶Sanctitas
¶Sanctificare
¶Sanctus
¶Sanctimonia

Sanctificauit dominus sabbathum.Exod.20 b: Sanctificari sabbathum præcipitur Iudæis.Exod. 20 d. Sanctificare pro cõsecrare frequens est in Leuitico capite.vice.sex. Sanctificare aliquid deo & vouere,aut dedicare,idem significant. deu. 12 d. Sanctificantur sacerdotes accedentes ad deum in montẽ Sinai.exod.19 d. Sanctificatur & consecratur Eleazar filius Abinadab,vt custodiat arcam dei.1.reg.7 a. Sanctificandorum sacerdotum modus, & eorum quæ ipsorum erant. exod.29. Sanctificabatur tabernaculum oleo sancto.exo.30 c. Sanctificabatur altare, quod super illud gloria dei appareret Israelitis, indeque eis loqueretur.exod.29 g. Sanctificari iubet populum deus , antequam loquatur ei.exo.19 b. Sanctificari populum præcipit Iosue,quod sequẽti die dominus mirabilia esset facturus coram eis. Iosue.3 b. Sanctificari iuber deus populum,vt sciretur quis de anathemathe tulisset.iosue 7 c. Sanctificat Dauid, siue consecrat domino vasa q̃ acceperat a gentibus quas occiderat. 2.regum.8 c. Sanctificatum & dedicatum templum Salomõis a deo.3.regum 9 a. A sanctificatorum esu qui abstinere debebant.leuit.22. Sanctificare festũ aliquod dicit scriptura,pro celebrare. leuit.23 b. Sanctificari vult deus. leuit. 10 a. Sanctificare dominum coram populo. nume.20 b. Quod non sanctificasset deum corã filijs Israel ad aquas

p contradi-

contradictionis, præcipit deus Mosi mori in monte Abarim, conspecta terra promissionis, sed non ingressa. deu. 32 g. 34 a. Sanctificemus Christū in cordibus nostris, ipsum solum qui deus est, timētes, & reuerenti timore puro & casto. 1. petr. 3 c. Vt sanctificet deus pater apostolos suos, & eos qui per verbum eorum crediturí erant, non externe vt Aaron, sed separet in suos vsus vt vere diuina instrumenta fiant, & veræ hostiæ, dando eis verbum suum cui crederent, orat Christus. iohan. 17 c. Sanctificat seipsum Christus & se immolat patri, vt apostoli sui & alij quibus demandatum est negotium euangelij prædicandi, purgati a vitijs, puri perseuerent in ipsius prædicatiõe. iohã. 17 c. Sanctificatio & redemptio nostra, Christus. 1. corinth. 1 d. sanguine suo sanctificauit nos. hebr. 2 c. 10 c. deci. ter. b. Sanctificati sunt Christiani & iustificati per spiritum dei, & vnica Christi oblatione. 1. corinth. sex. c. hebræ. decim. c. 1. petr. 1 a. Vt sanctificemur & immaculati simus vult deus. 1. thessa. quar. a. Sanctificabimus nos in hoc mundo, pia fidei opera facientes, & per spiritum & gratiam eius nos puros seruantes, si habuerimus spem futuri status nostri, & glorioſæ cum Christo conformitatis. 1. iohan. ter. a. Sanctificatio, fructus est iustitiæ, & finis eius, vita æterna. roma. sexto. d. Vt sanctificemur a deo, totiq; simus mundi & in spiritu & in anima & in corpore, vtque in sanctitate confirmentur corda nostra, charitatem augeri nobis, vt tandem sine culpa inueniamur in die aduentus dei, orat Paulus. 1. thessal. ter. d. quin. d. Vt sanctificaremur per spiritum suum, sancti essemus & mundi, vtq;

di, vtque sancte & immaculate in conspectu eius viueremus per charitatem inuicem seruientes, elegit nos deus per Christum, meritoque ipsius & gratia ante mundi constitutionem, & etiam vocauit ephes.1 a. luc.1 g. 1.pet.1 a. 1 thessa.quart. b. Sanctificator noster deus, leui.20 b. 21 b. c. d. 22 b. c.d. Sanctus solus est deus.1.regum.secun.a. Sanctus deus qui immunditias siue idola non fert secum adorari.iosu.24 e. Sanctum deum nostrum esse confitentur Bethsamitæ.1.regum.6 d. A sanctis sanctus deus habetur, quicquid agat.2. regum.22 c. In sanctitate magnificus deus. exodi.15 b. Sancti sumus deo nostro, deuter.14 a. Vt sanctus esset sibi populus, elegit Israelitas deus.deute.26 d. Vt sancti simus deo, sequentes præcepta ipsius præcipit deus, numer. 15 d. Sancti vt sint, Iudæos hortatur deus, non comedendo carnes a bestijs prægustatas, exod.22 d. Sanctus dei populus Israelitæ, deuteron.14 c. Sancta dei gens, populus Israel audiens vocem ipsius, & custodiens pactum, exod.19 a. Sancti sunt quos deus iuxta propositum suum ab æterno prædestinauit, roma.8 e. Sanctos vocat Paulus Christianos. roman. decim. sext. a. b. ephes.1 a. philip.quart.d. philemon.a. b. hebræ. tert.a. Quorum minister Christus est, sedens in dextera patris, hebræ.8 a. Vt sanctos & spiritu purificatos exhiberet nos deus in conspectu suo, per mortem vnigeniti filij sui, reconciliauit nos sibi, colos. primo c. Sancti simus in omni conuersatione nostra, quemadmodum & ille qui vocauit nos sanctus est, 1.petr.1 c. Sanctorum necessitatibus cõmunicandũ, rom.12 c. In sanctorum subsidium collectas pecuniæ fieri, iubet

Paulus a Corinthijs.1.Corint.16 a. Vt sanctis pauperibus succurrant Corinthij, exemplo Macedonum,a Paulo monentur.2.corint.8 a. Apud sanctos,Paulus vult Christianorum lites dirimi in negotijs temporalibus. 1.corinth.6 a. Sanctorum ministris,& eorum cooperatoribus in euangelico negotio,honor habendus,1.corinth.deci.sex.c Pro sanctis orare iubet Paulus oratione assidua & ardenti in spiritu,omni tempore,etiam in ea vigilare.ephes.6 c. Cum sanctis bellum facere, & eos vincere,bestiæ datum.apoc.13 b. Sancti vitam suam ob verbum promissionũ dei contempserunt.apo.12 c. Sancti post iudicium fulgebunt vt sol.matt.13 f. Sanctorum fœlicitas. apoc.7 d. Sanctorum orationes per odoramenta & incensa significatæ. apoc.5 c.8 a. Sanctorum iustificatiões per byssinum significatæ. apoc. 19 b. Sctũs pro sua impietate orat.psal.31.vers.7. Sancti in manu dei sunt.deut.tric.tert.a. Sanctorum suorum pedes seruat deus , ne labantur in tentationibus, & in afflictionibus recedãt a fiducia in ipsum.vt de se Anna cantat.1.reg.secũ.b Sanctorũ peccatis deus propitius est,& si ea quan doq; vlciscatur.psal.98 vers.6. Sanctorũ beatitudo.sapi.5 c. Sanctorum milia apparuerũt cum deo in monte Pharan.deu.tric.ter.a. Sancta sanctorum in quæ intrauit Iesus,cœlum est.hebræ.9 f. Sanctus locus in quo per verbum suum loquitur deus.ios.5 d.exod.3 b. Sanctus panis,quo secundum legem non licebat vesci nisi sacerdotibus. 1.reg.vicesi.prim.a. Sanctuarium velo diuidebatur a sanctuarij sanctuarijs. exod. vicesi.sex.f. Sanctuarij forma. exod.25 a. Sanctuarium non semper ingrediatur sacerdotes.

Leuit.

Leuit.16 a. Sanctuarij expiatio, leuit. 16 c. Sanctuarium domini metuendum. leuit. 19 f. 26 a. Sanctuarium dei, terra Chanan, ad quam introduxit populum Israel, exod. 15 d. Sanctum domino, verba sunt in lamina Aaronis sculpta. exo. 39 e. Sctm doctrinæ vitæ, & margaritū verbi dei impugnatoribus & cōtēptorib. nō p̄dicandū. matth. 7 a. Sancta iubet Moses esse castra Iudæorꝫ ventrem non leuantes in eis, sed extra ea cacantes & operientes quod egessissent, effossa humo. deu. 23 c. Ad sanctitatem nos hortatur deus, quod sanctus sit, leuit. 11 g. 19 a. 20 b d. 21 b. Sanctimoniam sectemur. hebr. 12 d.

¶Sanguis

Sanguis, anima est omnis carnis. leuit. 17 c. Sanguinem ne comedant, præcipit deus Iudæis, deut. 12 b c d. 15 d, leuit. 7 e. 19 f. gen. 9 a. Sanguinem comedentibus minatur deus, leuit. 17 c. Sanguinem comedens populus fatigatus, peccat contra deum. 1 re. 14 e. Sanguis super fermento non immolandus. exod. 23 d. 34 c. Sanguis in sup liminari. exod. 12 b. Sanguine, expiatio peccatorum fiebat. leuit. 17 c. Sanguini holocausti respergit populum Moses in memoriam fœderis, quo promittebat populus se facturum verba dei. exo. 24 b. Sine sanguine nihil pene expiabatur in veteri testamento. hebræo. 9 f. Sanguis hircorum & taurorꝫ emundabat eum qui at tactu bestiæ mortuæ maculatus fuisset, non autem peccata auferebat, Hebræ. nono d. 10 a. Sanguine hircorum & aliorum animalium vetus testamentum dedicatum. Hebræ. nono e. Sanguis Christi petit a patre remissionem peccato

rum nostrorum, sanguis Abel vindictam, heb. 12 g Sanguine Christi, peccatorum redemptio, remissio, mundatio facta est, & sanctificati, redempti, mundati, loti, aspersi voluntate & electione patris sumus, vt seruiremus deo viuenti, & faceremus opera lucis. matthæ. 26 c. marc. 14 c. lucę. 22 b. ephe. 1 b. hebræ. 9 c. d. 10 e. 13 b. 1. petr. 1 a. d. 1. iohan. 1 c. apoc. 1 b. Per sanguinem Christi, & supplicium crucis eius pacē fecit deus inter cœlestia & terrestria, vt iam vni Christo iungantur. colos. 1 c. Qui sanguinem Christi pollutum iudicauerit, per eumq; peccata purgari irridens non crediderit, aliunde quærens purgari, grauissima tormenta perferet. hebr. 10 e. Sanguinis Christi vltionem super se petunt Iudæi, ipsum autem crucifigi. matt. 27 c. marc. 15 b. 23 b. Sanguis & aqua exit de latere Christi in cruce pendentis, quo doceremur a morte sua oīm pctōrum expiationē esse expectādam, quod testatur sanguis, expectandum & spiritum sanctum aquas illas viuas, quibas electi intotum mundantur. iohan. 19 f. Contra sanguinem proximi non standum. leui. 19 d. Sanguinem seruorum suorum vlciscitur deus. deu. 32 f. Sanguine inimicorum suorum se inebriaturum sagittas suas minatur deus, id ē eos occisurę. deu. 32 f. Sanguinem hominis fusum vel a bestijs vel ab homine, vlciscitur deus. gene. 9 a. Sanguis Abelis funditur a Cain, petens a deo vltionem. gene. quart. b. Sanguinem innoxium fudit Manasses, vnde diripitur Ierusalem. 4. reg. 21 c. 24 b. Sanguinem Achab lingunt canes iuxta dei verbū 3. re. 1 e. 22 f. Sanguis eius sit super eum qui maledixerit parentibus, id est moriatur. leuit. 20 b. In sanguinem aqua versa, exod. 4 c. 7 c. Sanguinem

guinem vocat interdum scriptura eum qui occisus fuerit, Ios.20 b. Vt sanguinem vuæ biberent meracissimum, Israelitas introduxit deus in terram promissionis.deut.32 b.

¶Sanare
¶Sanator
¶Sanatus
¶Sanitas

Sanat deus,&de afflictionibus liberat quas infligit,deu.32 f. Sanator noster deus, qui sanat infirmitates quascunq;.exod.15 g. Sanati sumꝰ a peccatis per sanguinem Christi,1 petr.2 d. Sanitate nihil præstantius,ecci.30 c.

¶Saph

Saph gigas occiditur.2 reg.21 d.

¶Sapere
¶Sapientia
¶Sapiens

Vt saperent Iudæi,non adorantes idola,optat deus,deut.32 d. Sapientia nostra est verbum & præcepta dei,deut.4 a. Sapientia timor domini Iob28 d. Sapientia a deo procedit,ecci 1 a. Sapientiæ adinuentor deus,baruch3 d. Sapientia dei diues & profunda,roman.11 d. In sapientia dei,quam declarat hoc pulcherrimum spectaculum mundi,non cognouerũt homines deum 1 Corinth.1 c. Sapientia dei,Christus,lucæ.11 g vt matt.23 d.interpretatur. Sapientia nostra Christus.1 Corinth.1 d. Sapientiæ & scientiæ thesauri omnes in Christo reconditi.Coloss.2 a. Sapientia dei abscondita, Euangelium,quod ab æterno suis destinarat deus,primo Corinth.secundo b, quam licet Iudæi contemnerent, iustificata

tamen, & vt vera dei sapientia susceptа a filijs suis omnibus, quotquot vt illius participes essent, a patre erant electi, matth. 11 c. istam sapientiam loquebatur Paulus inter credentes. 1 Corin. 2 b. Sapientia quæ e supernis est, Iacob. 3 d. Sapientiam non ætas docet, sed spiritus dei, iob 32 b. Sapientiæ sermo datur nonnullis per spiritum dei 1 Corint. 12 a. Sapientiam talem se daturum suis, vt aduersarij non queant resistere, promittit Christus, luc. 21 d. Sapientia, & cor intelligens idem. 3 re. 3 b. Sapientia seipsam commendat, Prou. 8 a. Sapientia omnes ad se inuitat. prou. 9 a. Sapientia non inuenitur a derisoribus, proverb. 14 a. Sapientia se offert quærentibus eā, sapien. 6 b. Sapientia conqueritur se ab omnibus contemni, proue. 1 c. Sapientiæ, quæ est verbū dei, commendatio: & quis sit vsus eius, prouer. 1 a. Sapientiæ laus a liberatione eorum, quos ab initio hucusq; sanauit, sapien. 10 a. Sapientiæ commoda, eccī 4 b. Sapientiæ fructus, proue. 4 a. Sapientiam commendat dominus populo, baru. 3 b. Sapientiam amplectendam monet Salomon, quæ timorem domini doceat. prou. 2 a. Sapientiam dei solam inter res creatas esse inscrutabilem ostendit Iob, Iob 28 a. Ad sapientiam hortatur Paulus, qua possimus cauere ab omni peccandi occasione, ephe. 5 d Sapientia & verbo dei scortationem posse vitari prædicat Salomon, prou. 2 c. Sapientiæ spiritu repletus Iosue, impositione manuum Mosi, deut. 34 c. Cui sapientia deest, postulet eam a deo, iacob. 1 a. Sapientiam petit Salomon, qua posset populum regere. 3 re. 3 b. Sapientia Salomonis quanta, 3 re. 4 d. Vt sapientiam Salomonis au

nis audiat, venit ad ipsum regina Sabâ, 3 re. 10 a. Sapientiam Salomonis videns populus, timet ipsum. 3 re. 3 d. Sapientia, ex bona conuersatione cum mansuetudine iuncta, ostendenda. iaco. 3 c. Sapientes oportet nos esse in bono, & simplices in malo. rom. 16 c. Sapiendum quomodo, ro. 12 a. Ne altum sapiamus, superbiamus, & animo efferamur, quod incredulitate fracti sint Iudei & a deo reiecti, nos aũt fide stemus: ne & nos fide excidentes frangamur vt & ipsi. roman. 11 c. Sapientiæ rationem habent elementa huius mundi & humanæ traditiones, superstitionem quandã & humilitatem in animos hominum inducentes vlcꝫ ad læsionem corporis, cui necessaria subtrahuntur, Coloss. 2 d. Sapientia huius mundi, stultitia est apud deum, 1 Corinth. 3 d. Sapientiam huius mundi quærunt Græci. 1 Corinth. 3 d. Sapientia carnis, legi dei subiici non potest, rom. 8 b. Sapientiam huius mundi stultam fecit deus, vt olim prædixerat per prophetas, 1 Corint. 1 c. quam præcellit quod stultum ab incredulis videtur, Vt sapientes huius mundi confunderet deus, delegit quæ stulta erant mundi & indocta iudicio humano, id est apostolos. 1 Corin. 1 d. Sapientes in astutia sua comprehendet deus. 1 corin. 3 d. Sapientiæ humanæ & erudito sermoni non tribuẽ da fides nostra, sed virtuti dei ad credendum impellenti, 1 Cor. 2 a. Sapientum cogitationes vanæ iudicio dei, 1 Corint. 3 d. Sapientia huius seculi Christo regnante euacuata, Isa. 33 c. Sapientis studium, eccl 39 a. Sapientis cognitio, eccls 8 a. Sapientis est conseruare rem familiarem, prouerb. 21 a. Sapientis & stulti differentia, eccls 10 a. Sapientium os in corde eorum

Sapientium os in corda eorum, eccl 21 d. Sapientum monita non spernenda, eccl 8 b. Sapiēs audit consilia. prou. 13 c. Sapiens gaudet argui prou. 25 b. Sapiens dei legem amplectitur. eccl 21 c. 33 a. Sapiens rex, populi stabilimentum sapien. 6 d. Sapientis mulieris consilio seruatur ciuitas Abela, obsessa a Ioab. 2 re. 20 f g. Sapientes sui amantes, haud fere coniunguntur. pro. 26 b. Qui sapiens sibi videtur esse iuxta opinionem hominum, iuxta eorūdem opinionem stultus fiat, vt vere sit sapiens. 1 Corinth. 3 d. Sapientem virum vocat scriptura etiam eum qui varia opera artificiose sciuerit facere ex auro, argento, lignis, & cæt. exod. 35 b. Sapientia replet deus artifices vt sciant fabre facere omnia ex argentæ, & cæte. Exodi 32 & 35 d. Sapiens in ædificanda domo, 3 re. 7 d. Sapientes corde & repleti spiritu prudentiæ vt facerent vestes Aaron. exod. 28 a. Sapientes Aegypti non possunt interpretari somnia Pharaonis. Genes. 41 b. Sapienter & prudēter ambulandum cum ijs qui a Christi fide sunt alieni, Col. 4 a.

¶Sarai

¶Sar

Sarai sterilis, vxor Abram. Gen. 11 d. Sarai ob pulchritudinem ducitur ad Pharaonem, quam ipse a deo percussus restituit Abræ, Genes. 21 d. Sarai dat ancillam Agar marito, ex qua suscipit filium. Gene. 16 a. Sari appellatur Sara, Gene. 17 c. Saræ promittitur filius Isaac, gen. 17 c. 18. b. Sara negat se risisse. Gene. 18 b. Sara ridet sibi seni promitti filium. Genes. 18 b. Sara lactat filium suum Isaac, Genes. 21 a. Sarę pudor & verecundia, Gen. 21 a. Sara vult Ismahelem hæreditare cum filio Isaac; Genes. 22.

Sara

Sara vult Ismahelem eiici cum mre Agar: ne sit hæres cum filio Isaac.gene.21 a. Sara moritur & ab Abrahã plangitur,gene.23 a. Sara quomodo dicebatur soror Abrahæ.gene.20 c. Saræ fides.hebræorum 11 c. Sara viro suo obediens,dominum eum vocabat.gene.18 b..1.pet.3 a. Sara filia Raguelis patitur improperium ab ancilla patris sui, tobiæ 3 b. Saræ oratio cum ieiunio.tobiæ tertio b. Sara datur Tobiæ iuniori vxor.tobiæ 7 c. Saræ parentes docent eã officium vxoris probæ.tobiæ 10 d.

¶Sarepthana

A Sarepthana muliere pascit Elias præcepto dei, cui bona multiplicantur.3.regum 17 b.

¶Sarug

Sarug nascitur.gene.11 c.

¶Saruia

Saruiæ sororis Dauid filij.2.par.2 b. Saruiæ filios timet Dauid.2.reg.3 g. Saruiæ filiorũ consilium carnale respuit Dauid, volẽtium Semei occidere,qui ipsi Dauidi maledixisset,2.regum 16 b. 19 d.

¶Satan

Satan deus huius seculi,infideliũ mentes excæcat, ne euangelium illis illucescat.2.corin.4 a.Isque tẽtat a fide diuellere fideles.1.thess.3 b. Satanæ militia sub nomine Behemoth reprehenditur. iob 41 a. Satan,a domino expetita facultate,bona Iob oia dissipat,,&liberos eius percutit iob 1 b. Satã apostolos appetiuerat vt cribraret sicut triticum, sed pro eis orauit Christus,vt videas satanã nihil posse absq; dei pmissu, nec nos posse eũ vitare,nisi Chrs oret pro nobis.luc.22 c. Satanæ iubet Paulus tradi Corinthium fornicatorem,

rem, non vt pereat, sed vt carne afflicto resipiscat & spiritus fiat saluus in die iudicij. 1. corinthiorum 5 b. A satana impeditur Paulus, ne eat ad Thessalonicenses. 1. thass. 2 d. Satanas transfigurat se interdum in angelum lucis. 2. corin. 11 c. Satanas ligatus soluitur. apocal. 20 a b. Satanam Petrum vocat Christus. marc. 8 d. In Satan erant Dauidi filij Saruiæ. i. aduersarij, volentes & impellentes Dauidem vt occideretur Semei 2. regum 19 d.

¶Satiatus
¶Saturare

Satiati rerum omnium abundantia, ne dei obliui scamur. deuterono. 8 c. Vt saturentur dat deus frumentum & oleum diligentibus se, deutero. no. 11 b. leuit. 26 a. Saturati ne obliuiscamur dei nostri, deu. 6 b c. Saturatus Israel terræ promissionis, dereliquit deū, conuersus ad idola, deute. 32 c. Saturis væ, & quare, lucæ 6 d. Saturata Ruth, defert reliquias ciborum suorum ad socrum suam Noemi esurientem, ruth secundo d.

¶Saul

Saul filius Cis, 1. reg. 9 a. Saul quærit asinas patris sui Cis. 1. reg. nono a. Saul cum famulo non inueniens asinas patris consulit deum, adiens prophetam Samuelem, 1. reg. nono b. Vt Saulem vngat in regem super Israelitas, præcipit deus Samueli. 1. reg. nono c. Sauli indicat Samuel, ipsum regem futurum super Israelem, 1. re. nono c. Saul audiens se futurum regem, super Israelitas, cõfitetur indignitatem suam. 1. regum nono c d. Sauli dat primum locum Samuel in conuiuio, tanquam futuro regi, cum quo multum

tum loquitur post conuiuium, 1. regum nono d. Saul ministerio Samuelis vngitur a deo in regem super Israel, 1. regū 10 a. Saulis cor immutauit deus, & cum prophetantibus, psalmos & verba dei cecinit, 1. regum 20 b. 19 d. Saul absconderat se ne constitueretur rex, 1. regum decimo d. Saul proceræ staturæ vir, 1. regum 10 d. Saul constitutus rex a deo, despicitur ab impijs, quorū deus non tetigerat corda, Saul autem dissimulat, 1. regum 10 d. Saul constitutus rex a deo, sequitur boues in agro, 1. regum 11 b. Saul nō vult vindictam sumi de ijs qui ipsum nolebant acceptare in regem, 1. regū 11 d. Saulis regnum innouatur in Galgala, 1. regum 11 d. Saul duos annos regnauit super Israelem, 1. regum 13 a. Saul elegit sibi viros fortes & bellatores, confidens in ipsis, primo regum decimotertio a. 14 g. Saul percutit Philisthæos, 1. regum 13 a. Saul contra præceptum domini facit holocaustum, 1. regum decimotertio b. Saul abijcitur a deo, quod contra dei præceptum egerit, primo regum decimotertio c. Saulis tentatio grauis, q̄d congregatis Philisthæis dilabitur populus, quod Samuel expectatus non venit, & diffidentia quasi necessitate coactus sacrificat, primo regum decimotertio b. Saule cessante, & non audente in aduersarios impetum facere propter paucitatem exercitus, deus insigni miraculo edit exēplum fiduciæ in deum per Ionathan, & armigerum eius, 1. reg. 14 a b c. Saul persequitur Philisthæos. 1. regum 14 c. Saul ædificat altare deo, 1. regum 14 e. Sauli consulenti dominum non respondetur quicquā, 1. regum 14 f. Saul superat omes contra quos pugnat, 1. regum 14 g. Saulis fi

lij.1.re,14 g.1.par.8 d. Saul iussus occidere Amalecitas,ita vt nihil penitus relinqueretur,reseruato rege Agag,& ouibus in sacrificium dei,grauissime peccat in deum,a deoque abijcitur.1.regũ.15 Saul agnoscit peccatum suum,& non parcitur ei, qa nõ fidit deo.1.re.15 f. Sauli auferẽ regnũ Israel,& traditur Dauidi.1.re.15 f. Saulẽ reprobatum a deo luget Samuel.1.reg.18 g. Saul dirigit aciẽ ad pugnandũ contra Philisthæos,1.re.17 a. Saulis diffidentia.1.re.17 c. Saul de qua stirpe sit Dauid,interrogat.1.reg.17 g. Saul inuidus irascitur,laudem victoriæ Dauidi tribui.1.re.18 b. Sauli & Dauidi a cæde Philisthinorum reuertentibus,occurrunt mulieres cantantes tympanis.1.re.18 c. Saulem inuadit spiritus dei malꝰ,& psallit Dauid.1 re.18 c. Saul tentat occidere Dauidem,& quare.1.re.18 c. Saul timet Dauidem, quod deus cum eo esset.1.re.18 c. Saul promittit Dauidi Merob filiam suam quam alteri dat.1.re.18 d. Saul hypocrita simulat velle se filiam suam dare Dauidi,vt eũ traderet in manus Philisthinorum.1.re.18 de. Saul petit a Dauide centum præputia Philisthinorum,vt ea occasione ab eis occidatur.1.re.18 f. Saul iubet occidi Dauidem.1.re.19 a. Saul nititur cõfodere Dauidem psallentem.1.reg.19 b. Saul & ministri persequentes Dauidem,conuersi a deo,prophetãt cum prophetis.primo regum decimonono d. Saul suos accusat coniurationis.primo reg,vicesimo secundo b. Saul iubet occidi sacerdotes domini qui pauerant Dauidem. 1. regum vigesimo secundo d. Saul descendit contra Dauidem in Ceilam 1.regum vigesimo tertio b. Saul persequitur Dauidem,a quo liberat eum deus immissis cõtra

ipsum

ipsum Philisthæis, quos omisso Dauide insequutus est. 1. re. 23 d. Saul persequitur Dauidē: quē Saulem deus tradit in manus Dauidis. 1. re. 29 a b. Saul cum fletu agnoscit dei manum, Dauidis innocentiam, suamque iniquitatem. 1. re. 24 d. Sauli persequenti, parcit Dauid secundo. 1. re. 26 a. Saulem obiurgat Dauid, quod iniuste ipsum persequitur. 1. re. 26 c. Saul agnoscit peccatum suum, & misericordiam sibi a Dauide factam. 1. re gum 26 d. Saul aufert magos & ariolos. 1. re. 28 a. Saul philisthæis contra se cōgregatis, & deo nihil respondente, Pythonissam consulit. 1. re. 28 a b. Vide Samuelem suscitatum Saul quare abiectus a deo. 1. re. 28 c. Saulis angustia & desperatio. 1. re. 28 d. Saul suæ gloriæ nondum oblitus, seipsum occidit. 1. reg. 31 b. 1. paral. 10 a. Saulis mors & filiorū annuntiat ipsi Sauli. 1. re. 28 c. Saulis caput defert in tēplū idolorū a Philisthæis. 1. reg. 31. c. Saulis mors nuntiat Dauidi 2. re. 1 a. Saul quare mortuus sit. 1. par. 10 d. Saulem sepeliunt habitatores Iabes Galaad. 1. re gum 31 d. 1. par. 10 d. Saulis regnum decrescit. secundo regum tertio a. A Saule abstulit deus misericordiam suam, secundo regum 7 c. Saulis septem filij suspenduntur & occiduntur ob violatum a patre cum Gabaonitis iuramentum a filijs Israel, secundo regum vigesimo primo a b c. Saulis & Ionathæ ossa sepelit Dauid, secundo regum vigesimo primo c. Saulus qui & Paulus consentit morti Stephani, actuum septimo g.

¶ Scabies

Scabie percutit deus non seruantes præcepta sua, deuteronomij 28 c.

Scandalum

¶Scandalum
¶Scandalizare

Ne ſcandalo eſſent eis, & a fide dei veri in fiduciã idolorum pellicerent eos, præcipit deus omnes idolatras occidi a Iudæis, deutero. 7 c. Scandalizari eſt re aliqua, aut tribulatione induci ad deſertionem Chriſti, ne eum ſequamur in fide aut fidei operibus, vt vides de apoſtolis, mat. 16 c. Scãdala vocat Chriſtus impios, matth. 13 f. Ne ſcandalizentur ſui inter prædicandum, cum tribulationes viderint, earum præmonet Chriſtus. ioh. 16 a. Scãdalum paſſuros apoſtolos cum eum comprehendi viderent, prædicit Chriſtus. matth. 26 c. marci 14 c. lucæ 22 d. Scandalum Chriſto Ieſu obijcit Petrus, volens contra patris voluntatem auertere ne moreretur. matth. 16 d. Scandalizantur diſcipuli aliquot, & a Chriſto recedũt & quare. iohan. 6 g. Scandalum vitãs Chriſtus, tributum ſoluit, mat. 17 d. Scandalizãtur Phariſæi Chriſtum audientes, mat. 15 b. Si ſcãdalizet nos manus, pes, &c. Vide ſi manus, pes etc. Scandalum futurum diſcipulis ab ijs qui a veritate euangelij deficerent ob graues afflictiones, prædicit Chriſtus, matthæi 24 a. A ſcandalis dehortatur Chriſtus, matthæi 18 a. Qui non ſcãdalizatur in Chriſto, beatus, qui nulla re abſterretur ac repellitur ne Chriſto ſaluatori fidem habeat, matthæi 11 a. Scandalizãtur Nazareni in Chriſto, verbum euangelij non recipientes cognita generis tenuitate, & quod literas non didiciſſet, matthæi 13 g. marci 6 a. luc. 4 c. Ob ſcãdalum aliorum, Paulus animo diſcrutiatur, 2. corinthiorum 11 g. Ne ſcandalo ſit infirmis nra veſcendi quibuslibet libertas, 1. corin. 8 c.

Scœno-

¶Scenofactoria

Scenofactoriam artem apud Aquilã exercet Paulus. actu. 18 a.

¶Scenopegia

Scenopegiæ oblationes. ezech. 45 g.

¶Schismaticus

¶Schisma

Schismaticus arguitur, & iurgiorum author apud deum detestabilis. prouerb. 6 b. Schismata vitanda a. 1. corin. 1 b. Schismata Corinthiorum, 1. corinth. 3 b. quæ Paulus arguit. 1. corinthiorum 11 d.

¶Scire

¶Scientia

Non sciebat dominum Samuel, id est, non reuelatus fuerat ei deus, siue non loquutus fuerat ei in visione, antequam quater eum vocasset. 1. reg. 3 b. Scientia sua replet deus Beseleel, vt sciat excogitare omne artificium ex auro, lignis, & c. exod. 31 a. 35 d. Scientia salutis, cognoscere salutem nobis prouenire ex abundanti dei misericordia. luc. 1 g. Scientiam Iesu Christi (quæ est scire per fidem Christum esse saluatorem) tãti facit Paulus vt præ ea scientia, alia omnia vt stercora æstimet & detrimentum. philip. 3 b. Scientiam euangelicam gratulatur Paulus Corinthijs, per quam Christo crediderunt, 1. corinthi. 1 a. In scientia euangelij crescendum, charitatis officijs in melius vsque proficiendo. coloss. 1 b. Ad scientiam veritatis, & veram euangelij cognitionem multi non perueniunt, cum tamen semper discant. 2. timotheum 3 b. Secundum scientiam oportet dei æmulationem habere. romanorum 10 a. Scientia qua quis intelligit carnes simulachris im-

molatas nihil a cæteris differre carnibus, inflat, & affert contemptum proximi eam sciẽtiam nõ habentis, 1. corint. 8 a. quæ ne offendat proximum cauendum esse monet Paulus. Sciẽtiæ boni & mali arborem ne comedat interdicit homini deus, gene. 2 c. Sciẽtiæ boni & mali arbor sic vocata ab euẽtu, quod postquam comedisset fructum ex ea Adam contra præceptum dei, cogniturus erat se male egisse. genes. 2 b. 3 b d. Scientiarum dominus est deus noster, qui nouit ex sterili fœcundam facere, & alia omnia contra opinionem hominũ, 1. reg. 2 a.

¶Scindere

Scindunt vestimenta sua Iosue & Caleb, audientes murmurationem populi, nume. 14 b. Scindit vestimenta sua Dauid, & flet, audita morte Amnonis, 2. reg. 13 f. Scindit vestimenta sua, operitur sacco, & ieiunat Achab audito verbo dei contra se. 3. re. 21 g. Scindit vestimenta sua Eliseus, non videns Eliam abeuntem in cœlum. 4 regum 2 c.

¶Scintilla

Scintillam suam vocat vidua filiũ vnicum quẽ habet reliquum. 2. reg. 14 b.

¶Scortator

¶Scortatio

¶Scortum

Scortatores ne essent inter Israelitas, prohibet deus per Mosen, deut. 23 g. Scortationem vitandã monet Salomon, pro. 5 a. Scortorum technas describit Salomon: ad quas vitandas sapientiæ adhærendum monet. pro. 7 a.

¶Scriba

¶Scribere

Scriptu-

¶Scriptura

Scribæ cuidã terrena ſpectanti, obiecit paupertatem ſuã Chrs, mat.8 c.luc.9 g. Scribarũ & phariſæorum hypocriſim & opera, q̃ vt ab hominibus viderentur faciebant, reprehendit Chriſtus, matt.23 a. Scribere Moſen iubet deus Amalecitarum interitum in memoriam, exo.17 d. Scribit Moſes verba dei in vnum volumen quæ audi erat in monte Sinai, exod.24 a. Scribere verba præcipit deus Moſi, quibus cum populo Iſrael pepigerat fœdus. exo.34 d. Scripſit deus legem ac mandata, quæ dedit Moſi. exod.24 c. Scribit rurſum deus decem verba quæ erant in prioribus tabulis a Moſe fractis. deuteronomij decimo a. Scriptas digito dei tabulas accipit Moſes, exodi 31 d. Scribit Deuteronomium Moſes & tradit Leuitis & ſenioribus Iſrael. deutero.31 b. Vt ſcribat, & in canticum ſiue cantilenã componat Moſes ea quæ ei prædixerat de futura Iſraelitarum cum dijs alienis fornicatione & malis quæ propter ea euentura eſſent eis, præcipit deus, deutero.31 e. Scribi iubet deus verbum ſuum in oſtijs & vbicq;. vt ipſius reminiſcamur ſemper, deute.6 b. Scribendum dei verbum in poſtibꝰ & ianuis, vt ipſius recordemur. deut.11 c. Scribere ſolitus erat Paulus ſalutationem ſua manu, quod ſignum erat epiſtolam ab eo eſſe miſſam. 2. theſ.3 d. Scriptura lex dei concludit omnes ſub peccato, & omnes eſſe peccatores oſtendit, & impotentes ad iuſtitiam: ſicq; cogit currere ad Chriſtum, vt detur promiſſio Abrahæ facta, gratia, & benedictio omnibus credentibus in ipſum. Gala.tertio d. Scripturarum a quatuor euangeliſtis ſcriptarum ratio eſt, vt credamus quod Ieſus eſt

sus est Christus,& vt credentes vitam æternã habeamus,iohan.20 g. Scripturis non credebant Iudæi,cum Christum reiecerint de quo loquebantur ipsæ.iohan.5 f. Scripturas opponit diabolo tentanti ipsum Christus.matt.4 a. Scripturis probat Christus se a patre missum. ioh.5 f. Vt scripturas impleret,Christum venisse,passim testantur euangelistæ,& epistolæ apostolorum,luc 24 g. Scripturas omnes quæ de ipso loquebantur in Mose & prophetis,Christus interpretatur proficiscentibus in Emmaunta,lucæ 24 d.impletas eas esse docens. Scripturis reuincit Apollo Iudæos,ostendens Iesum esse Christum.act. 18g. Scripturas scrutãt viri nobiles ex Thessalonicensibus qui crediderant,vt scirent an vera Paulus prædicaret.actu.17 c. Scripturæ quanti nobis esse debeant,satis monet Christus in parabola diuitis epulonis, quibus qui non obtemperat,nemini obtemperaturus sit.luc,16 g. Scripturæ quid nobis prosint,& ad quid vtiles.rom. 15 a.2.tim.3 d. Scripturas sacras nouerat Timotheus ab infantia.2.timoth.3 d. Scripturis prophetarum vt attendamus,& vt eas legamus excitat,extimulat,& hortatur Petrus.2. petr.1 d. 3 a. Ab ijs qui scripturæ intelligẽtiam peruertunt ad sensum carnis,& ad sensum satanæ,cauẽdum est maxime.2.petri.3 d. Scripta non sunt omnia signa quæ fecit Iesus in conspectu discipulorum.iohan.20 g.21 g. Scriptura dei scriptæ erant tabulæ testimonij ex vtraque parte. exodi 32 d.

¶Scrutator

Scrutator renum & cordium deus,rom.8 e. apoc. 2 e.iere.17 b.

Sculptile

¶Sculptile

Sculptile & imaginem qui fecerit vt adoret, male dictus, deutero. 17 c. Sculptile fecerat sibi Michas pro domo sua, q̃d filij Dan abstulerunt, & sibi statuerunt in tribu sua, vsque ad diem captiuitatis suæ. iudic. 17 a b. 18 e f g.

¶Scurrilitas

Scurrilitas vitanda. ephe. 7 a.

¶Scutum

Scutum auxilij Israel deus, deut. 33 d. Scutum est deus sperantibus in se. 2. re. 22 a c. Scuta quę Salomon iussit fieri, 3. reg. 10 c. Scuta aurea q̃ fecerat Salomon, aufert Sesac in Aegyptum, pro quibus Roboam reponit ærea scuta, tertio regum 14 g.

¶Scyphus

Scyphum suum iubet Ioseph poni in ore sacci Bẽiamin. gene. 44 a.

¶Seba

Seba separat Israelem a Dauide. 2. re. 20 a. Sebam persequitur Ioab, 2. reg. 20 d. Sebæ caput traditur Ioab, 2. re. 20 g.

¶Secta

Sectæ, opus carnis, gala. 5 d. Secta Pharisæus erat Paulus ante conuersionem. act. 24 d. 26 a. Sectæ Christianorum vbiq; contradicitur, act. 28 e. In sectarum introductores, 2. pet. 2 b.

¶Securitas

Securitatem promittit populo Israel deus, cũ nullum terræ ipsius insidiaturum promittit, exodi 34 c.

¶Sedecias

Sedecias falsus proheta, vt imitaretur dei prophetas, facit sibi cornua, quo ostendat regem Achab

percussurum Ramoth Galaad.3.regum 22 b. Sedecias pseudopropheta,abscõsurus se vbi vide rit non cessisse quod põdixisset regi Achab.2.re. 22 b. Sedecias,qui & Mathanias, substituit ipsi Ioachin in regno Iuda.4.reg.24 d.2.paralip.36 b. Sedecia rebellante,Ierusalem obsidetur a Nabuchodonosor.4.reg.25 a. Sedecias capitur, occiduntur filij eius,& illi effodiuntur oculi.4.re.25 b. ierem.52 b. Sedeciæ regis &populi qui remãserant in Ierusalem,exitium prædicit Ieremias,ierem.29 d. Sedecias mittit ad Ieremiã, vt pro se oret.ierem.37 a. A Sedecia rege liberatur Ieremias,ierem.37 c. Sedecias fugit,&capitur a Chaldæis,ierem.39 a b. Sedeciæ captiuitas repetitur.ierem.52 a. Sedeciæ superbia, Israeliti ci excidij causa,ezech.7 c. Sedeciæ regis deiectio ostenditur.ezec.21 f. Sedeciæ regis captio præfigurata.ezec. 12 c.

¶Sedens
¶Sedes

Sedentes in domo,meditemur verbum dei.deu.11 c. Sedis in cœlo positæ visio.apoc.4 a.

¶Seditiosus

Seditiosos damnat Salomon.proue.24 c.

¶Seductor
¶Seductus

Seductores proficiunt in peius.2.timo.3 c. Nemo vos seducat & ruere faciat in peccatum.ephesi.5 b. Seductos dicunt pharisæi illos q Christo credunt,Iohannis septimo g. Vt seductor habitus Christus, matthæi 27 g. habitus & Paulus,cum veraces essent.2.cor.6 b. Seductor qs dicendus sit.2.Ioh.c.

Sedulitas

¶Sedulitas

Sedulitas domini multū emēdat familiā, pro. 20 b.

¶Seges

In segete proximi licebat spicas manu legere, sed non falce metere. deut. 23 d. Segetes Philisthinorum exurit Samson, incensis vulpium caudis, propter ablatam sibi vxorem, & alteri traditam iudicum. 15 a.

¶Segor

Segor ciuitas quæ & Bala dicitur. gene. 14 a.
Segor ob preces Lot non subuertitur. genes. 19 e.

¶Sehon rex

Sehon regi Hesebon mittit nuntios Moses, vt eis liceret per terram ipsius transire, solutis pecunijs pro cibis & aqua. deu. 2 f. Sehon occiditur ab Israelitis, cum omnibus vrbibus, tradēte eum deo in manus ipsorum. deu. 3 g. nume. 21 e.

¶Seir mons

Seir mons datus in possessionem ipsi Esau, deute. 2 a. De Seir ortus deus, apparuitq; populo Israel. deutero. trice. ter. a.

¶Sela

Sela tertius filius Iudæ. genes. 38 a.

¶Sella

Sella altera vxor Lamech. genes. 4 d.

¶Sellum

Sellum interficit Zachariam, & regnum eius occupat. 4. regū. 15 c. Sellum filij Iosiæ mors prædicitur. ierem. 22 c.

¶Sem

Sem benedicitur. gene. 9 d. Sem filij. gene. 10 d. 1. para. 1 b. Sem generatio. gene. 11 b. Sem & Iapheth verecundi o pīūt nudatū patrē. gen. 9 d

¶Semei

Semei maledicit Dauidi fugienti filium suum Absalom.2.reg.16 b. Semei rogat Dauid veniam cui iurat rex se non occisurum eum.2.reg.19 d. Semei quem iurauerat Dauid se non occisurũ,præcipit Salomonivt occidat.3.re.2 b. Semei iussu Salomonis interficitur. ter.re.2 f.g. Semeiæ Nehelamitæ mors prædicitur.ierem.29 f. Semeias propheta dehortatur Iudã &Beniamin a bello contra Israel.ter.regum 12 f.

¶Sementis

¶Semen

¶Seminare

Sementis & messis non cessant.gen.8 d. Semini in terram iacto dat deus suum corpus, prout visum est illi.1.cor.15 e. Semen paucum colligũt de terra,qui dei præceptis non obediunt. deut.28 d. Semẽ in abundãtia colligũt qui eleemosynas pauperibus fratribus præstant.2.cor.9 c. Sementis immunda,leui.11 f. Seminis fratris suscitandi lex.deu.25 b. Semen Abrahæ maximũ futurę prædicit ipsi deus.gen.13 d. Semen Abrahæ verum,q ex Isaac nati sunt, & filij promissiõis sunt promissioni vitę æternæ fide adhęrentes.gen.11 b Semen Abrahæ sunt per Isaac,qui diuinis promissionibus credũt,ac fidem Abrahæ imitantur.rõa.9 b. Semen Dauidis Christus,cuius regnũ æternum,qui ædificauit ecclesiam,filius dei, qui tanq̃ peccasset afflictus est propter pcta nostra, propter quem misericors est erga nos pater quantũuis peccatores.2.reg.7 c. Semen ex Iudæis reliquit dñs apostolos, & alios qui ex eis crediderunt. rom.9 e. Semen verbum dei.matt.13 c.mar.4 b.luc.8 b. Seminis tacite fructificãtis parabola,euãgeliũ ita mirum

mirum in modum, præter hominum opiniõem, ac ne sentientibus quidem, passim enascturũ & fructificaturum significauit Christus. marc. 4 c. De seminante proposita parabola, docuit Christus quam varie recipiatur verbum euãgelij, atq; in paucis suos fructus faciat. matt. 13 a. quam ipse exponit. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. gal. 6 b. Si ministris verbi temporalia sua communicauerit, metet vitam æternam.

¶ Seminifluus

Seminifluus vir, immundus iudicatur. leui. 15 a.

¶ Semer

Semer ciuitas ædificatur. ter. reg. 16 f.

¶ Semma

Semma percutit Philisthæos. 2. reg. vice. ter. b.

¶ Senex

¶ Seniores

¶ Senectus

Seni Dauidi frigido datur Abisag puella quæ eum dormientem calefaciat, dormiendo in sinu ipsius. ter. re. 1 a. Senum consilium datum ipsi Roboam. ter. reg. 12 b. Senem non futurum in domo Heli, prædicit deus. 1. reg. 2 g. Seniores 70. constituit deus duces sup Israel cum Mose, quibus cũ dediſſet deus de spiritu Mosi, prophetauerunt. nume. 11 d. e. f. Seniores duces pupuli, repleti spiritu dei, prophetant. nume. 11 f. Seniores Israel iudicãt lites populi in radice mõtis Sinai. exo. 24 c. Senioribus Israel, id est potestatibus tradit Moses Deuteronomium. deut. 31 b. Senes quales esse debeant. titum. 2 a. Seniores obsecrandi vt patres, non increpandi. 1. timo. 5 a. Senem insensatum odit dominus. eccĩ. 25 a. Senes honorandi leuit. 19 f. Senes sensibus in ecclesia florebunt.

Quorum tetigerat deus corda, sequuntur Saulem quem constituerat ipse deus in regem,primo regũ decimo d.

¶Tectum

Tectum domus muro muniẽdum. deuteronomij 22 b. Super tectum loquitur Samuel Sauli.1.regum nono d.

¶Temeritas

Temeritas infelix.proue.15 c.

¶Templum

Quod templum ædificare nomini domini cogitauerat Dauid,benefecerat,3.re.8 b. Templi Salomonis ædificatio.3.re.6 a. Templum dedicat Salomon,3.reg.8 g. Templum Salomonis dedicatum ab ipso deo,2.reg.9 a.

Qui

Qui ad templi ministerium admittendi, & q̃ ab
filio ejiciendi, ezechiel. quadragesimo quarto c.
Quæ templi porta sit clausa. ezechi. quadragesi-
moquarto a. Templum quod ipse sanctifica
uerat, reiecturū se minatur deus Salomoni, si ipse
cum populo conuersi fuerint ad deos alienos. 3 re-
gum 9 b. Templum dei iubet Ioas instaurari.
quarto regum 12 a. idem facit Iosias. quarto regū
22 a. Templum dei diripitur a Ioa rege Israel
quarto regum 14 c. Templum dei diripit Se-
sac rex Aegypti. 3. regum 14 g. 2. paralipo. 1 c.
Templum Ierusalem diripitur. 4. reg 25 b c. iere.
52 d. Templi restaurationem negligentes ar-
guit propheta. aggæ. 1 a. Templi opus aggre
diūtur Zorobabel & Iesus a domino excitati, ag
gæ. 1 d. Templi ædificatio impeditur. 1. esdr. 4
a. Templi reædificādi dispositio, & ad id per
tinētiū, ezec. quadragesimo primo a. Tem-
plum restaurantibus se benedicturū promittit do
minus, agg. 2 c. Templum instauratur. 1. esd.
3 b. Templum reædificatur adhortatione Ag
gæi & Zachariæ. 1. esd. 5 a. Templum dedica
tur sub Esdra, 1. esd. 6 d. Templi secundi glo-
ria maior futura, quam prioris ob Chri aduentū
aggæ. 2 a. Templi euersio prædicitur. amos. 9
a. Templi destructio per Romanos prænun-
tiatur, zacha. 11 a. Templum spoliat Antio-
chus. 2. macha. 5 c. Templum violatur. 2. ma-
chab. 6 a. Templum ingredi & egredi per q̃s
portas oporteret, ezech. quadragesimo sexto c.
Templi purificatio sub Iuda Machabæo. 1. ma-
chab. quarto c. Templum vrbemq; Ierusalē
vastandam prædicit Christus. mat. 24 a. Et ē
plo ejicit Christus vendentes & ementes, fanās in
co cæ-

co cæcos & claudos, mat. 21 b. marc. 11 b. luc. 19 g. ioh. 2 c. In templo assidui deum laudant & benedicunt apostoli, expectantes spiritum sanctum lucæ. 24 g. In templo vnanimes orant fideles post susceptum spiritum sanctum, actuum 2 g. In templum ascendunt Petrus & Iohannes vt orent, actu. 3 a. In templis manufactis deus nō habitat. act. 7 g. 17 f. 3. re. 3 c. isa. 66 a. In qbus templis habitet deus, isai. 66 a. Templum sanctum dei, Christiani. 1. corinthiorum 3 c. ephes. 2 d. 2. corinthi. 6 c. Qui templum dei violauerit, a deo disperdetur. 1. corint. 3 d. Templi taberna culi aperti in cœlo visio. apocal. 15 c. Templū sunt spiritus sancti membra nostra. 1. corint. 6 d. Templum corporis sui destruendum ab ipsis Iudæis, prædicit Christus, ioh. 2 d. Templa gentium in pecuniæ quæstum erāt. 2. machabæorum 11 a.

¶ Tempus

Tempora certis vicibus semper currunt. gene. 8 d. Tempora distinxit deus sole, luna, & stellis. gene. 1 b. Tempore suo omnia proueniunt atq; trāseunt, eccēs 3 a. Vt tempore longo perseuerarent in terra promissionis, præcipiebatur Iudæis custodire præcepta dei. deuteronomij. 32 g. Tempora antiqua interroganda, & considerāda dei opera, deuteronomij 32 a. Tēpora nosse vel momenta, non est nostrum, quæ deus posuit in sua potestate, quando restituturus sit regnum Israelis veri actu. 1 b. Tempus prædestinatū in quo mittendus erat Messias, impletum esse pdicat Christus, mar. 1 b. in quo mortuus est, romanorum 5 b. Tempus Christi, tempus in quo constituerat pater saluare nos, 2. corinthi. 6 a.

Tempus huius vitæ, breue. 1. cor. 7 e. Tempus & occasio alios Christo lucrificandi, omnium rerum iactura redimenda. coloss. 4 a. ephes. 5 a.

¶ Tenebræ

Tenebræ super faciem abyssi, gen. 1 a. Tenebrę palpabiles nona plaga Aegypti. exodi 10 c. Tenebræ per totam terram in morte Christi, matthæi 27 c. Tenebræ non sunt in deo. 1. Ioh. 1 c. Tenebræ erant gentes ante cognitum Christum: lux autem postea, ephes. 5 b. A tenebris qui Iudæi erant, Iesus non creditus Christus. ioh. 12. Tenebrarum filij non sunt Christiani, sed filij lucis & diei. 1 thes. 5 a. Tenebrarum opera, gula, libido, contentio & æmulatio. rom. 13 d. Vt in tenebris peccati nō maneremus, venit Christus lucere in mundo, & dare sui cognitionem. iohan. 1 g. A tenebris errorum ereptus Paulus, & quare. 2. corint. 4 b. In tenebris infidelitatis si ambulamus, societatem cum luce Christo non habemus. 1. ioh. 1 c. In tenebris est, qui fratrem suum odit. 1. Iohā. 2 b. Tenebris cum luce nulla communio. 2. corinthiorum 6 c. Tenebras nostras illuminat deus. 2. reg. 22 c.

¶ Tentare

¶ Tentatio

Tentat populum suum deus. exodi 15 f. Tentat deus ipsum Abraham. probatque quanta esset ipsius fides in suas promissiones: iubens immolare Isaac, quem tamen solum habebat in q̄ promissio impleretur. gene. vigesimo secundo a. Vt tentet populum suum num in lege sua ambuler, an non, pluit panes de cœlo, exodi 16 a. Vt tentaret & probaret populum suum, & ostenderet eis cor ipsorum, duxit Iudæos deus per desertū deute.

deute.8 a. Vt tentaret & experiretur Iudæos, an ipsum amarent, non deleuit deus oēs Chananæos, iudicum 2 d.3 a. Tentat dominus filios Israel vt eum timeant, exodi 20. isa. 30 d. Tentati patres vt probarentur, iudith 8 b. baru. 2 a. Vt tentetur Ezechias derelinquitur a domino. 2. paralipo. 32. Tentat deus fidem nostram miraculis. deuteronomij decimotertio a. Tentatio grauis quod Elias a deo mittit esuriēs ad mulierem morientem fame. tertio regum 17 b c. Tentatio Saulis. vide Saul, 1. regum 13 b. Tentatio grauis oboritur sanctis ex prosperitate impiorum. psalm. 72. vers. 1. Tentatio iustos probat. ecci 27 a. Tentatione probari oportet eum qui deo gratus est. tobiæ duodecimo c. In tentatiōe deus expectandus. psalm. 26. ver. 20. In tentatione pios interdum vinci, & interdū vincere ostendit Iob exemplo suo. iob 3 a. A tentatione liberatus Ieremias, rursum ab ea ilico impetitur, ieremiæ vigesimo d. Tentationibus deuictis, fortius fidere discimus. psalmo septuagesimo, ver. vigesimosec. In tentationum noctibus puræ manus ad deum leuandæ, psalmo centesimo trigesimoter. vers. 1. Tentandus non est deus, deuteronomij 6 c. Nō tentandus deus, matthæi quarto b. neque Christus noster, ne pereamus Iudæorum exemplo, qui a serpentibus percussi sunt. prima corinthiorum decimo b. Tentant deum Israelitæ, petentes aquam, exodi decimoseptimo a. Tentat populus Israel deum, dicendo: Estne dominus in nobis, an non? exodi decimoseptimo b. Tentauerunt deum decies in solitudine Israelitæ, numeri 14 d. Tentat Gedeon an missus esset liberator Israel,

petendo signum in vellere, iudic. 6 g. Tentantur filij Iacob a fratre suo Ioseph, genes. 42 b. Vt tentet Salomonem, probetque an quæ de sapientia sibi a deo data ferebantur, vera essent, venit ad ipsum regina Saba, 3. regum 10 a. Tentant Christum, signa petunt, periculum facere volentes de eius potentia, mat. 16 a. Tentat Christus Philippum, iohan. 6 a. Tẽtationem significare afflictionem aliquando, vides deutero. 7 c. vbi nostra translatio habet plagas maximas Tentatio perpetua est hominis vita. iob. 7 a. Tẽtatur Iob ab vxore, iob 2 c. Tentat Christus a diabolo, mat. 4 a. vt ijs qui tentantur possit auxiliari, heb. 2 d. 4 d. In tentationibus Christi, quas a Iudæis pertulit, permanserunt apostoli, luc. 22 c. In tentatiões varias se incidere, gaudeant Christiani, iaco. 1 a. Tentatur vnusquisque a propria concupiscentia, non autem a deo, iaco. 1 b. Tẽtari non sinit nos deus vltra vires 1. corint. 9 c. eripiens nos de tentatione & afflictione. 2. petr. 2 b. Ne tentationem intrent, iubẽtur orare apostoli, mat. 26 d. Tentator. 1. thessalonicenses 3 b. cessat ad tempus tentare Chrm. lucæ 4 b. Tentare. Vide experiri

¶ Tentorium

Tentoriorum repertor Iabel, genes. quarto d. Tentorij forma, exo. 26 g. 27 b. 36 d. & eius situs. exodi 40 c.

¶ Tepidus

Qui tepidus est, nec frigidus, nec calidus, hunc deus euomet ex ore suo, apoc. 3 c.

¶ Terminus

Termini agrorum non transferendi. deute. 19 d. Terminos proximi transferens, maledictus, deu-

teronomij 27 c.

¶ Terra

Terræ molem rudem & indigestam creauit primo deus, aquis permistam, quã postea distinxit, & separauit ab aquis, genes. 1 a b. Terræ dat deus vim gignendi arbores & herbas, genes. 1 b. Terræ labij vnius, genes. 11 a. Terra maledicta spinas & tribulos proferens ob Adæ peccatũ, gene. 3 c d. Terram arat ipse Adam eiectus e paradiso, genes. 2 d. 3 d. Terram exercens. victum sibi parat Noe, genes. 9 c. Terræ a quibus diuisæ, gene. 10 a d. Terram omnem emit Ioseph, pro qua dat frumentum. genes. 47 d. Terra omnis dei est, exodi 9 f. 19 a. deute. 10 c. Terræ fructus maledictus non custodientibus præcepta, deuteron. 28 b d. Terra non dat germẽ suum, cum deus claudens cœlum non dat pluuiã eis qui non fidunt ei, deutero no. 11 b. Terram Iudæorum non obedientium præceptis suis se cõbusturum sulphure & sale minatur deus, deuteromij 29 d. Terra ferrea & ærea non custodientibus præcepta dei, deuter. 28 c. leuit. 26 c. Terræ fructus multiplicatur custodientibus præcepta, deuteron. 28 a. Terra gignet germen suum, si seruauerimus præcepta dei, leuit. 26 a. Terræ venditio quomodo facienda. leuitici 25 d. Terram Chanaan promittit deus, exodi 34 b. Terra promissionis qualis, deutero. 8 b. 11 b. Terram promissionis qui diuiderent, nume. trigesimoquarto d. Terræ diuidendæ Israelitis limites, numeri trigesimo quarto a. iosue 13 a. ezechiel. 47 c. Terram diuidere nouẽ tribus Israel, & dimidiæ tribui manasse iubet deus Iosue, iosue 13 b. 14 b. Terra sancta in qua deus loqui

tribu Manasse iubet deus Iosue. Iosu. 13 b. 14 b.
Terra sancta in qua deus loquitur. Exod. terr. a.
De terra Israel vt secum ferat, petit Naaman ab Eliseo, super quam reuersus in patriam adoraret verum deum Israel. 4. reg. 5 e. Terram aduocat Moses vt audiat, magnificentiam deo daturus. deu. 32 a. Ad terram iacens Dauid, ieiunus & flens, orat vt sanetur filius suus ex Bethsabee. 2. reg. 12 d. Terra bibens imbrem super se venientem, & non proferens fructus, reproba est. hebræ. 6 b. In terram reuertitur homo. genes. 3 d.
Terræ motus in morte Christi. matthæ. 27 f.
Terra, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur in die iudicij. 2. petr. ter. c. postea terra noua, & cœli noui
Terrenus, homo primus fuit, tales & huius posteri cuius imaginem improbis moribus expressimus, nunc cœlestem Christum cœlesti vita referre oportet. 1. corinth. 15 f.

¶ Terrere
¶ Terribilis

Terret deus aduersarios Iacob, vt non ausint eum persequi recedentem. genes. 35 a. Terribilis deus noster. deut. 10 d. 28 f.

¶ Tertullus

Tertullus orator Paulum accusat. actu. 24 a.

¶ Testamentum

Testamentum vetus. genes. 12 b. Testamentum vetus sanguine dedicat Moses. exod. 24 c. hebræ. 9 e. Testamenti veteris repetitio breuis a Iosue facta, vt ostendat dei bonitatē erga Iudæos, & eos prouocet ad implenda mandata. iosue. 24.
Testamentum & pactum dei ad Iudæos potissimum pertinent. roma. 9 a. Testamentum vetus legentes Iudæi, velatū cor habent, ita vt nō intelligant

eelligant,nec Christum recipiant.2.Corint.3.tert.d.
Testamētum nouum promittitur, in quō credētes docentur a deo,accepta remissione peccatorum p Iesum Christum.ierem.21 f. Testamentum nouum & æternum promittit dñs populo.Bar.2 g. Testamentum vetus,sanguine vitulorum dedicatum.heb.9 e. Testamentum dei cum hominibus.hebræ.10 c. Vide lucæ 1.in cantico Zachariæ, de iureiurādo dei cum patribus. Testamētum nouum,sanguine Christi dedicatum.matt.26 mar.14 b.luc.22 b. Vbi testamentum,mors testatoris intercedat necesse est.heb.10 e.alioqui non valet testamentum. Testamenti noui mediator Christus.hebr.8 b. Testamentorum hominum exemplo, Paulus cōfirmat testamentum dei quod morte filij confirmauerat,irritum fieri,si per legis opera iustitiam conferri hominibus,& non p solum Christum,quis prædicet,esset enim superordinare,quod ne in hominis quidem testamento fieri debet.galat.tert.c. Testamentum nouum non in litera scripta &ceremonijs situm,sed in spiritu,qui fide in ipsum euangelium datur,qui suas leges in cordibus nostris scribit.2.corint,tert.b. Testamenti noui dispensatorem constituit deus Paulum, eum ad id ministerij reddens idoneum.1. corinth.3 c.

¶Testificari

Testificatur nobis spirituſsanctus, Christum esse verum Saluatorem. 1.iohan.5 b. Testificatur Moses verba ad populum,quæ faciant.deut.32 g.

¶Testimonium

Testimonium siue tabulas testimonij ponit Moses in arcam.exod.quadragesim.b.

Testimonium falsum non dicendum. Exod. 20 c. Deut. 5 b. Testimonio duorum aut trium hominum statuit Paulus Corinthios absoluere vel damnare, ideo venturus tertio ad illos, monet vt se quisq; præparet. 2. corin. 13 a. Testimonium falsum contra Iesum quærentes principes sacerdotum, falsos testes reperiunt, quibus nihil respondet Iesus. matt. 26 f. Testimonium falsum proimpio ne dixerimus. exodi. 23 a. In testimonium, quod Israelitę elegissent dominum in deum, erigit Iosue lapidem. iosue 24 f. In testimonium contra filios Israel, præcipit deus cantilenam a Mose componi de futura ipsorum fornicatione, & afflictionibus propterea eis superuenturis. deut. 31 e. In testimonium erat filijs Israel liber Deuteronomij. deut. 31 f. g. Testimonium quod testificatus est deus de filio suo, est nos per ipsum solum vitam ęternã habere. 1. iohan. 5 c. Testimonium Iesu, est spiritus prophetiæ. apoc. 19 c.

¶ Testiculus

Testiculi quibus erant attriti vel amputati, nõ admittebant in ecclesiã siue cœtũ Israelitarũ. deu. 23 a

¶ Testis

Teste vno nemo occidebat. nũe. 35 d. deu. 17 b. 19 d
Testium duorũ aut trium testimonio lapidabatur idololatra. deu. 17 a. b. Testem falsum manet supplicia. prouerb. 19 a. 25 c. Testis falsi pœna. deu. 10 d. Testibus falsis lapidatur Naboth. 3. règ. 21 c. Teste deo, & Saule Christo dei, fatetur populus innocentiam Samuelis. 1. reg. 12 a. Testis deus fœderis Iacob & Laban, genes. 31 g. Testes apostoli præordinati passionis & resurrectionis Christi, quam annuntiare debebant vsque ad extremum terræ, quodque esset verus Messias.

Lucæ.

Lucæ.24 g. Iohan.15 d. Act.1 b.2 e.10 f. Testis spiritus sanctus in apostolis & fidelibus, conuersionem & remissionem dari per Christum. actu. 5 f. Testes inuocat Moses cœlum & terram verum futurum quod dicit. deu. 30 d. Testes inuocat cœlum & terram Moses contra Israelitas. deute. 31 g.

¶Thamar

Thamar vxor Her. genes. 38 a. Thamar sedet vidua in domo patris sui, donec creuisset Sela. gen. 38 b. Thamar accusatur fornicationis apud socerum suum. gene. tric. octa. f. Thamar Iudæ soceri sui testimonio iusta. genes. trice. octa. f. Thamar geminos cõcipit ex Iuda socero suo, Phera & Zara. gene. tric. octa. d. e. g. Thamar sororem suam violat Amnon. 2. reg. deci. tert. a. Thamar filia Absalom. 2. reg. 14 f.

¶Thaphnes

Thaphnes regina Aegypti. ter. reg. 11 d.

¶Thapsa

Thapsa ciuitas percutitur a Manahem rege Israel. 4. regum. 15 c.

¶Thare

Thare generatio. gene. 11 d. Thare cum Abrã filio it in Aran siue Charan. genes. 11 d. Thare genuit Abram, Nachor & Aram. genes. 11 d. Thare moritur. gene. 11 d.

¶Thathanai

Thathanai dux frustra conat inhibere ædificationem templi. 1. esdr. 5 a. Thathanai epistola ad regem Darium, qua consulit eum super ædificatione templi. 1. esd. quinto b.

¶Thau

Thau insigniunt seruãdi ex populo Iudaico. eze. 9 b.

¶Thebe

Thebes ciuitatem oppugnans Abimelech, occidi' tur a muliere. iudic. 9 g.

¶ Thebni

Thebni vult populus constitui regem super se, cõ tempto Amri, & occiditur. ter. reg. 16 c.

¶ Theraphim

Theraphim vestẽ sacerdotalem facit: sibi Micha cum Ephot, cõsecraturus dñs. iudicum 17 b. quam auferunt secum filij tribus Dan. iudic. 18 c.

¶ Thesauri

Thesauri templi dei in ædificationem ipsius templi seruati. ter. regu. 7 g. Thesauros domus dei diripit Sesac rex Aegypti. ter. re. 14 g. Thesauros recondere in terra, prohibet Christus, id est, spẽ (vt interpretatẽ Marcus) ponere ĩ diuitijs. matt. 6 c. Thesauri nostri sint in cœlo, spem in deo collocantes. matthę. 6 c. Vbi thesaurus noster, ibi est & cor nostrum. matt. 6 c. De thesauro cordis boni, exeunt bona verba. matthę. 12 c. Thesauri absconditi parabola, euangelij pretium memorat Christus, & quanto cum desiderio suscipi oporteat atq; iam a cognoscentibus vim eius suscipiatur. matt. decim. tert. f. In thesaurizantes, qui multa bona sibi congregant, sperantes per ea se posse famem & mortẽ euadere temporalem. luc. 12 c. Thesaurum euangelij circunferebat Paulus in vasc fictili, corpusculo afflictioni & contumeliæ obnoxio, ne beneficij sublimitatem suis viribus, sed virtuti dei tribueret. 2. corinth. quart. b. Thesauri omnes sapientiæ & scientiæ in Christo reconditi. colos. 2 a. Thesaurũ suũ aperit deus. d. cœlũ, dando pluuiã tpe suo seruantibus præcepta. deu. 28 b. In thesauris dñi signatum. deut. 32 c.

Thesau-

Thesaurorum custodes. 2 Esd. 12 d.

¶ Thessalonicenses

Thessalonicensibus Christum Paulus annuntiat, actu. 17 a. A Thessalonicensibus euangelium diuulgatum in Macedonia & Achaia. 1 thess. 1 c.

¶ Thola

Thola iudex in Israel post Abimelech. iudic. 10 a.

¶ Thomas

Thomas audens animi, hortatur reliquos apostolos ad mortem, Iohan. 11 b. Thomas interrogat Christum, quæ sit via ad patrem, Iohan. 4 a. Thomas non prius credit apostolis Christum resurrexisse nuntiantibus, quam immiserit digitum in latus ipsius, & c. Iohan. 20 f.

¶ Thopheth

Thopheth destruitur. 4 reg. 23 c.

¶ Thou

Thou rex Emath cõgaudet Dauidi ob percussum Adarezer, mittitq; ei munera. 2 regũ 8 c. Thou rex Emath, petit a Dauide pacem. 2 regum 8 c. 1. Par. 18 c.

¶ Thronus

Thronus Salomonis qualis. 3 reg. 10 c. Throni magni visio, apoc. 20 d.

¶ Thus

¶ Thuribulum

Thuris oblatio. Leuit. 2 a. Thuribula Dathan Core, & Abiron extenduntur in laminas, numer. decimo sexto e.

¶ Thymiama

Thymiamatis confectio, exod. 30 d, 37 d.

¶ Tibicen

Tibicines mortua filia principis synagogæ tibijs canunt, matthæi nono c. Tibijs licet CHRISTVS Iudæis cecinisset, & amico &

eo & illicibili conuictu vixisset inter eos, non sunt tamen pellecti ad susceptionē euangelij. matt. 11 b.

¶ Tigris

Tigris fluuius. genes. 2 c.

¶ Timere

¶ Timor

Timendus Deus, leuit. 19 g. deutero. 1 a. c. 10 d. 13 a. 1. reg. 2 b. 12 c. d. 4. reg. 17 f. Timeamus Deum timore syncere sanctęq; colendi, purecq; venerādi, qui corpus & animam perdere potest in gehēnam non aūt timeamus eos qui corpus occidūt aut passiones infligunt, matthæ. 10 c. 1. petr. 2 c. terti. c. Timens deum, siue sit gentilis, siue Iudæus, acceptus est ei. actu. 10 e. Super timentes deum, misericordia eius æterna, lucæ 1 e. In timore, charitate & fide deum reuerendo, toto incolatus nostri tempore conuersemur, 1. pet. 1 c. Timeant deum iudices. exod. 18 c. Vt timeat ipsum populus, optat deus, vtq; præcepta ipsius custodiat. deu. 5 d. Timere deum discamus. deutero. 14 c. Vt timere deum discat rex, legat Deuteronomiū. deu. 17 d. Vt timere deum discerent, præcipit deus legi Deuteronomium. deu. tricesi. prim. c. Vt timere deum disceret populus Israel, apparuit ei deus in monte Sinai siue Horeb in tonitru. deut. 4 b. exod. 20 c. Timere se erudiuit deus filios Israel. deute. 8 b. Vt timeant deum, & ei toto corde seruiant, exhortatur Iudæos Iosue, commemoratis prius beneficijs quæ in ipsos contulerat. Iosue 24 a, b. c. Timent deum filij Israel videntes signa & miracula. exod. 14 g. Timet populus auditis tonitribus, & cæteris cum daretur lex. exod. 19 c. Timens dei iram Moses, orat pro Israelitis. deutero. 9 c. Timentium dominum

num laus.eccl 34 c. Timoris dei præconium,
prou.28 c.eccl 1 c.10 c. Timor domini.exo.33 a.
eccl 15 a.23 d.25 b.27 a. De timore & honore do
mini,malach.1 a. Timore dei reuocamur a
peccatis,leuit.19 c. Timet deum Adam post
peccatum.gen.3 b. Timet deum ipse Iacob.ge
nes.42 d. Timentibus deum obstetricibus pro-
uidet deus,exod.1 d. Timens verbum dei de
seruis Pharaonis, seruatur a grandine omnia va-
stante.exodi.9 d. Timens deum Abdias dispē
sator domus Achab. abscondit centum prophe-
tas,ne occiderentur a Iezabel.3 re.18 a. Timē-
tes deū,& idolis seruientes.4 reg.17 f. Non timet
deū Pharao,nec fetui ipsius.exod.9 f. Timen-
di parentes.leuit.19 a. Ne timeat Abraham,
hortatur deus.gen.15 a. Ne timeat Isaac, hor-
tatur dominus,quod cum eo sit.Genes.26 c. Ne
timeat ipse Iacob cōsolatur a deo in itinere Aegy
pti,gene.46 a. Timere Mosen ab inimicis, nō
vult deus.num.21 g. Ne timeat ab Amorrhæ-
is,exhortatur deus ipsum Iosue, Iosue 10 b.11 a b.
31 b f. Ne timeat Gedeon , sed pacem habeat,
angelo facie ad faciem conspecto,exhortatur de-
us,iudicum 6 e. Ne timeat populus hortatur
populum Samuel confitentem peccatum suum,1.
regum 12 d. Vt timeant nos hostes nostri,faciet de
us si mandata eius custodierimus,deureron.11 c.
Timorē populi Israelitici dedit deus super oēs po
pulos,fecitq; vt omnes populi timerent eos, deut.
2 c. Ne timeat in media fame,hortatur mulie-
rem Sarephthanā Elias,deum affuturum,et bona
multiplicaturum affirmans.3 regum 17 b c.
Timeamus,ne relicta promissione dei,infidelita-
te perea-

te pereamus, Heb. 4 a. Timet omne animal, Geneſ. 9 a. Timent nocte & die qui non obediunt præceptis dei, deut. 28 g. Abſque timore erimus, ſi ſeruauerimus præcepta dei, leuit. 26 a. Timent filij Iacob a fratre ſuo Ioſeph, geneſ. 43 d. Ne timeant hortatur Ioſeph fratres ſuos poſt mortem patris, geneſ. 50 c. Timetur Dauid a Saule, quod deus eſſet cum ipſo. 1 reg. 18 g. Timetur rex Salomon a populo videnſ ſapientiam ipſius. 3 re. 3 d. Timent filij Iſrael, videntes Pharaonem perſequentem, exod. 14 c. Timentes ſibi a Philiſthæis Iſraelitæ rogant Samuelē vt pro ipſis oret, 1 re. 7 b. Timentes ignem filij Iſrael, non acceſſerunt ad montem, ſed Moſes locutus eſt eis, deu. 5 a. Timet Dauid percuſſo Oza a deo reputans ſuam indignitatem, & iratum contra ſe deum ſentiens. 2 reg. 6 b. Timidus Iacob, diuidit populum ſuum per turmas, mox ad oratiōem confugit, Geneſ. 32 b. Timidi Iſraelitæ & infideles, audita ſuperbia Goliath. 1 reg. 17 b c. Timidus Samuel non audens ire ad vngendum Dauidem, coactus a deo vngit ipſum, 1 reg. 16 a. Timidus Saul, audiens Philiſthæos contra ſe pugnare, 1 reg. 28 a. Timidus Elias fugit Iezabelem perſequentem ipſum, 3 regum 19 a. Timidus Elias, niſi iuſſus ab angelo, non audet alloqui Ochoziam, 4 regum 1 d. Timidos iubet deus reuerti ab exercitu Gedeonis ad domos ſuas, iudicum 7 a b. Timor tribuendus cui debetur, ro. 13 c. Timor dei inuadit populum, & obediunt Sauli, 1 regum 11 b. Timor Iſaac, i. deus quem colit Iſaac, gen. 31 f g. Timorem ſuum mittit deus ante aduerſarios populi, id eſt incutit timorem aduerſarijs populi ſui, vt timeant populum ſuum.

suum,& non noceant,exod.23 e. Sine timore vixit populus regnante Salomone,3 regum 4 c. Timorem vt abijciant,hortatur Moses populum deut.1 d,docens eos dei potentiam & bonitatem, deut,1 e,3 a. In timore dei dominari populo dei,2 regum 23 a. Timorem Abrahæ erga se, commendat ipse deus,genes.22 c. Ne timeant & paueant ad conspectum idololatrarum fidentes dei promissioni,qui promiserat se easdem deleturum,exhortatur Moses,deut.31 a. Non timet Eliseus videns exercitum missum a Syrorum rege,vt eum caperent,quod deus cum eo esset,4 regum.sexto d. Vt sine timore deo seruiremus operando opera sancta & iusta omnibus diebus nostris,liberauit nos Christus a potestate diaboli, luc.1 g. Vt timor, diffidentia ve de possidendo regno dei absit a nobis,hortatur Christus, & quare,luc.12 d. Qui timet iudicium futurum, pœnas & cæt.non est perfectus in charitate erga deum,1 Petr.4 d

¶Timotheus

Timotheus interimitur,2 mac.10 g. De timotheo ministro dei in euãgelio.1 Cori.4 d.16 b.2 Cor. 1 a. roman.16 d.1 thess.3 a.philip.secundo c.quem Paulus circumcidit,& quare, Actuum decimo sexto a.

¶Tintinnabulum

Tintinnabula in pedibus tunicæ superhumeralis Aaron, Exodi vicesimoquarto c f.tricesimo nono e.

¶Titus

Apud titum iustum hospitatur Paulus, Actuum. 18 b. Titus gentilis non circumciditur,& quare.Galat.secundo a.

¶Titulus

¶Titulus

Titulum lapideum erigit Iacob in loco in quo loquuntus fuerat ei deus, genes. 35 b. Titulus crucis Christi, Matth. 27 e. Marci. 15 b. Lucæ 23 c. Iohan. 19 d.

¶Tobias

Tobias captiuus inter assyrios viam veritatis nō deserit. tob. 1 a. Tobias ducit Annam vxorem ex qua Tobiam generat. tob. 1 b. Tobiæ charitas in Gabelum & in cæteros fratres, tob. 1 c. Tobias fugit a facie Sennacherib. tob. 1 d. Tobias inuitat timentes deum ad prandium. tob. 2 a. Tobias relictis conuiuiis, tollit corpus mortuum in domum vt sepeliat, & a propinquis arguitur, tob. 2 a. Tobias efficitur cæcus in exemplum patientiæ posteris. tob. 2 b. Tobiæ iunocentia tob. 2 d. Tobiæ exprobrat vxor eleemosynas tob. 2 b. Tobiæ oratio ad deum. tob. 3 a. Tobiæ exhortatio ad filium cum iam se moriturum putaret. tob. 4 a. Tobias pecuniam Gabelo mutuatam sub chirographo, filio indicat. tob. 4 d. Tobias iunior missus a patre in Rages ad Gabelum, quærit socium itineris, tob. 5 a. Tobiæ patri promittit Raphael sanitatem, tob. 5 c. Tobias iunior proficiscitur angelo comite, tob. 5 d. Tobias inuasus a pisce liberatur ab angelo, eiusq; monitu reseruat sibi cor piscis, fel, & iecur, tob. 6 a b. A Tobia rogatus angelus ad quæ medicamenta cor piscis, fel, & iecur cū ferant, declarat, tob. 6 b. Tobias petit filiam Raguelis sibi dari in vxorem. tob. 7 c. Tobias introductus ad Saram, assat partem iecoris, eamque hortatur ad orationem, tob. 8 a. Tobiæ iunioris oratio, tob. 8 b. Tobiæ matris solicitudo pro eo.

do pro eo.tob.10 d. Tobiam a se dimittit Raguel vna cum vxore,tob.10 c. Tobias relicta familia cum vxore in medio itinere, præcedit cum angelo,tob.11 a. Tobias pater suscipit filium suum cum gaudio & visum recipit.tob.11 c. Tobias iunior patri cõmemorat beneficia a Raphaele in se collata,tob.12 a. Tobias pater & filius eius offerunt Raphaeli dimidiam partem bonorum suorum. iob.12 b. Tobias moriturus prædicit filio & nepotibus Niniues destructionem.& Ierusalem restaurationem,tob.14 b. Tobiæ senioris ætas,tob.14 a. Tobiæ iunioris exhortatio ad filios,tob.14 c. Tobias iunior post obitum matris reuertitur ad soceros,& 99 anno ætatis suæ moritur.tob.14 d.

¶Tonitru

¶Tonare

Tonitrua dat deus,grandinem cum igne, quibus homines & iumẽta in agris Aegypti destruit,exod.9 e. Tonitrua auditur cum datur lex. exod.19 c. Tonat dominus super aduersarios suos, 1 reg.2 b. Tonante domino de cœlo,ad preces Samuelis conteruntur Philisthæi.1 regum 7 c.

¶Tonsio

¶Tonsus

In tonsione ouium celebrabantur conuiuia. vt de Absalom legimus 2 re,13 c. Tonsus Ioseph præsentatur Pharaoni.gen.41 b.

¶Torques

Torques aureæ camelorum Israelitarum dantur Gedeoni,iudic.8 f.

¶Tradere

¶Traditio

Tradit deus Iudæos in manus diripientium quod

dſs alienis ſeruirent.iudicum 2 b.3 2.4 2.6 2.
Tradi in manus Madianitarum Iſraelem queritur Gedeon.iudicum 6 c. Tradit deus hoſtes in manus eligentium ſe.deuteron.20 c. Tradit deus regem Og in manus Iſraelitarum,num.21 g. Tradit deus hoſtes Iſraelitarum in manus eorum, quos ipſi tunc occidunt.deuteron.2 e f g.& 3 a.
Tradit deus vrbem Hai in manus Ioſue, docens interim ipſum quo modo capturus ſit eam. Ioſue, 8 a b. Tradit deus Amorrhæos in manus Ioſue Ioſ.10 b, Item Heuæos,Iebuzæos &c. Ioſ.11 a b Tradit deus Iericho vrbem in manus Ioſue, Ioſ.6 b d.Item alias vrbes. Ioſ.10 e f g. Tradit deus Chananæum & Pherezæum in manus Iudæ. Iudicum 1 a. Tradit deus Amorrhæos,& reliquos in manus Iſraelitarum,ita vt eis quidē vtatur,& egregie pugnent,quorum tamen gladio & arcui non vult victoriam tribui,ſed ſibi ſoli,Ioſue 24 c. Tradit deus caſtra Madianitarum in manus Gedeonis,Iudicum.7 c d f g, Tradit ita deus Madianitas in manus Gedeonis vt Gedeonis miniſterio(quo poterat carere)vteretur,& p eum operaretur quod ſolus poterat facere.iudic.7. d e f g. Tradit deus Chuſanraſathaim in manus Othonielis iudicis.iudicum 3 b. Tradit deus Ammonitas in manus Iephte.Iudicum.11 f. Tradit deus Beniaminitas in manus reliquorum Iſraelitarum,propter ſcelus cōtra naturam ab eis perpetratum.iudicum 20 d. Traditiones humanæ vitandæ,roman.decimoſex. c.quales ſint. Coloſſ.2 b.

¶Trahere

Trahuntur a deo patre ad Chriſtū, quotquot credunt,Iohan.6 c.

¶Tregel-

¶Tragelaphus

Tragelaphū poterant Iudæi comedere, deut. 14 a.

¶Transferre

Transfertur Elias, & curru igneo rapitur in cœlū. 4 regum 2 b.

¶Transfigurare

Transfiguratur Christus. matth. 17 a.

¶Transgressio

Transgressio mandati, propter quam omnes constituti sumus peccatores. Genes. 3 b. Transgressionum expiatio. num. 5 a.

¶Transire

¶Transitus

Transit Iordanem populus proficiscens in terram Chanaan, Ios. 3 d. 4 c. Transiens deus ante populum Israel. i. deducēs eos, delet omnes gentes coram eis. deuteron. 31 a. Transire ad numerum, pro recenseri. exo. 30 b. Transitus victima agnus paschalis, exod. 12 d.

¶Tria

¶Tres

Tria quæ bene gradiuntur, Prou. 30 d. Per tria mouetur terra, & quartum prorsus ferre nō poterit prou. 30 c. Trium puerorum canticum, & eorum liberatio, daniel. 3 e g.

¶Tribulatio

¶Tribulatus

¶Tribulator

Tribulationes futuras ijs qui Christo crederēt, postea gloriam sempiternā, prædixerat spiritus sanctus per prophetas. 1 petr. 1 b. Tribulationum quas passuri essent apostoli propter nomen suum, præmonet Christus & quare. Iohan. 16 a.

Vt Tribulationes patiantur qui prædicationi

præsunt, positi sunt, & a deo dilecti, 1 thess. 1 b. Tribulationes pati pro deo non possumus, nisi ipse det: dei enim donum est, philip. 1 d. Tribulationes inferens deus, a domo sua qui sunt fideles, incipit, & eos primos affligit. 1 pet. 4 d. Tribulationem non effugient serui, neque odium mundi cum Christus dominus non effugerit, Iohan. 15 c. Tribulatio magna in ecclesia sub Stephano, actu. 8 a. Per tribulationes multas, oportet intrare in regnum dei. actu. 14 d. Tribulationes & aduersitates passuros, qui ad Christum accederent, eique per prædicatiõem verbi offerrentur, præmonet ipse Christus, cum victimæ & salis meminit, mar. 9 g. Qui tribulantur & affliguntur, non propterea peccatores aut infeliciores iudicare debemus, luc. 13 a. Tribulationes fiunt ad probationem nostram. 1 petr. 4 c. Tribulationes pro re digna acceptat deus, quam & remunerat. 2 thess. 1 b. Aduersus tribulationes & persecutiones externas consolatur suos Christus, Iohan. 15 c. 16 g. in quibus confidere debemus superaturos eas nos per ipsum. In tribulationum incendio & æstuatione ne simus attoniti, sed gaudeamus quod consortes simus afflictionum Christi, & crucem habeamus communem. 1 pet. 4 c. Ad tribulationes fortiter perferendas, exhortatio vehemens. Hebræ. 12 a. Tribulationes esse ferendas, exemplo nobis est Christus. 1 Pet. 2 d. Ne tribulationes timeamus, neque euangelij aduersarios. Philippens. primo d. Tribulationes CHRISTI, maiores diuitias æstimauit Moses, quam thesaurum AEgyptiorum. Hebræ. 11 c. Tribulatio patientiam parit, Roman. 5 a. 12 c, & gloriæ pondus. 2 Corinth. 4 d.

Post

Post tribulationes maximas conuertit deus populum suum ad se, sua misericordia, deute. 4 c. Tribulatiõibus compellit deus ire ad se. isa. 26 c. In tribulatiõibus deus nos perficit, vt corroborati crescamus in sui cognitiõe. 1. pet. 5 c. Tribulationẽ patiẽtibus, requies promittitur. 2. thessalonicenses 1 c. A tribulationibus solus deus saluat, & eripit. 1. reg. 10 c. In tribulatione respicit filios Israel deus, & cognoscit eos esse quibus promisisset liberationem a seruitute grauissima exo. 2 d. In tribulatione toto corde quærendus deus, deu. 4 d. In tribulatione deo fidendum. isai. 8 c. Tribulationis tempore exaudiuit Iacob deus, gene. 35 a. In tribulationibus a deo derelicti fideles, etiam in deo sperant, psal. 43. ver. 11. Tribulationes si sustinuerimus, conregnabimus Christo. 2. timo. 2 b. Tribulationes ob nomen Christi patientes, aias suas fideli creatori cõmendent, nihil sibi fidẽtes. 1. pet. 4 d. Tribulationem in oibus patitur Paulus, at non angustiatur, nec anxius redditur. 2. cor. 4 b. Tribulationes & vincula nõ timet Paulus, mõ euangeliũ nuntiet, act. 20 e. In tribulatione & consolatione deo canendum. Psalm. 41. vers. 11. In tribulationibus omnia deo committenda. psalm. 54 vers. 14. In tribulatione deum laudat Iob. iob 1 d. In tribulationibus Paulus & Sylas deum laudant, actuum decimosexto e. & in ijs gloriatur, gala. 6 d. 2. corinthiorum 6 a. 7 a. 2. timotheum 2 d. Tribulationes Pauli, gloria erat Ephesiorum, ephes, tertio b. Per tribulationes euangelium Paulus annuntiat Thessalonicensibus. 1. thessalonic. secundo a. in quibus susceperunt & ipsi verbum. 1 thess. 1 c. In tribulatione consolatur

solatur deus Paulum, & quare, 2 Corinth. 1 a. In tribulationibus gloriantur fide iustificati, libẽter quiduis patientes ob talem gratiam a deo susceptam, roman. 5 a. In tribulationibus exultãtes Macedones laudat Paulus. 2 Corinth. 8 a. Post tribulationes laudat Dauid deum. 2 regum 22 a. Quod tribulationes libenter passi sint Iudæi conuersi ad Christum, propter euangelium laudãtur. Heb. 10 g. In tribulatiõe Pauli recedit Phygellus & Hermogenes, perstat autem Onesiphorus. 2 tim. 1 d. In tribulatione, sunt qui cum videantur fauere euangelio, postea oppugnare incipiunt, vt Alexander ærarius: qui cauendi sunt. Itẽ qui infirmitate humana victi, occultentur, non audientes palam confiteri quod credunt, ex quorum numero fuerunt qui Paulum deseruerunt, quum primum coram Nerone sisteretur, 2 timot. 4 c. Tribulationes & vincula Pauli tantum abfuit vt nocerent verbo euangelij, vt per eas magis ac magis creseeret, & audacius prædicaretur, philip. 1 h. Tribulationes non patiantur fideles ob homicidia futura & cæt. 1 petr. 4 d. Neque tribulatio, neque angustia & cæ. separare nos potest a dilectione dei, roman. 8 g. Qui tribulationes inferebant apostolis & eos excommunicabant, arbitrabantur se obsequium præstare deo, Iohann 16 a Tribulationis dies. quarto regum deci. nono a. Tribulati oratio ad deum, Psalmist. 42 vers. 1. Tribulatoribus pœna æterna: tribulatis, requies 2 thessalon. 1 c.

¶ Tribunal

AD TRIBVNAL Christi omnes sisti oportet. 2 Corinth. 5 c.

¶ Tribunus

Tribuni

Tribuni constituuntur a Mose super Israelē, exo. 18 c. deut. 1 b.

¶ Tribuere

Tribuendum in simplicitate. roma. 12 b.

¶ Tribus

Ex sua tribu filij Israel ducant vxores, mulieres similiter nubant. nume. 36 c. Tribus Dan quærit sibi possessionē inter reliquas tribus, missis exploratoribus in terram, iudic. 18 a. Tribus dimidiæ Manassæ habitatio. 1. paralip. 5 d Tribuum quinq; sortes. ezech. 48 c. Tribuū septē sortes. ezechi. 48 a.

¶ Tributarius

¶ Tributum

Tributaria erat ciuitas quæ pacem oblatam recepisset, & non occidebantur, deu. 20 c. Tributa reddenda & census, cui reddendi sunt. matth. 22 b. lucæ 20 c. romano. 13 c. Tributum soluit Christus, ne scandalo esset, & in causa quo minus euangelio crederent qui illud exigebant, matthæi 17 d.

¶ Trinitas

Trinitatis mysterium significatur in verbo faciamus. gen. 1 d. 2 c. Item in verbo Nobis, gen. 3 d. Et in verbo Venite, gen. 11 a. Itē in tribus illis hoibus quos hospitio suscepit Abraham. gen. 18 a.

¶ Tristitia

¶ Tristari

A tristitia festinat mors. eccles. 25 b. 30 d. 38 b. Spiritus tristis exiccat ossa. prouerbiorum decimo septimo d. vigesimoquinto c. Tristitia afficitur iuuenis ille diues, iussus vendere omnia, & omnibus renūtiare, vt Christum sequereť. lu. 18 d. Tristitia afficiuntur apostoli, audientes Christum

passurum.matth.17 d. Tristes apostoli, quod Christus suam ab eis præsentiam corporalē se abstracturum diceret.iohan.16 a. Quantam tristitiam habituri essent apostoli quandiu in sepulchro esset ipse,proposito de muliere pariēte exemplo,docet Christus.iohan. 16 c. Tristis anima Christi est vsque ad mortem.matth.26 d. Tristitia afficiuntur & flent fratres,quod Paulus dixisset eos nō amplius visuros faciem suam.act. 20 g.21 b. Tristitia afficitur Paulus ob Epaphroditi malam valetudinem.philip.2 d. In tristitia constitutus aliquis oret. iacobi 5 c. Ne tristitia afficeret Corinthios Paulus,coactꝰ in eos sæuire,eos non odijt iuxta promissum.2.corinthi.2 a. Tristitia qua quis ob deum offensum dolet,pœnitentiam salutarem operatur: quæ autem ex mundanis affectibus nascitur, mortem affert.2. corinthio.7 c. Tristatur Christus ob cæcitatem cordis Iudæorum.marci tertio a. Non ex tristitia, aut ex necessitate subueniendum pauperibus, sed sponte & hilariter.2. corinthi. 9 b. Quasi tristis habitus est Paulus, cum tamen semper gauderet.1. corinthi. sexto b. Tristatur Isaac supra modum,Iacob præripuisse benedictionem fratri Esau.gene.27 c. Tristatur Samuel audiens deum irasci contra Saulem.1. re.15 c. Tristatur Dauid, videns percussum a deo Ozam,iratum timens contra se deum, & suam indignitatem apud se reputans.2.regum 6 b. Tristatꝰ Dauid,audita morte Saulis & Ionathæ. 2.regum 1 b.

¶Trulla

Trullæ cæmentarij visio.amos 7 b.

¶Tryphon

Tryphon dux exercitus regis Antiochi.1. macha bæorum 13 c.

¶Tuba

Tubæ argēteæ,& earum officia.nu.10 a. Tu barum festum.leuiti.23 d.

¶Tubalcain

Tubalcain primus q malleo fecit opera ex ære& ferro,gene.4 d.

¶Tunica

Tunica Aaron.exod.28 g. Tunicæ lineæ filio tum Aaron,exod.28 g. Tunica superhumera lis.exo.28 c.39 d. Tunica Samuelis,quam affe bat ei mater sua quotannis.1.reg.2 d. Tunica Christi.iohannis decimonono c. Tunica ma culata.iudæ g.

¶Turbator

Turbatorem terræ vocat Elias Achab,quod sua idololatria effeciſſet,ne deus plueret super terram Iudæ.3.regum 18 c.

¶Turbo

In turbine, igneo curru, & equis igneis rapitur in cœlum.4.regum 2 b.

¶Turpiloquium

Turpiloquium ex ore nostro abijciendum, ephe.5 a.colos.3 b.

¶Turris

Turrim Phanuel subuertit Gedeon, ob denega tos fessis militibus panes.iudicum octauo d. Turris Sichem cum 1000.hominibus comburitur iudicum 9 f g. De turrim ædificaturo. vide re nuntiare.

¶Tympanum

Cum tympanis & choris cantant deo mulieres. exodi 15 c. Cum tympanis & choris occurrit

patri victori filia Iepthe, iudic. 11 f.

¶Tyrannus

Tyranni imago, prou. 28 c.

¶Tyrus

Tyri celebritatem ex frequentia & varietate negotiatorũ describit Ezechiel, ezechielis vigesimo septimo a. Tyrum euertendam prædicit Ezechiel, quod insultauerit destructæ Ierusalem, ezechielis 26 a.

V

¶Vacca

VAccæ lactantes plaustro iunctæ reducũt arcam dei. 1. reg. 6 c. De vacca rufa, ex cuius cineribus aqua asperſionis fiebat pro peccato. num. 19 g.

¶Vagao

Vagao eunuchus mittitur ad Iudith, vt suadeat ei consentire Holoferni, iudith 12 c.

¶Vallis

Vallis Achor, iosue 7 d.

¶Vaniloquium

¶Vanitas

¶Vanus

Vaniloquia & prophana vitet episcopus, q̃ pertrahunt ad impietatem. 2. timoth. 2 c. Vanitati subiecta est omnis creatura non volens, roma no. 8 d. Vanitates, idola. 3. regum 16 f. Vanitatibus suis, id est, idolis seruientes Israelitæ prouocauerunt deum ad iracundiam, deuter. 32 c. Vana vocat Samuel idola. 1. regum 12 d. Vanæ sunt cogitationes sapientum iudicio dei, 1. corinth. 3 d.

¶Vas

Vasa ad vsum tabernaculi, exod. 25 c. 37 b.

Vasorum

Vasorum transmigrationis parabola. Ezec.12 a
Vasa aurea apud Salomonem. ter.regum 10 d.
Vt vasa aurea & testacea in magna domo & diuiti, sic in ecclesia fideles & infideles. 2.timo.2 c.
Vasa pro corpore hominum accepta. 1.reg.21 b.
Vasa fictilia vocat Paulus corpora nostra .2.cor. 4 b. quæ in sanctificatione debet vnusquisq; possidere, & cauere ne peccato maculentur. 2.thessa.4 a

¶Vasthi

Vasthi regina ob inobedientiam ab Assuero repudiatur. esther.1 b.

¶Vectigal

Vectigal magistratui pendendum. roma.13 c.

¶Vestis

Vestium tabernaculi forma & vsus. exo.26 e.36 d.

¶Velum

¶Velamen

Velum tabernaculi quale. exod.26 f. 36 d. f.
Velum templi in morte Christi scinditur. matthę. 27 e. Velamen habebat Moses super faciem quando loquebatur ad populũ, quod deponebat quando cum deo loquebatur. exod.34 d. Velamen positum super cor Iudæorum, cum legunt vetus testamentum, quando auferendum. 2.corin.3 d
Velamen quod erat in tabernaculo dei, carnem Christi figurabat. hebr.10 d.

¶Velle

Velle & perficere operatur in nobis deus. phil.2 b

¶Vellus

In vellere signum quærit Gedeon sibi dari, quo certus sit se a deo missum liberatorem Israel, iudicum sext.g.

¶Venator

Venator robustus Nemrod. Genes. 10 b. Venator Esau. genes. 25 d.

¶ Vendere

¶ Venditio

De venditionibus & emptionibus. Leui. 25 d. De venditore. eccl 26 d. 27 a. Vendere quæ possidemus, vt inde pauperibus elargiamur quo inopiam subleuent, iubet Christus. luc. 12 d. Vendere omnia quæ possidebat & dare pauperibus, iubet Christus iuueni illi confidenti in diuitijs, secꝫ se qui. matt. 19 c. mar. 10 c. luc. 18 d. Vendunt fideles primi possessiones & substantias, & diuidunt egentibus. act. 2 g. 4 g. Venduntur hostibus Iudæi ab inimicis, derelinquentes deum, & idolis seruientes. iudic. 2 b. c. Vendiderat deus Iudæos, & concluserat eos inter hostes, ideo eos facile vincebant ipsi hostes. deu. 32 e.

¶ Venire

Vt veniant ad se laborantes & onerati, peccata sua sentiētes, vocat Christus, pacem & animi tranquillitatem eis donaturus. matt. 11 d.

¶ Venter

Ventris fructus multiplicabitur custodiētibus præcepta. deut. 28 a. Ventrem leuare extra castra præcipitur Iudæis, operto quod egessissent effossa humo. deu. 23 b. c. Ventris fructus maledictus non seruantibus præcepta. deute. 28 b.

¶ Ventus

Sine vento & pluuia deus dedit impio Ioram aquas vt vel sic conuerteretur. 4. reg. 3 c.

¶ Venundatus

Venundatus Achab & faceret malum coram deo tert. regum 21 f.

¶ Verax

Verax deus, præstans quod promiserit. Exod. 34 a
Veracem deum in suis promissionibus prædicat Balaam. nume. 23 c. Veracem signat & testificatur deum, qui Christo filio testificanti & peccatorum remissionem nuntianti, credit. iohan. 3 d.

¶Verbera

Verberibus cædebantur impij & peccatores corã iudice quadraginta plagis. deut. 25 a.

¶Verbum

Verbum Dei. apo. 19 c. Verbo dei creatur ac benedicitur lux. gene. 1 a. Verbum dei irreuocabile. psalm. 6. vers. 11. Verba dei, & promissiones veræ. 2. regum 7 d. Verbo & promissioni dei beneficia eius tribuenda. 2. reg. 7 c. Verba Christi quæ euentura in eorum excidium Iudæis prædixerat, non irrita futura monet ipse, sed proculdubio euentura ante, quam præterisset generatio illa cui loquebatur. matt. 24 c. mar. 13 c. luc. 21 c
Verbum dei sapientia & intelligentia nostra est, per quod cognoscimus res diuinas & salutares & discernimus de rebus externis inter hoïes. deu. 4 a.
Verba dei impleta dant intelligentiam quid agere debeamus. deute. 29 b. Ex verbo dei & scripturis ratio viuendi petenda. isaiæ. 8 d. Verbo dei prædicato, conuertuntur corda, ierem. 23 c.
Verbo dei scortationem posse vitari. prou. 3 c.
Verbum dei sequentibus & eius consilium, omnia prospera promittuntur. prouer. tert. c. Verbo euangelij prædicato, & corde credito, præceptum dei impletur. deute. 30 c. Verbo quod procedit de ore dei pascimur, virtuteq; & potentia sua, æq; sine solito cibo nutrit nos deus, siquãdo esurire nos velit, atq; per eum cibum, siue in locum cibi substituat aliud quidpiam, vt patribus Man, siue nihil,

vt de

vt de Moſe, Elia, & Chriſto. Matt. 4 a. Verbo dei cui credebat paſcitur Elias, cibum non videns. ter. regum 17 a. Verbo dei credula mulier Suna mitis, dei prouidentia alitur in aliena terra. 4. regum 8 a. Verbo & fiducia quam habet in verbum dei, quo promiſit ſe fore nobis deum qui non derelinquet, paſcitur homo in media fame, non ſolo pane, vt de Iſraelitis legimus. deu. 8 a. Iuxta verbum domini proficiſcuntur Iſraelitæ. nume. 9 c. d. Verbum dei quomodo tractandum. deut. ſexto b. Verba dei cum libertate iubetur Ieremias nuntiare Iudæis. ierem. 1 d. Verba ſua poſuerat deus in os Chriſti, vt ea populo annuntiaret. deut. 18 d. Verbum dei annuntiat Moſes populo, cui obedit populus. exodi. 19 a. Verbum dei quod in monte audierat, annuntiat Moſes populo. exod. 14 d. Verbo Moſi voluit deus credi a populo Iſrael in perpetuum. exodi. 19 b. Verbum domini verũ in ore Eliæ eſſe cognoſcit mulier Sarepthana poſt ſuſcitatum filium ſuum a morte. ter. regum 17 d. Si verbum dei non doceatur, perit populus. prou. 29 c. Verbo dei obediendum. 1. re. 15. ierem. 7 a. Verbo dei obedientibus benedictio, & nõ credentibus maledictio. deut. 11 d. Verbi dei contemptorum pœna, & perditio. iſaiæ. 28 a. c. 30 c. Verbum ſuum Iudæis propter peccata eorum denegat dominus. ezechi. 14 a. 20 a. Verbum dei nolunt audire Iudæi. iſaiæ 30 b. Verbum dei contemnunt impij. prouerb. viceſim. nono c. Verbum Chriſti, verbum euangelij qui audire noluerit, punietur a deo patre. deut. decim. octa. d. Verbo dei contempto, incidit Dauid in adulterium

rium.2.Regum 12 b. Verbo dei propheta quidam non adhærens, decipitur ab altero propheta, & ideo occiditur a leone. ter.regum 13 c.20 b. Verbum dei loquens Lot, & subuersionem Sodomorum prædicens generis, videtur eis delirare, & perduntur cum alijs. gene. decim. nono c. Contra verbum dei bellans populus Israel, occiditur ab Amalecitis. nume. 14 g. Verbo dei non obediens quidam non percutiendo prophetam quem deus iubebat percuti, percutitur a leone. tertio. regum 20 g. Verbum suum contemnentibus dat deus prophetas, intra quorum os immittit spiritum mendacem, vt eos decipiat. tert. regum. 22 c. d. secun. paral. 18 e. ezech. 14 c. Verbo dei proximam Samaritanis abundantiam per Eliseum annuntiantem incredulus dux occiditur. quart. regum 7 a. d. Verbo dei non possunt recte vti impij. prouer. 26 b. Ob verbi dei contemptum prædicitur Ierosolymitanis excidium. ierem. 19 a. Quæ a verbo dei auocant, fugienda. isaiæ. 8 d. Qui verbo pacti diuini non obediunt, maledicti. ieremi. 11 a. Verbum dei cum mansuetudine audiendum, & idem sapienter proferendum. eccl. quin. c. Verbum dei sapiens amplectitur. eccl. 21 c. 33 a. Verbum dei prædicare cogitur Ieremias. ierem. vicesim. c. Ob verbum dei conijcitur Ieremias in carcerem. ierem. vicesim. a. b. Verbi dei commendatio. prouerb. tricesim. a. Ad verbi dei auditum exhortatio. isaiæ 55 a. Verbum dei solum faciendum, cui nihil addēdum nec de eo quicquam minuendum. deuter. 12 d. Verbum dei sit in corde nostro. deuter. sext. b. Verbum dei in cordibus reponēdum, & in animis suspendendum in manibus tanquam signum inter ocu

ter oculos, docēdum ipsum filios, meditandum in domo, inter ambulandum, scribendum in ianuis & postibus. deut.11 c. Ad verba dei vt corda ponant, exhortatur Moses populum. deute.32 g. Verbum dei sequendum, non declinādo ad dexteram vel sinistram, nihil ei addendum, aut de eo qđ quam detrahēdum. deu.5 d. Verbum dei semper meditandum. deute.6 b. Verbum dei filios doceamus. deu.11 c. Sine verbo suo nihil vult deus agi. 1. regum 7 a. Verbo dei nihil addendum aut detrahendum. deut.4 a. 12 d. prouer.30 a. Verbum dei solum faciendum. deuter.12 d. Verbum dei carnali cupiditate aut iudicio nō hauriendum. prouer.25 d. Verbum, Christus deus æternus. iohan.1 a. qui caro factus est, ibidem b. Verbum domini manet in æternum, Petrus interpretatur de euangelio quod annuntiatum est nobis. 1. pet. 1 d. Verbum veritatis, euangelium. ephes. 1 c. Verba vitæ æternæ. actuu. 5 d. Verbum reconciliationis. 2. corint. 5 d. Si verbo dei fides non adhibeatur, nihil prodest illud audire. hebræ. 4 a. Per verbum dei æternum, qđ euangelizatum est nobis, renascimur. 1. pet. 1 d. Verbo dei vincimus malignum. 1. iohan. 2 b. Verbo vitæ turbas destitutas videns Christus, misericordia mouetur. matthæ. 9 d. Verbum dei (quod sanctum & margaritas vocat Christus) impugnatoribus canibus, & contemptoribus porcis non prædicandum. matthæ. 7 a. prou. 23 b. 25 c. Verbum dei audiens & faciens cui similis. matt. 7 d. Verbum dei p Christum ad nos missum qui contempserint, vltiōem non effugient, sed grauius punientur quam Sodoma. matt. 10 b. heb. 2 a. Verbum euangelij non potest prædicari absq; tribulationi-

bulationibus.Matthæ.10 b. Verbum euange
lij recipientibus,pax. Matth.10 b. In verbum
euangelij reñcientes,puluerem pedum extergi iu-
bet prædicatoribus Christus.matt.10 b. Ver-
bum dei in nobis non manet,si Christo non credi-
mus.iohan.5 f. Verbum Christi habitet &per
seueret in nobis exuberanter. Colos.3 c. Ver-
bum euangelij,omnibus modis, vndecumq; acce
pta occasione,quocumq; tempore prædicandum.
2.timoth.4 a. Vt verbum euangelij currat,&
prædicetur,clarificeturq;,orandum. 2.thessa.2 a.
A verbo euãgelico per Paulum tradito abducere
conantes, cauendi a fidelibus. roma.16 c. Ver
bum dei Paulus exemplo aliorum non vitiauit hu
mana doctrina ad suum quæstum,sed syncero pe-
ctore,tãquam ex deo profectum illud tradidit deo
ipso teste,in gloriam Christi. 2.corint.2 d,4 a.
In verbo veritatis se commẽdat Paulus vt dei mi
nistrum.3.corinth.6 b. Verbum euangelij iam
nobis semel insitum,suscipiendum,deposita omni
immunditia,&cæ.iaco.1 c. Ob verbum pro-
missionum dei,sancti vitam suam contempserunt
apocalyp.12 c.eorumq; clamor ad deum. apocly.
6 c. Verbum dei infidelibus Iudæis fuit in la-
queum & in scandalum. roman.11 b. Verbo
dei increduli,salutem ab alio expectantes quam a
Christo,arguuntur. isai.28 d. De verbo dei vi-
uo ex ecclesia manante.zachari.14 b. Verbi
dei prædicatio e Sion,hoc est ecclesia exitura.iohe.
ter.c. Verbi sui prædicatores se missurum pro
mittit deus.isai.30 e. De verbi dei ministris,&
alijs in ecclesia corporalia opera exercẽtibus.isaiæ
61 b. Verbi dei ministrorum gaudium,est pro
fectus populi.Isai.61 c. Verbi dei ministris de-

bentur temporalia ad vitæ neceſſitatem. Roma. 15 f.1.Corin.9 b. deute.17 a. Verbum dei recte tractet epiſcopus.2.timo.2 c. Verbum dei mercede docentes reprehendit Michæas.mich.ter.b. Verbi dei fames prædicitur. amos.5 d. 8 d. Verba a Samuele prædicta eueniebant Iſraeli.1. regum ter.d. In verbis modeſtia Rebeccæ. geneſ.24 c.d. Verba iuſtorum peruertuntur muneribus,deute.16 d. Verbis blandis prohibuit Dauid ne Saul occideretur a ſuis. 1.regum 24 b. Verbum occultum non diuulgandum.eccī 42 a. Verbum opportune dictum laudabile,pro.25 b. De omni verbo otioſo reddenda ratio in die iudicij,matthæ.12 c. Verba bona exeunt de corde bono,& contra,matthæ.12 c. Qui verbo non labitur,hic perfectus eſt.iaco.3 a. Quod verbo docuit Paulus,vita præſtitit.1.cor.9 d. Verborum pugnæ vitandæ.1.tiō.6 a. Verbis ne contendant epiſcopi,& verborū pugnas vitēt,& miniſtri dei oēs,& prophanas vocū nouitates.1.tiō.6 b.d.2.timo.2 b. Verba ſana,quæ fidem & dilectionem in Chriſtum doceant,ſint ſemper in epiſcopo.ſecun.timo.1 b.

¶Verecundia

17 b Et signum accepit circuncisionis, signaculũ iustitiæ fidei. Roman. 4 b. Actuum 7 a.
18 a Fide, & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione, &c. Hebræ. 11 c.
18 b Sicut & Sara obediebat Abrahæ, dominũ eum vocans, 1 Petr. 3 a.
19 b Euertit ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum. 2 Petr. 2 b.
19 c Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates. Iudæ epist. c.
19 c Memores estote vxoris Lot. Lucæ. 17 g.
19 c Sicut factum est in diebus Lot, edebant, &c. Qua die autem exijt Lot a Sodomis, pluit, & cæt. Lucæ 17 f.
21 a Abraham habuit filium de libera, Gal. 4 c.
21 a Fide, obtulit Abraham Isaac cum tentaretur. Hebræ. 11 d.
22 b Offert Abraham filium Isaac super altare, Iacob. 2 d
22 c Sicut locutus est ad patres nostros Abraham & cæt. Lucæ 1 c.
25 c Rebecca ex vno cõcubitu habens, Isaac patris

tris nostri,&c. Roma.9 b.
85 d Ne quis fornicator aut prophanus vt Esau. qui propter escam,&c. Hebr.12 d.
87 d Fide,& de futuris benedixit Isaac Iacob, Hebr.11 d.
48 c Fide, Iacob moriens,singulos filiorum Ioseph benedixit Hebr.11 d.
49 b Quem scriplit Moses in lege Ioh.1 g.
50 d Fide,Ioseph moriens,de profectione filiorũ Israel,&c. Hebr.11 d.

EXODVS

3 b Ego sum deus Abraham, &c. Matth.22 c. Marc.12 c.Luc.20 f.
9 d In hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te potentiam meam Roman.9 d.
12 g Os non comminuetis ex eo Iohan.19 f.
16 d Qui multũ,non abundauit.&cæ. 2.Cor.8 c.
20 c Non mœchaberis Matth.5 d.
20 c Non adulterabis,Non occides,Nõ furtũ facies,Nõ loqueris cõtra proximũ tuũ falsum testimonium,Non concupisces Roma.13 c
20 c Non concupisces Rom.7 b.
20 c Non occides Mat.5 c.Luc.18 d.
20 c Honora patrem tuum & matrem tuam. Mat.15 a.Marc.7 b.Ephe.6 a.
21 c Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur Matth.15 a.Mar.7 b,
21 c Oculũ pro oculo,dentẽ pro dente. Matt.5 f.
22 d Principi populi tui nõ maledices. Act.23 a.
24 e Hic sanguis testamenti,q̃d mãdauit ad vos deus Hebr.9 e.
25 g Vide,omnia facito secũdum exemplar q̃d tibi ostensum est,&c. Hebr.8 b.Act.7 f.
32 a Fac nobis deos qui præcedãt nos. Actu.7 c.

83 d Miserebor cui voluero,&c. Roma.9 c.
13 c Omne masculinũ adaperiẽs vuluã. Luc.2.d
14 d Non sicut Moses ponebat velamen sup faciem 2.Cori.3 c.
2 a Fide, Moses natus, occultatus est mensibus tribus Hebr.11 d.
2 b Fide, Moses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis Hebr.11 c.
2 b Cum vidisset Moses quendam iniuriam patientem Actu.7 c.
3 a Expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Actu.7 d.
12 d Fide, celebrauit pascha & sanguinis effusionem Heb.11 c.
14 c Omnes in Mose baptizati sunt in nube, &c. 1.Corin.10 a.
14 c Fide, transierunt mare rubrum Hebr.10 c.
16 c Patres vestri manducauerunt manna in deserto,&c. Iohan.6 c.
16 d Panem de cœlo dedit eis mãducare. Io.6 d.
16 d Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt 1.Corin.10 a.
17 b Bibebant de spirituali, consequente eos petra 1.Corin.10 a.
19 b Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Hebr.12 c.
19 c Gens sancta populus acqsitionis. 1.Pet.2 b.
20 b Non periurabis Mat.5 c.
20 c Non homicidium facies Mat.19 c.
20 c Nõ enim accessistis ad tractabilem montẽ Hebr.12 c.
24 c Lecto omni mandato legis a Mose, &cæt. Hebr.9 c.
25 a 30 a Tabernaculum factum est primum, Hebr.

Hebr.9 a.

32 b Neque idololatræ efficiamini 1.Cor.10 b.

LEVIT.

21 g Sancti eritis,qm̃ ego sanctus sum. 1.Pet.1 c.

18 a Qui fecerit homo,viuet in ea. Roman.10 b. Galat.3 d.

19 c Non periurabis Mat.5 e.

19 d Diliges proximũ tuũ sicut teip̃m. Ro. 13 d. Gala.5 c.Iacob.2 b. Mat.22 d.Marc.12 c.

19 d Díliges proximum tuum Mat.5 g.

20 b Qui maledixerit patri &c. Mat.15 a.

24 d Oculum pro oculo Matt.5 f.

26 b Quoniam inhabitabo in illis, & ambulabo inter eos 2.Corint.6 d.

12 a In sabbato circũciditis hoiem Iohan.7 c.

12 a Postquam impleti sunt dies octo Luc.2 c.

12 a Postquam impleti sunt dies purgationis ei9 secundum legem Luc.2 d.

12 c Vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini Luc.2 d.

14 a Offer munus tuum quod præcepit Moses, &cæt. Mat.8 a.Mar.1 d.Luc.5 c.

16 d Omnis multitudo populi erat orans foris Lucæ 1 a.

16 e Si enim sanguis hircorum & vitulorum Hebr.9 d.

19 c Nolite in personarum acceptione, &cæt. Iacob.2 a b.

19 d Si peccauerit in te frater tuus,&c. Mat.18 b Luc.17 a.

20 a In lege Moses mandauit nobis huiusmodi lapidare Iohan.8 a.

NVMERI.

9 b Os non comminuetis ex eo Iohan. 19 f.

8 c Oñe masculinũ adaperiẽs vuluã. Luc. 2 d.
9 d Patres nostri omnes sub nube fuerunt. 1. Corint. 10 a.
11 b Panẽ de cœlo dedit eis manducare, Ioh. 6 d.
12 b Sicut & Moses in oñi domo eius, heb. 3 a.
14 f Cadauera filiorum Israel prostrata sunt in. Hebr. 3 d.
14 f Neq; murmuraueritis sicut quidam eorum 1. Cõrin. 10 c.
16 a In contradictione Core perierunt Iudæ d.
19 a Quorum enim animalium sanguis infertur pro peccato Heb. 13 b.
20 b Bibebant autem de spirituali, consequente eos petra 1. Cor. 10 a.
21 b Neque tentem us Christum sicut quidam 1. Corinth. 10 b.
21 c Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto Iohan. 3 h.
22 d Animal mutum subiugale corripuit vesaniam Balaam 2. Pet. 2 c.
22 d Errore Balaam mercede effusi sunt. Iudæ epist. d. 2. Petr. 2 c.
24 c Balaam docebat Balac mittere scãdalum coram filijs Israel Apocal. 2 d.
25 b Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt 1. Cor. 10 b.
28 g Prostrati sunt in deserto 1. Corin. 10 b.
28 a Sabbatis sacerdotes in templo sabbatũ violant Matt. 12 a.

DEVTER.

4 d Eremẽ deus nr̃ ignis cõsumẽs est Hebr. 12 g.
5 b Non concupiscES Rom. 7 c. 13 c. 5 b.

5 b Non occides Matt.5 c. Luc.18 d.
5 b Non mœchaberis Matt.5 d. Luc.18 d.
5 b Non furtum facies Luc.18 d. Rom.13 c.
5 b Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium Luc.18 d. Roma.13 c.
5 b Honora patrem & matrem. Mat.15 a. Marci 7 b. Ephesi.6 a.
6 a Audi Israel, dñs deus tuus deus vnus est Matt.22 c.
6 a Diliges dominum deum tuum ex toto corde &c. Mat.22 c. Mar.12 c. Luc.10 c.
6 c 10 d Dñm deum tuum adorabis, & illi soli seruies Mat.4 b. Luc.4 b.
6 c Non tentabis dominum deum tuum. Matt. 4 b. Luc. 4 b.
8 a Non in solo pane viuit homo Matthæi 4 a. Luc.4 a.
10 d Deus personam hominis non accipit Gala.2 b.
18 c Prophetam suscitabit vobis dominus deus Actu.3 d.7 c.
19 d In ore duorũ vel trium testiũ stabit omne verbum 2. Corint.13 a. Mat.18 b. Iohan.8 c.
19 d Oculũ pro oculo, dentẽ pro dente. Matt.5 f.
21 d Maledictus omnis qui pendet in ligno Galat.3 b.
25 b Non alligabis os boui trituranti. 1. Cor.9 a. 1. Timot.5 c.
25 b Si quis mortuus fuerit non habens filium Matt.21 c. Mar.12 b. Luc.20 c.
27 d Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ, &c. Galat.3 b.
30 c Quis ascendet in cœlum? Rom.10 b.
30 c Prope est verbũ in ore tuo, & in corde tuo. Roman.

Roman.decim.b.
31 c Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem,&c. Roma.10 d.
32 e Mihi vindictam,ego retribuã. Roma.12 d.
1 c 16 d. Nolite in personarum acceptione,&c Iacob.2 a.b.
5 b Non periurabis. Matthæ.5 c.
10 d Non est acceptio personarum apud deum. Roma.2 b.Actu.10 e. Colos.3 d. Ephes.6 b. 1.Petr.1 c.
17 b Irritam quis faciēs legē Mosi,&c.Heb.10 c
18 a Nescitis quoniam qui in sacrario operantur quæ de sacrario sunt edunt? 1.Corin.9 b
34 a Quicunq; dimiserit vxorem suam, det ei li bellum repudij. Matthæ.5 c.19 b.Marc.10 b.

IOSVE

1 a Non te deseram neq; derelinquã. Hebr.13 a
2 a Similiter & Rahab meretrix. Iaco.2 d.
6 c Fide,muri Iericho corruerunt. Heb.11 c
6 d Fide,Rahab meretrix non perijt cum incre dulis. Hebr.11 f.

REGVM I.

21 b Non legistis quid fecerit Dauid quando esu rijt? Matthæ.12 a. Marc.2 d.Lucæ.6 a.

REGVM II.

7 c Ego ero illi in patrem,&ipse erit mihi in fi lium. Hebræ.1 b.

REGVM III.

19 b Domine,prophetas tuos occiderunt,&alta ria,&c. Roma.11 a.
19 b Reliqui mihi septem millia virorum.Rõa.11 a
6 b Liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid,quoniam defunctus est.Actu.2 c.13 c
10 a Regina austri venit a finibus terræ audire sa pientiam

pientiam Salomonis. Matthæ.12 d. Luc.11 d
17 a In diebus Eliæ clausum est cœlum. Luc. 4 d.
17 a Elias homo erat similis nobis passibilis. Iacob. quin. d.

REGVM IIII.

4 c Neminem per viam salutaueritis. Luc. 10 a.
5 d Multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta, &cæ. Luc. 4 c.

I. PARALIP.

83 b Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a deo, quemadmodum & Aaron. Hebræ. 5 b.

IOB

5 c Comprehendam sapiētes in astutia eorum 1. Corint. 3 d.
1 d Nihil intulimus in hunc mundū. 1. timo. 6 b.
5 c Beatus vir qui suffert tentationem. Iaco. 1 b
84 b Non est personarum acceptor deus. Act. 10 c

DAVID

2 a Quare fremuerunt gentes? Act. 4 e.
2 b Filius meus es tu, ego hodie genui te. Act. 13 e. Hebræ. 1 b, 5 b.
2 c Reges eos in virga ferrea. apoc. 2 g. 19 c.
4 b Irascimini & nolite peccare. Ephes. 4 f.
5 c Sepulchrum patens est guttur eorū. Rōa 3 b
6 c Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Matthæ. 7 d. 25 d. Lucæ. 13 f.
8 b Ex ore infantium & lactentium. Matth. 21 b
8 c Quid est homo ꝙ memores eius? Hebræ. 2 a
8 c Omnia subiecit sub pedibus eius. 1. corin. 15 d
9 c Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Roma. 3 c.
13 a Non est iustus quisquam, non est intelligens Roman. tert. b

13 b Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Roma. 3 c.

15 c Prouidebam dñm in conspectu, &c. Act. 2 d

15 d Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Actuum. 2 c. 13 c

17 a Ego ero fidens in eum. Hebr. 2 c.

17 g Propterea confitebor tibi in gentibus domine. Roman. 15 b.

18 a Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum. Roma. 10 d.

21 a Eli, eli, Lam sabbathani, Matthæ. 27 d. Marc. 15 c.

21 c Diuiserunt sibi vestimenta mea. Matth. 27 d Iohan. 19 e.

21 c Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Hebræ. 2 c.

23 a Domini est terra, & plenitudo eius. 1. Cor. 10 f.

24 c Odio habuerunt me gratis. Iohan. 15 d.

30 a In manus tuas cõmẽdo spm̃ meũ. Luc. 23 f.

31 a Beati quorũ remissæ sunt iniqtates. Rõa. 4 a

33 c Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos. 1. Petr. 3 b.

39 b Hostiam & oblationem noluisti. Hebr. 10 b

40 c Qui manducat mecum panem. Iohan. 13 b

43 d Propter te mortificamur tota die. Rom. 8 g

44 b Thronus tuus deus in seculũ seculi. Heb. 1 c.

50 a Vt iustificeris in sermonibus tuis. Roma. 3 a

54 d Iacta super dominum curam tuã. 1. Petr. 5 b

61 d Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiet. 1. corinth. 3 b.

67 d Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Ephes. 4 b.

68 b Zelus domus tuæ comedit me. Iohan. 2 d.

68 b Improperia improperantium tibi, cecide-
runt su-

runt super me. Roma.15 a
68 c Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum Roma.11 b.
68 c Fiat commoratio eorum deserta. Actu.1 d.
68 e In siti mea potauerunt me aceto. Iohan.19 f.
77 a Aperiam in parabolis os meum. Matt.13 e.
77 c Panem cœli dedit eis. Iohan.6 d.
81 b Ego dixi, dij estis. Iohan.10 g
88 d Inueni Dauid seruum meum. Actuum.13 d.
90 c Angelis suis mãdauit de te. matt.4 a. luc.4 b
93 b Dominus nouit cogitationes sapientum quoniam vanæ sunt. 1. Corint.3 d.
94 d Sicut iurauí in ira mea. Hebræ.4 a
94 c Hodie si vocem eius audieritis. Hebræ.3 b.
96 b Et adorent eum omnes angeli eius. Heb.1 c
101 d Tu in principio dñe terrã fundasti. Heb.1 c.
103 a Qui facit angelos suos spiritus. Hebræ.1 c.
108 b Et episcopatum eius accipiat alter. Act.1 d
109 a Dixit dominus domino meo, Matthæ.22 d. Lucæ.20 g. Actuum.2 f.
109 a Sede a dextris meis. Hebræ.1 d
109 a Donec ponam inimicos tuos scabellũ, &c. Hebræ.1 d. 1. Corinth.15 d.
109 b Tu es sacerdos inæternum. Hebræ.5 b. 7 c.
109 b Iurauit dñs, & nõ pœnitebit eum. Hebr.7 c.
111 b Dispersit, dedit pauperibus. 2. Corinth.9 c.
115 a Credidi, propter quod locutus sum. 2. Corinth.4 c.
115 a Omnis homo mendax. Roma.3 a
116 a Laudate dominum omnes gentes. Rom.15 c
117 a Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Hebræ.13 b
117 d Lapidem quem reprobauerunt ædificantes Matthæ.21 d. Marc.12 a. Act.4 b. 1. Petr.2 b.

117 Hosanna filio Dauid. Matthæ.21 b.
131 e De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Actu.2 c.
139 a Venenum aspidum sub labijs eorꝝ. Rõa.3 b
40 c Filius hominis vadit, sicut scriptũ est. Matthæ.26 b. Mar.14 b. Lucæ 22 b.
131 a Petijt Dauid vt inueniret tabernaculum dei Iacob. Actu.7 f.

PROVER.

3 a Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Roma.12 d.
3 b Fili mi, noli negligere disciplinam dñi, &c. Hebræ.12 b.
9 b Quem diligit dominus corripit, &c. Hebr. 12 b. Apoc.3 d.
10 b Charitas operit multitudinem peccatorum 1. Petr.4 b.
17 c Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. 1. Thessa.5 d. 1. Petr.3 b.
20 c Qui maledixerit patri vel matri. Matthæ. 15 a. Marc.7 b.
25 c Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ. Rõa.12 d
26 b Canis reuersus ad vomitum. 2. Petr.2 d.
11 d Si iustus vix saluabitur. 1. Petri.4 d.
17 d Sit autem omnis homo velox ad audiẽdum tardus autem ad loquendum. Iacob.1 c.
20 b Si dixerimus quia pctm̃ non habemus, &c. 1. Iohan.1 d.
14 c Nolite in personarum acceptione. Iacob.2 a
25 a Cum vocatus fueris ad prandium, vade, recumbe in nouissimo loco. Lucæ.14 c.

ISAIAS.

1 c Nisi dominus sabbaoth reliquisset nobis semen. Roma.9 f. 5 d.

5 d Homo plantauit vineam. Matth. 21 b. Lucæ. 20 b. Marc. 12 a.
6 a Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus. Apo. 4 c
6 c Auditu audietis, & non intelligetis. Matt. 13 b. Marc. 4 b. Lucæ. 8 b. Actu. 28 f. Iohan. 12 f. Roman. 11 b.
7 c Ecce virgo in vtero habebit. Matthæ. 1 d.
8 d Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus Hebræ. 2 d.
9 a Terra Zabulon & terra Nephtal, Matt. 4 c.
10 c Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris. Roma. 9 f.
11 a Reuelabitur ille iniquus quem dominus interficiet spiritu oris sui. 2. Thessalo. 2 c.
11 c Erit radix Ieſſe. Roma. 15 c. Actu. 13 d
21 c Cecidit cecidit Baby. illa magna. Apo. 14 b
22 d Manducemus & bibamus, cras enim morie mur. 1. Corinth. 15 c.
22 f. Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid. Apocal. 3 b.
25 c Absterget dominus omnem lachrymam ab oculis, &c. Apoca. 7 d. 21 b.
28 c Quoniam in alijs linguis & labrijs alijs loq̃r populo huic. 1. Corinth. 14 d.
28 d Ecce pono in Sion lapidem offensionis. Roman. 9 g. 1. Petr. 2 b. Actu. 4 b.
29 d Populus hic labrijs me honorat. Matth. 15 a Marc. 7 b.
29 e Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam, &c. 1. Corinth. 1 c.
31 c Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? 1. Corinth. 1 c.
40 a Vox clamantis in deserto. Matt. 3 a. Marc. 1 a. Lucæ. 3 a. Iohan. 1 c.

40 b Omnis caro fœnum. 1.Pet.1 d. Iacob.1 d.
40 d Quis enim cognouit sensum Domini, aut q̃s instruxit eum? 1.Corint.2 d
40 d Quis enim cognouit sensum domini, aut q̃s consiliarius eius fuit? Roma.11 d.
41 b 44 a Ego sum primus & nouissimus. Apo. 1 d. & 22 c.
42 a Ecce puer meus quem elegi. Matt.12 b.
49 c Ecce noua facio omnia. Apo.21 b. 2.Cor.5 d
45 d Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu. Roma. 14 b
45 b Nunquid dicit figmentū ei qui se finxit, &c. Roma.9 d.
49 b Posui te in lucem gentium. Actu.13 g.
49 c Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis. 2.Corinth.6 a.
49 e Non esurient, neq; sitient amplius. Apo.7 d.
50 c Tunc expuerunt in faciem eius. Matth.26 g
52 b Quam speciosi pedes euangelizãtiū pacem. Roman.10 c.
52 d Propter quod exite de medio eorum, & separamini, &c. 2.Corinth.6 d
52 b Nomẽ dei p vos blasphemaẽ inter gentes.
52 d Quibus nõ est annuntiatum de eo, videbunt. (Rõa.2 d Roma.15 e
53 a Domine q̃s credidit auditui nostro? rõa.10 c. Iohan.12 f.
53 b Ipse infirmitates nostras accepit. Matth.8 c
53 c Tanquam ouis ad occisionem. Actuum.8 f.
53 d Et cum iniq̃s reputat⁹ est. Mar.15 c. Lu.22 d.
53 e Qui pctũ nõ fecit, nec inuẽtus est dolus, &c. 1.Per.2 d. 1.Iohan.3 a.
53 e Qui pctã nostra ptulit in corpe suo. 1.Pe.2 d
54 a Lætare sterilis quæ non paris, Galat.4 d.

54 c Et erunt omnes docibiles dei. Iohan. 6 c.
55 a Et qui sitit veniat, & q vult, accipiat aquã vitæ gratis. Apo. 22 d.
55 b Dabo vobis sancta Dauid fidelia. Act. 13 c.
56 c Domus mea domus orationis vocabitur. Matth. 21 b. Marc. 11 c. Lucæ. 19 g.
59 b Contritio & infelicitas in viis eorũ. Rõa. 3 c
59 c Galeam salutis assumite. ephe. 6 c. 1. thes. 5 b.
59 d Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem a Iacob. Roma. 11 d
60 c Et portæ eius non claudentur per diem. &c. Apoc. 21 g.
61 a Spiritus domini super me. Luc. 4 c.
62 d Dicite filię Siõ. Ecce rex tuus venit. Matt. 21 g
64 b Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit. &c 1. Corinth. 2 b.
63 a Inuentus sum a non q̃rentibus me. Rõa. 10 d
65 a Tota die expandi manus meas ad populum non credentem. Roma. 10 d
65 c Nouos vero cœlos & nouã terrã. 2. Petr. 3 c Apocal. 21 a.
66 a Cœlum mihi sedes est. Actuum. 7 f
66 g Vbi vermis eorum non moritur. Mar. 9 g
66 d Et ciuitas non eget sole neq; luna. Apo. 21 g.
66 d Nox vltra non erit. Apoc. 22 a
8 c Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum. Lucæ. 2 c
13 b Statim post tribulationem dierum illorũ sol obscurabitur. Matt. 25 c. Mar. 13 c. Luc. 21 c.
41 b Suscepit Israel puerum suum. Lucæ 1 c.
142 a Beatę steriles, et vẽtres q nõ genuerũt. lu. 23 d
58 b Esurui, & dedistis mihi mãducare. matt. 25 c
83 a Et vestitus erat veste aspersa sanguine. Apocalyp. 19 c.

IEREMI.

7 b Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Matthæ.21 b. Marc.11 c. Luc.19 g.

9 g Qui gloriatur, in domino glorietur. 1. Corin. 1 d. 2. Corint. 10 d.

10 a Quis non timebit te domine? Apoc. 15 b.

17 d Ego ſum ſcrutans renes & corda. Apoca. 2 f

31 c Vox in Rama audita eſt. Matthæ. 2 d.

31 a Ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios. 2. Corinth. 6 d.

31 e Ecce dies venient dicit dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum. Hebræ. 8 c.

31 f Hoc autem teſtamentum quod teſtabor ad illos, &c. Dabo leges meas in cordibus eorū Hebrę. 10 c.

51 a Cecidit cecidit Babylon magna. apoc. 18 a.

8 d Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam. Mar. 21 d. Mar. 12 a. Luc. 20 b

18 a Nunquid dicit figmentū ei qui ſe finxit, &c. Roman. 9 d.

EZECHI.

9 a Accipe librum, & deuora illum. Apoc. 10 d.

20 b Qui fecerit homo, viuet in ea. Roman. 10 b.

32 b Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum. Matthæ. 24 c

36 c Nomen dei per vos blaſphematur inter gentes. Roma. 2 d

3 c Et cū cōſummati fuerint mille āni. apo. 20 c

12 f Vbi eſt promiſſio aut aduētus eius? 2. Pe. 3 b.

18 b Eſuriui, & dediſtis mihi māducare. matt. 25 c

DANIE.

9 g Cum videritis abominationem deſolationis quæ dicta eſt a Daniele propheta. Matt. 24 b

24 b. Mar.13 b. Lucæ.21 d.

9 c Et erat numerus eorum millia millium. Apoca.5 d.

12 c Et angelo quẽ vidi stãtẽ sup̃ mare. Apo.10 b

OSEE

1 d Et erit, in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos, &c. Roma.9 e

2 d Vocabo non plebem meam, plebem meam Roma.9 e.1. Petr.2 b.

6 c Misericordiam volo, & non sacrificium. Matth.9 b. 12 a.

10 b Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos, & collibus: Operite nos. Lucæ.23 d.

11 a Ex Aegypto vocaui filium meum. Matt.2 c

13 d Absorpta est mors in victoria. 1. Corint.15 g.

IOEL.

3 g Et erit in nouissimis diebus dicit dominus, effundam de spiritu meo. Actu.2 c.

3 g Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Roma.10 e

3 c Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Matth.24 c. Marc.13 c. Lucæ.21 e

AMOS.

5 g Nunquid victimas & hostias obtulistis mihi, &cæ. Actuum.7 c.

6 a Væ vobis diuitibus. Lucæ.6 d.

9 c Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid. Actuum.15 c

IONAS.

2 a Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, &cæte. Matthæ.12 c. Lucæ.11 d.

3 b Pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ;

Matth.12 d.luc.11 e.

MICHAE.

1 a Et tu Bethlehem terra Iuda &c. Matth.2 a.
7 b Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem. Matth. 10 d. Lucæ 12 g.
2 c Nō habemus hic manētē ciuitatē. Heb. 13 c.
4 c Regnabit in domo Iacob in æternū, Luc. 1 c.

AGGAE.

2 b Adhuc semel. & ego mouebo non solū terrā sed & cœlum. Hebræ. 12 g.

HABAC.

1 b Videte cōtemptores, & admiramini, & dispердimini: quia opus operor ego in diebus vestris &c. Actu. 13 f.
2 a Iustus autem ex fide viuit. Rom. 1 c. Gal. 3 b.

FINIS.

CATALOGI

Virorum illustriū Veteris & Noui Testamēti.
Virorum obscurorum vtriusque Testamenti.
Illustrium item Mulierum.
Obscurarum dein Mulierum.
De Bellis, victoria, & triumphis Iustorum contra impios.
Orationes, exhortationes, obsecrationes, Patrum, Prophetarum, Regū & virorū Illustrium.
De Tyrannide & Bellis Impiorū cōtra Iustos.

Othonis Brunfelsij.

¶Otho Brunfelsius Lectori.

SEquentes Catalogos pueris nostris dictauera mus, non quod ex ijs quidem eloquentiam p discerent, sed vt vna cum Historijs ethnicorum, & fabulis poetarum, assuescerent quoque balbutire nomina illustrium sanctorum. Verum quando tales visi sunt amicis quibusdam, non omnino etiam naris obesæ, quo publice ederentur, passi sumus non illibenter priori operi appendi. Nam id protsus nobis studium est, fuitq; semper, quod non ad plausum scribimus, sed prodesse volumus, & iucunda dicere vitæ. Id quod si secus cecidit, veniam rogamus nobis dari, atq; illius meminisse poetæ:

Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci.
Sunt delicta, quibus tamen ignouisse velimus.
Nam neque chorda sonum reddit semper, quem vult manus, & mens.
Quandoq; bonus dormitat Homerus. Vale.

CATALOGVS ILLVSTRIVM VIrorum Veteris & noui Testamenti, continens memorabilia dicta & facta eorundem.

¶Primo, De Viris Illustribus Veteris Testamenti.

LIBER PRIMVS.

Adam

Genes. 1.



DAM ebraice, vocatur Rubeus latine. Atq; sic vocat⁹ est, q⁹ primus Homo de terra sumptus est rubea.

Formatus fuit die sexto ad imaginem & similitudinem dei, vt præesset piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs, vniuersæq; terræ, atq; omni reptili quod mouetur in terra: Iuxta carnem vero formatus de limo terræ: Et inspirauit deus in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est in animam viuentem.

Paradisi voluptatis. Gen. 2

Plantauerat autem deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit eum, vt operaretur illū, & custodiret.

Sed quia non erat bonum hominem esse solum, fecit ei adiutoriū simile sibi. Immisitq; ei soporē Cumq; obdormiuisset, tulit vnam de costis: & repleuit carnem pro ea: & ædificauit dominus deus costam

costam in mulierem,& adduxit eam ad Adam.

Primus imposuit omnibus animantibus nomina. Primus vxorem Viraginem appellauit.

De matrimonio prophetauit, Relinquet homo patrem & matrem,& adhærebit vxori suæ,& erunt duo in carne vna. Genes. 2.

Passus est imponi sibi ab vxore, vt comederet ex prohibito ligno vitæ. 3.

Propter transgressionem illius omnes morimur & in labore sumus,& maledicta est terra, q̃ tribulos gignit & spinas. Vnde prius illi dictum est:

In sudore vultus tui manducabis panem tuum. 3

Filius eius primogenitus Cain. Secundus Abel, hic fuit pastor ouium, Cain autem agricola.

Cum vixisset añis. 130. genuit filium noĩe Seth.

Et factum est omne tempus quod vixit Adam annis nongentis triginta,& mortuus est.

ABEL filius Adæ secundus, ouium pastor primus. Abel. Genes. 4.

Factum est autem cum offerret de primogenitis gregis sui,et de adipibus suis,respexit dominus ad munera eius. Cain quoq; frater munera obtulit de fructibus terræ. Sed quoniam ad illius munera dominus non respexit, concidit vultus eius. Pessimo igitur secum consilio concepto, cum prouocasset Abel in agrum foras, occidit illum,

SETH Adæ filius tertius, donatus a deo Euæ in vicem Abel. Vnde dixit mater eius, posuit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain, vocauitq; nomen eius Seth. Seth. Genes. 4.

Habuit & ipse filium nomine Enos, quem peperit illi vxor sua annos habens. 105.

Vixit annis. 912.& mortuus est.

ENOS filius Seth filij Adæ, iste cœpit inuoca Enos.

Genes.4. care nomen domini.

5 Cum vixisset nonaginta annis, genuit Cainan.

Post cuius ortum vixit octingentis annis, & 15. & genuit filios & filias: factiq; sunt omnes dies vitæ eius nongenti & quinque anni, & mortuus est.

Enoch. ENOCH filius Iared, & ambulauit cum deo.

Genes. 6. Cum autem iam haberet trecentos sexaginta annos, ambulasset; coram deo, non apparuit vltra, quia tulit illum deus.

Naha NOHA filius Lamech. Hic inuenit gratiã coram deo, fuit enim vir iustus & perfectus in generationibus suis, ambulauitq; coram deo.

Genes. 5.

7 Hic habuit tres filios. Sem, Cham, Iaphet.

In diebꝰ illis cum omnis caro corrupisset viam suam, deus orbem diluuio perdidit, reseruauitque solum Noha cum filijs & vxoribus filiorum, & vxore sua.

9 Post diluuium primus cum filijs propagauit genus humanum.

Vir fuit agricola, exercens terram in sudore vultus sui.

Primus vini culturam reperit.

Et impleti sunt omnes dies eius nongentoꝝ qui quaginta annorum, & mortuus est.

Thare. THARE pater Abraham, filius Nabor, homo bonus. Qui non potens videre impietatẽ Chaldæorum, ignem adorantes, tulit Abrahã, Lot, & Sarai, & traduxit in terram Chanaan.

Genes. 11

Vixit annis ducentis quinq;, & mortuus est.

Abrahã. ABRAHAM Iudæoꝝ pater primus, cui repromissio est facta, filius Thare, hõ timens deũ, Vnde

Genes. 11 Roma. 4 locutus est illi deus, & reputata est ei fides sua ad iustitiam, vt multarum Gentium pater esset.

Ad solum præceptum domini, ex fide egreditur de terra

de terra sua & de domo pris sui in terrā Chanaā.
Inde cum esset fames in terra, peregrinat9 est in
AEgyptum: vbi acceptis donis a Pharaone, rur
sum rediit in Chanaan.
Confidens in domino, percussit quatuor reges, 14
& liberauit fratrem suum Lot.
Reliqua gestorum Abrahæ vide a capite. 11. vs
que ad cap. 25. Geneseos.
Fuerunt autem dies vitæ eius cētum septuagin 15
ta quinque anni, & deficiens mortuus est in sene-
ctute bona plenus dierum, cōgregatusq; est ad po
pulum suum.
ISAAC filius Abrahā patriarchæ, qui nat9 Isaac.
est ei in senectute cum esset sterilis mater eius. At- Gene. 18.
q; inde dictus est Isaac, quod cum nūciatum esset
matri quod paritura foret, risit.
Hic est qui iussus est sacrificari, & liberauit eū 22
deus, & fecit ei repromissionem, quod de semine
suo nascendus esset Messias.
Duos habuit filios, Iacob & Esau: quorum pri
mus ab vtero maledictus, scilicet Esau, Iacob au
tem electus.
IACOB filius Isaac sic dictus: quia cum fra- Iacob.
ter eius Esau prior egrederetur, plātam fratris sui Gene. 25.
tenebat manu, atq; ideo dictus Iacob.
Fuit vir simplex habitans in tabernaculis: sed
cum haberet spiritum dei, emit primogenita fra-
tris sui edulio lentum.
Præripuit etiam benedictionem fratri suo. Vn 27
de recte dictus est Supplantator.
Pertulit exilium multis annis propter Esau fra 29
trem suum diuersatus apud Laban cognatum
suum, qui dedit ei filias suas in vxores Lyam, &
Rachel cum 14. annis seruisset pro eis.

Reliqua

Reliqua verborum, atq; dierũ Iacob scripta sunt vsq; ad finem libri Geneseos

Ioseph Genes. 37

IOSEPH filius Iacob iunior, filius senectutis, & dilectissimus super omnes fratres suos.

Accusauit fratres suos crimine pessimo: vñ conati interficere eũ fratres sui, vẽdiderũt in Aegyptũ.

Venditus igitur in Aegyptũ, emit eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus.

Fuitq; dominus cũ eo, & erat vir in cunctis prospere agens habens gratiam apud dominum suũ, pulchra facie, & decoro aspectu.

Tentus est in carceribus duobus annis, atq; e carcere sublatus aperuit Pharaoni somnium, et suffectus est in principem Aegypti.

Triginta annorum erat quando stetit in conspectu Pharaonis, & princeps effectus est.

Vixit centum decem annis, & conditus aromatibus, repositus est in Aegypto cum patribus suis.

Moseh Exodi. 2.

MOSEH vir dei, filius homis de domo Leui, qui cũ esset infans pulchro aspectu, atq; male habebat matrẽ suã, mergere eũ iuxta præceptũ Pharaonis, in fiscella scirpea lita bitumine saluatus est & in flumine a filia Regis leuatus. Sublatũ e flumine, enutriuit filia Pharaõis vice filij, vocauitq; nomen eius Moses, dicens, quia de aqua tuli eum.

Et eruditus est Moseh omni sapientia Aegyptiorum, & erat potens in factis, & in dictis, habitauitq; in domo Pharaonis quadraginta annis.

Reliqua verborum & dierum Moseh, & magnalia dei q̃ fecit, scripta sunt in libris legis eius.

Deute. 34 Sepultura Mose.

Ante diem mortis eius ostendit ei dominus terram promissionis in mõte Nebo, mortuusq; est ibi iubente domino, & sepeliuit eum in valle terræ Moab: & non cognouit homo sepulchrum eius vsque

vsque in præsentem diem.

Centum & viginti annorum erat quando mortuus est. Non caligauit oculus eius, nec dētes moti sunt. Fleueruntq; eum filij Israel in deserto Moab triginta diebus.

AHARON frater Moseh, os & interpres eius, sacerdos magnus populi dei. Exodi.4. Aharon

Officia sacerdotij eius, & magnalia quæ fecit, scripta sunt in libro legis Mosi, serui dei. Ecci.45.

Sed quia incredulus fuit ori dei ad aquas cōtradictionis, prohibitus est, ne intraret terrā promissionis, subductusq; a Moseh, cū Eleazaro in mōtem Hor, spoliatusq; vestibus, mortuus est ibi. Num.20.

IETRO cognatus Moseh, sacerdos Madian vir prudens, non omnino imprudenti consilio pro fuit Mosi, in iudicibus constituendis, ne totū onus humeris illius incumberet. Ietro. Exod.3. 40

Et intrauit Eleazar filius Aharon pro eo, substitutusq; est in vicem patris sui, & cōsuluit dominū pro Aharon patre suo. Eleazar. Num.26. 27

Præfuit populo dei vna cum Iosue diebus multis: tandem mortuus est in Gabaoth Phinees filij eius, ibidem sepultus. Iosu.vlt.

PHINEES filius Eleazari tertius, in gloria imitando eū in timore domini, placuitq; deo. Ideo statuit ei testamentum pacis, & principem sanctorum & gētis suæ, & vt sit illi & semini eius sacerdotij dignitas inæternum. Phinees Ecci.45.

Hic est, qui zelans legem domini dei sui, cum vidisset vnum de filijs Israel, ad scortum Madianitidem intrare, arrepto pugione confodit ambos simul in locis genitalibus: & cessauit plaga a filijs Israel. Num.24.

Fortis in bello Iesus Naue, successor Mosi in pro phetis Iehosua

Eccl. 46. phetis, qui fuit magnus secundum nomẽ suũ, maximus in salutem electorum dei. Vir in quo fuit spiritus dei, qui hostes domini percussit.

Iosu. 3. Iste est qui filios Israel introduxit per Iordanem
12 in terram promissionis. qui item 31. reges terræ percussit & deleuit de terra nomen eorum.

Reliqua autem verborum & dierum eius, nunquid scripta sunt in libro eius?

Iudicũ. 2. Et post hæc mortuꝰ est 110. annos habẽs, sepul-
Iosu. vlt. tusq; in finibus possessiõis suę in monte Ephraim.
Caleb CALEB filius Iephonæ duodecim explora-
Eccl. 46. torum vnus. sed plenus spiritu sancto, & dominũ ex corde secutus.

Num. 14. Hic est qui scidit vestimenta sua populo blasphemante, & dixit: Terra quã circũiuimus valde bona est, tantum nolite rebelles esse contra dominum, neque timeatis populum terræ huius, q̃ sicut panem possumus deuorare eos.

Vnde a domino audit, Quia secutus est me Caleb, inducam eum in terram hanc quam circumiuit, & semen eius possidebit eam.

Othoniel OTHONIEL frater Caleb iunior, in q̃ fuit spiritus domini,

Iesue. 15. Pecussit Chusam reschataim regem Mesopotamiæ & oppressit eum.

Iudic. 1. Quieuitq; terra quadraginta annis, quib⁹ p̃fuit in pace & mortuus est,

Aioth Aioth filius Gera, filij Gemini, qui vtraq; manu pro dextera vtebatur.

Iudic. 3. Hic cum fecisset sibi gladium ancipitem, habẽtem in medio capulum longitudinis palmæ manus, interfecit Eglon regem Moab hominem eraſsum nimis, & saluauit Israel de manu Moab.

Sangar Post hunc Sangar filius Anath q̃ percussit de Philisthijm

listhrim 60. viros vomere, & ipse defendit Israel. Iudic. 3.

GEDEON filius Ezre. Hic est qui percussit Madian in 300. viris. Gedeon. Iudic. 6. 7

Vocationē & victoriā eius habes in libr. Iudic. 8. 9.

THOLA filio Phua patrui Abimelech, vir de Isachar, qui habitauit in Sanir montis Ephraim, & iudicauit Israel viginti tribus annis. Mortuusq; est & sepultus in Sanir. Thola

Huic successit Iayr Galaadites, q iudicauit Israel per 22. annos, habens 30. filios sedentes super 30. pullos asinarū & principes 30. ciuitatum quæ ex nomine eius nominatæ sunt oppida Iayr vsque in præsentem diem. Iayr Iudic. 10.

IEPTE Galaadites vir fortissimus atque pugnator filius meretricis, qui natus est de Galaad. Iepte. Iudic. 10.

Habuit autem Galaad vxorem de qua suscepit filios, qui postquam creuerunt, eiecerunt Iepte, dicentes, Hæres in domo patris nostri esse nō poteris quia de adultera matre natus es.

Quos ille fugiens atq; deuitās, habitauit in terra Thob.

Congregatique sunt ad eum viri inopes & latrocinantes, & quasi principem sequebantur eum.

Hi tamen necessitate compulsi, coacti sunt rursum in principem sufficere eum.

Percussit igitur ab Aroer vsq; ad Mennith 20. ciuitates, humiliatusq; est Ammon.

Hoc vnū stulte admisit, q temerariū votū vouit quod recidit postea in caput ipsius, & filiæ eius.

Percussit item de Ephraim 42000. virorum.

Iudicauit Israel annos sex, & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad.

Post hunc iudicauit Israel Abessan de Bethlehem. Abessan

Iudic. 12. hem. Qui habuit triginta filios, & totidem filias. Quas emittens foras, maritis dedit, & eiusdem numeri filijs suis accepit vxores, introducens in domum suam.

Iudicauit Israel septem annis, mortuusq; est, & sepultus in Bethlehem.

Ahialon. Iudic. 12. Cui successit Ahialon Zabulonites, & iudicauit Israel decem annis. Mortuusq; est, ac sepultus in Zabulon.

Abdon Iudic. 12. ABDON filius Hellel, Pharatonites, qui habuit. 40. filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarum.

Iudicauit Israel octo annis, Mortuusq; est, ac sepultus in Pharaton terræ Ephraim, in monte Amalech.

Sanson Iudic. 13. SANSON filius Manue, de stirpe Dā, qui natus est ex vxore sterili, promissione domini.

Cœpit autem spiritꝰ domini esse cum eo statim cum adoleuisset, versareturque in castris Dan inter Saraa & Esthaol.

14 Accepit vxorem alienigenam, quæ facta ē bel li occasio contra Philisthinos.

Catulum leonis rugientem & semirutum q̄si hoc dum in frusta concidit, nihil omnino habēs in manu sua.

Percussit in Ascalone 30. viros, quorū ablatas vestes dedit his qui problema ei soluerant, quod proposuerat vxor eius.

Iudic. 15. Cœpit quo.ꝓ. 300. vulpes, caudasq; earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, quas igne succendens, dimisit vt huc illucque discurrerent. Quæ statim perrexerunt in segetes Philisthinorū. Quibus succensis, & comportatæ iam fruges, & adhuc stantes in stipula concrematæ sunt: intantū vt vi

vt vineas quoq; & oliueta flamma consumeret. Ob quam rem permoti Philisthijm, combusserũt tam vxorem eius, q̃ patrem, qui occasio fuerunt huius ruinæ & damni

Percussitq; eos rursum ingenti plaga: ita vt stupentes suram fœmori imponerẽt. 1. percussit oẽs obuios quosq; magnos & paruos, & optimates, vel plæbeios.

Rursum in maxilla asini percussit mille viros.

Portas Gazæ vrbis tulit, & ex captiuitate euasit.

Tandem a muliere deceptus, perit.

Cum cecidisset domus supra eum, mortuus est, tulitque corpus eius vniuersa cognatio eius, sepeliuitq; in Saraa & Esthaol, i sepulchro pris sui Manue: iudicauitq; Israel viginti annis. 17

¶ Esrom, Aram, Aminadab, Naason, Salmon Booz, Obed, Isai nomina quædam extãt, eorum vero gesta non extant, excepta Booz. Ruth. 1. 2 3. 4.

HELCHANA de Ramathaim sophim Ephraim habuit duas vxores, Annam & Phenennam, ex quarum prima peperit Samuelẽ virum dei, cuius quidem filij splendor & patrem illustrem fecit. Helchana. 1. Reg. 1.

Dilectus a dño deo suo Samuel propheta, reno uauit imperium, & vnxit principes in gente sua. In lege domini congregationem iudicauit, & vidit deum Iacob, & in fide sua probatus est prophe ta, & cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit deum lucis, & inuocauit dominum omnipotentẽ in oppugnando hostes, circunstantes vndiq; in ob latione viri inuiolata. Et intonuit de cœlo dñs, & contriuit principes Tyriorum, & oẽs duces Philisthijm. Et ante tempus finis vitæ suæ, & seculi, te Samuel. Eccl. 46. 1. Reg. 2.

stimonium p̃buit in conspectu dñi & Christi. Pecunias, & vsq; ad calciamenta ab omni carne nõ accepit, & non accusauit illum homo.

Beneficia eius & opera sanctitatis scripta in libro eius, qui inscribitur Regnorum.

Mortuus est & sepultus in domo sua in Ramatha & planxit eum omnis Israel.

Nathan Dauid. Ecci. 46.

Post hunc surrexit Nathã propheta in diebꝰ Dauid vir potens in operibus bonis & placens dño.

DAVID quasi adeps separatus a carne. i. filiis Israel. Cum leonibꝰ lusit quasi cum agno, & in vrsis similiter fecit in iuuentute sua. Vir cui cõstitutum est de Christo egregius psaltes in Israel.

Occidit gigantem & abstulit opprobrium a gẽte sua inuocando deum omnipotentem.

Contriuit reges vndecim, & extirpauit Philisthiim: contriuit cornu ipsorum inæternum.

De omni corde suo laudauit dominum, & dilexit eum qui fecit illum. Vnde dedit illi testamentum regni & sedem gloriæ in Israel.

Reliqua autem verborum dierum eius, nunqd non scripta sunt in libro dierum Regum Iudah in libro Samuelis & chronicorum?

Dormiuit cum patribus suis sepultus in ciuitate sua.

Dies autem quibus regnauit super Israel 40. anni sunt.

In Hebron regnauit septem annis, in Ierusalem triginta.

Salomon Ecci. 47.

Post ipsum surrexit filius Salomon, propter quẽ deiecit dñs oẽm potentiã inimicorũ, & implet⁹ est quasi flumen sapia, & terram retexit anima sua,

Sapi. 7. 8.

Resoluit in compotationibꝰ ænigmata, & ad insulas diuulgatum est nomẽ eius. Sciuit dispositionẽ orbis

orbis terrarum, virtutes elementorũ, initiũ & cõsummationẽ temporum, anni cursus, & dispositiones stellarum, naturas animalium, vim ventorũ & cogitationes hominum, virtutes herbarum, & quæcunque sunt abscondita dei.

Magnus effectus est et præcessit omnes qui ante se fuerunt sapientia in Ierusalem. Multa contẽplatus est, deditq; cor suum ad sciendum scientiã, erroresq; & stultitiam.

Magnificauit opa sua in domibus, vineis, hortis, structuris, vasis, syluis. Possedit familiã, & greges vltra omnes qui fuerunt ante se in Ierusalem.

Coaceruauit sibi argentum & aurũ, & substantias regũ et prouinciarum. Oĩa quæ desiderauerũt oculi eius non negauit ei dominus.

Vnde dedit maculam in gloria sua, & prophanauit semen suum, relinquens gentis stultitiam, et imminutum a sapientia sua Roboam, qui auertit gentem a consilio suo.

Habuit regiones tributarias multas nimis, quã Iuda et Israel populum quoq; innumerabilem. 3. Reg. 4.

Erat cibus eius per singulos dies triginta chori similæ, et sexaginta chori farinæ, decẽ boues pingues, viginti boues pascuales, et cẽtum arietes, excepta venatione ceruorum, bubalorum, et auium altilium.

Habuit pacem, vndique et in circumitu ab oĩbus inimicis suis.

Subinde habuit 40. milia præsepia equorũ curtilium, et 12. milia equestrium, nutriebantque eos præfecti regis.

Dedit quoq; deus sapientiam Salomoni et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis q̃si arenam quæ est in littore maris. Et præcedebat

sapientia eius sapientiam oīm oriē aliū & Aegyptiorum, & sapientior erat cunctis hominibus.

Locutus est tria milia parabolarum, & fuerūt carmina eius quinque milia, & disputauit super lignis a cedro quæ est in Libano, vsque ad hysopū quæ crescit de pariete.

3.Reg.10 Fecit itaque, vt tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum, & cedrorum p̄buit tātam multitudinem quasi sycomoros in cāpestribus. Et educebantur ei equi de AEgypto & Choa.

3.Reg.11 Fuerunt ei vxores quasi reginæ 70. & concubinæ 300. Et auerterūt mulieres cor eius in senectute sua & coluit Asterthen deā Sidoniorū, & Chamos deum Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum. Aedificauitq; phanum idolo Moab & idolo filiorum Ammon. Atq; in hunc modum faciebat vniuersis vxoribus suis alienigenis.

Reliquum autem verborum Salomonis, & oīa quæ fecit, & sapientia eius, ecce vniuersa scripta sunt in libro verborum dierum Salomonis.

Dies quib⁹ regnauit in Ierusalem 40. anni sunt dormiuitq; cum patrib⁹ suis, & sepultus est in ciuitate Dauid patris sui, regnauitq; Roboam filius eius pro eo.

Ahia silonites. AHIAS Silonites propheta, prophetauit in diebus Salomōis, & Hieroboam regum Israel

3.Reg.11. 18 HIEV filius Ananiæ, propheta in dieb⁹ Baasa regis Israel. Occisus a rege propter verbum domini, spiritum deo reddidit authori.

Helias Ecci. 48. 3.Reg.17 18 HELIAS propheta Thesbites, de habitatoribus Galaad. Verbum eius quasi facula ardebat. Induxit famem in terram, & verbo domini continuit cœlum, & deiecit a se ignem in terram.

In tur-

In turbine ignis, in curru equorum igneorum raptus est in cœlum, & non comparuit. 4.Reg.2.

Reliqua verborum dierũ eio, & mirabilia eius quæ fecit, scripta sunt in libro Regnorum & Chronicorum.

MICHEAS filius Iemla, vir dei & prophetes in diebus Ioſaphat regis Iudah, quem pro veritate quoq; rex Israel in carcerẽ coniecit, fecitq; sustentari pane tribulationis, & aqua angustiæ, donec ex bello reuerteretur, in q̃ tñ misere periit. Micheas 3.Reg.22

HELISEVS discipulus Heliæ, & in duplo spiritum eius consecutus. Heliseus. 4.Reg.2.

In diebus suis non pertimuit Principem, & potentia nemo vicit illum, & mortuum prophetauit corpus illius. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia est operatus.

Verum ea omnia nunquid non scripta habentur in libro verborum dierum regum Iuda & Israel?

HIEV filius Ioſaphat, filij Nãsi, princeps fortissimus, quem vnxit in regem Heliseus per vnũ prophetarum suorum. Hieu. 4.Reg.9.

Hic percussit oẽm domũ Achab, clausum nouissimũ in Israel, vsq; mingentem ad parietẽ, vindicans sanguinẽ seruorum & prophetarũ & sanguinem oñium seruorum dñi de manu Iezabel.

Occidit duos reges Ochoziam & Ioram. Et Iezabel iussit præcipitari, vt ab vngulis equorũ cõculcaretur.

LXX quoq; filios regis, optimates ciuitatis occidit, & vniuersos qui ad domum Achab spectabant. 10

Item quadraginta duos viros fratres Ochoziæ apud cisternam vnam.

Subinde sacerdotibus & cultoribus Baal. vni-

uersis inuitatis ad holocaustum, occidit eos. Phanũ quoq; succendens, idola demolitus est, & fecit pro Baal latrinas in præsentem vsq; diem.

Veruntamen ab peccato idololatriæ Ieroboam non auocauit populum, sed errori adhæsit. Vnde maculam iniecit vniuersæ gloriæ suæ.

Dormiens igitur cum patribus suis, regnauit Ioachas filius eius pro eo. Dies quibus regnauit super Israel, 18 anni.

Ezechi. Eccl. 48 4. Re. 18. Anno tertio Oseæ filij Hela, regis Israel, regnauit Ezechias filius Achas regis Iudah. Viginti quinque annorũ erat cum regnare cœpisset, & viginti nouẽ annis regnauit in Ierusalem, fecitq; quod bonum est in conspectu domini.

Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitq; serpentem æneum, quem fecit Moseh. Siquidem vsq; ad illud tempus Israel adolebat incensum ei.

Iraq; post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Iudah, sed neq; in his qui ante eum fuerunt. Et adhæsit domino, & non recessit a vestigijs eius fecitq; mandata eius quæ præceperat dominus. Vnde erat dominus cum eo, & in cunctis quæ gerebat, sapienter se gessit.

Rebellauit cõtra regem Assyriorum, & non seruiuit ei percussitq; Philisthęos.

Anno. 14 regni eius, cum ei multam imposuisset rex Sennacherib. 30 talenta argenti. 30 talenta auri confregit valuas templi, & laminas auri, quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorum.

4. Re. 19 Cæterum cũ rursum angustiaretur ab eo, ad dominum deum suum confugit, & liberauit eum percutiens in castris centum octogintaquinque milia virorum.

In die-

In diebus eius Sol retro redijt decem lineis, & re- 20.
uersus est totidem gradibus retrorsum in horologio Achas, quod erat ei signum vt superuiueret quindecem annis.

Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo eius, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dicrum regum Iudah?

Dormiuit cum patribus, & regnauit Manasses filius eius impius pro eo.

In diebus Ezechiæ prophetauit Isaias filius Amos Isaias.
& sub Ozia Ioatham, & Achas pariter. Propheta Isai. 1
magnus & fidelis in conspectu dei, cuius sermones 4. Re. 20
indicium sunt spiritus ipsius. Fertur ab Iudæis serra dissectus vitam deseruisse.

Memoria Iosiæ in compositione odoris facta, Iosias.
opus pigmentarij. In ore quasi mel indulcabitur Eccl. 49
memoria eius, & vt musica in conuiuio vini. Ipse est directus diuinitus in pœnitentiã gentis, & tulit abominationes impietatis. Et gubernauit ad dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem.

Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam omnes reges peccatum commiserunt. Nam reliquerunt legem altissimi reges Iudah, & contempserunt timorem Dei.

Impij patris filius fuit scilicet Amon. Octoque 4. Re. 22.
annorum erat cum regnare cœpisset, & triginta uno anno regnauit in Ierusalem.

Repertus est eius tempore liber legis in domo dei, diu non visus, quem cum audisset legi, & vestimenta scidisset, accepit promissionem, vt cum pace moreretur.

Sustulit de templo domini omnia vasa quæ fa- 4. Re. 23.
cta fuerant Baal, & in luco, & militiæ cœli, & com

buſſit in conualli Cedron.

Deleuit haruſpices, quos poſuerunt reges Iudah ad ſacrificandum in excelſis, & eos qui adolebant incenſum Soli, & Lunæ, & duodecim ſignis

Efferri fecit lucum in domo domini foras Ieruſalem, & combuſſit in conualli Cedron, & ſupra ſepulchra vulgi conſperſit.

Deſtruxit ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quaſi domunculas luci.

Contaminauit Tophet in valle Ennon, ne quis vltra luſtraret filium ſuum per ignem.

Abſtulit equos quos dederant reges Iuda Soli, in introitu templi, & currus ſolis combuſſit igni.

Altaria Achas & Manaſſes deſtruxit, & cinerem proiecit in torrentem.

Excelſa quæ fecerat Salomon in monte offenſionis Aſtaroth, Melchon, & Chamos, polluit, cõtriuit, & lucos ſuccidit, replens loca eorum oſſibus mortuorum.

Abominationem in Bethel Hieroboam contriuit & diſſipauit.

Omnia phana excelſorum per totam Samariam, quæ fecerant reges Iſrael, deſtruxit.

Occidit vniuerſos ſacerdotes excelſorũ, qui erãt ibi ſuper altaria, & combuſſit oſſa hũana ſuper ea.

Pythones & ariolos, & figuras idolorum, & quicquid erat ſordium iſtiuſmodi, abſtulit de terra

Reliqua ſermonum Ioſiæ, & vniuerſa quæ fecit nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iudah?

Obijt i Megeddo, in Ieruſ. i ſepulchro patris ſui

Ieremi. IERE mias filius Helchiæ de ſacerdotibus qui fuerũt in Anachot, in terra Beniamin. Qui a vẽtre matris

matris consecratus est propheta, euertere, & eruere, & iterum ædificare & renouare. Eccī 49.

Verba prophetiæ, & q̄ pro nomine dñi ꝓpessus est, scripta sunt in volumine sermonum eius. Ieremi. 1.

EZECHIEL filius Buzi, sacerdos in terra Chaldeoꝝ secus flumen Chobar. Vidit cōspectū gloriæ dei, quam ostendit illi in curru Cherubim Ezech. Eccī. 49. Ezech. 1.

Duodecim prophetarum nomina pullulant de loco suo. Nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis suæ. Duodecī prophetę

Horum nomina sunt Osee, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Habacuc, Sophonias Haggeus, Sacharias, & Malachias.

Prophetauit Osee in diebus Oziæ, Ioathan, Achas, & Ezechię regum Iudah, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Israel. Amos in diebus Hieroboam filij Ioas, regis Israel, pastor in Thecua.

Micheas Morasthites in diebus Ioathan, Achas & Ezechiæ regum Iudah.

Sophonias in diebus Iosiæ filij Ammon.

Aggeus in diebus Zorobabel.

IECHONIAS filius Ieremiæ, & fratres eius Rechabitæ, in scripturis commendantur, qđ obedientes præcepto Ionadab filij Rechab patris eorum, vinum non bibebant, & sequestratam solitariamq; vitam agebant. Rechab. Ierem. 35

ABDEMELECH æthiops, amicus veritatis, a secretis regis Sedechię tyranni, precibus apud regem effecit, vt Ieremias rursum de lacu subduceretur. Vnde audit in verbo domini: Quia fecisti misericordiam, liberabo te in die illa vastationis, & non traderis in manus virorum quos tu formidas, & gladio non cades, sed erit tibi anima tua in salutē, quia in me habuisti fiduciā, dicit Dominus. Abdemelech. Ierem. 38

Zoroba. & Iesus. ZORObabel, quasi signum in dextera manu in Israel, q instaurauit nouissimum templum dei in Ierusalem.

Eccl. 49 Et Iesus filius Iosedech, sacerdos magnus in diebus Zorobabel, qui & ipse operã præbuit, vt præpararetur templũ domino in gloriam sempiternã.

Esras Eldr. 1. Eccl. 49 ESRAS propheta dei, & scriba legis doctissimus, captiuus in regiõe Medoꝝ, in regno Artaxerxis regis Persarꝝ, Homo in memoria multi tpis qui erexit muros euersos, & stare fecit portas & seras. & rursum confirmauit regem Iudæorum.

Opera eius, & zelus legis dei eius, scripta sunt in Esra volumine eius nominis.

Tobi. senior & iunior. TOBIAS ex tribu & ciuitate Neptalim q̃ est in superioribus Galilææ supra Naason, post viam quæ ducit ad occidentem in sinistro, captiuus Salmanasar regis Assyriorum.

Miæ eius, & opa bona illius, ac filij eius iunioris Tobiæ, scripta sunt ī volumine q intitulat̃, Tobi.

Mardoc. Hester. 2. MARdocheus vir Iudæus, in Susis ciuitate, filius Iair, de stirpe Iemini, qui translatus de Ierusalẽ eo tempore quo Iechoniam regem Iudah Nabuchodonosor rex transtulerat. Nutritius filiæ fratris sui Edissæ, quę alio nomine vocabatur Hester, quę vtrunq; parentem amiserat, pulchra nimis, & facie decora, quam Mardocheus mortuis parentibus eius in filiam adoptauit.

Facinus eius magnanimum, & luctus eius quã pertulit pro Israel, scripta sunt ī volumine Hester

Iob. Iob. 1. IOB vir celebris & rex in terra Chus, homo simplex & rectus, recedens a malo, & timens deum

Fuit homo ille diues valde, parens septem filiorum, & septem filiarum, possidens septem milia ouium, & tria milia camelorũ, quingẽta quoq; iu

ga bo-

ga boum, & quingentas asinas, & familiam multam nimis, vir magnus inter omnes orientales.

Verba patientiæ & cruciatus eius scripta sunt in Iob libro nominis eius

NAAMAN princeps militiæ regis Israel, vir magnus apud dominũ suũ, & honoratus, vir fortis & leprosus, sed diues, sanatus per Heliseum ac restitutus, credidit in dominum deum Israel. Naamã. Syrus 4. Reg. 5.

MATHATIAS filius Iohannis, filij Simeonis sacerdos ex filijs Ioarim, qui citius mori voluit, q̃ adorare deos alienos, & relinquere legitima dei. Mathatias et filij eius.

Huius extat exhortatio grauissima ad plebem, qua ad constantiam hortatur. 1 Mach. 2.

Filios habuit quinq;, Iohannan qui cognominatur Gaddis, & Simonem, qui cognominat̃ Thassi, & Iudam, qui vocabatur Machabeus, & Eleazarum, qui cognominabatur Abaron, & Ionathã qui cognominabatur Aphus.

Horum bella & egregia facta quæ fecerunt, nũ quid scripta sunt in libris Machabæorum?

ELEASARVS vnus de primoribus scribarũ, vir ætate proiectus, & vultu decoro, gloriosissimam magis mortem, quam odibilem vitam cõplectens, maluit turpiter perire, quam fugere, & infidelibus ruina esse. Eleasar. 2. Mac. 6.

Septem fratres erãt filij matris vnius, qui ante q̃ legitima vellent infringere, & ceremonias legis dei citius mortem atrociss imã, vna cum matre subierunt. Quorum responsa ibi lege. Machabæi, cum matre.

BARVCH filius Neriæ scriba amanuensis Ieremiæ prophetæ. Eius extat volumen. Baruch.

¶ Secundo, DE VIRIS Illustribus Testamenti Noui.

MATTHAEVS, q & Leui, ex publicano & thelo Matthæ

thelonario, Apostolus & Euangelista, primus in Iudæa Euangelium ebraicis literis (vt fertur) conscripsit, propter eos qui ex circumcisione erant. Quod & hodie extat, & legitur a nobis. Si ebraice interpreteris, donatus a domino, interpretatur

Ioseph Matth. 1. IOSEPH maritus Mariæ, ex qua genitus fuit Christus, homo iustus & rectus de tribu Dauid.

Magi. Matth. 2 MAGI illi qui ab oriente accesserunt adorare dominum, an reges fuerint, nulla scriptura authenti ca apertum est. Nam quod Matt. 2 scribitur: Magi, non Reges significat, sed sapientes. Nihil est igitur, quod curiosius de illorum accessu & reditu vltra scrutemur, plus quam Euangelista exprimit.

Iohan. baptista Luc. 3. Matt. 11 Iohan. 1 Iohannes baptista filius Zachariæ, ex matre sterili Elizabet, sanctificatus ab vtero, & quo inter natos mulierum non surrexit maior.

Hic fuit homo missus a deo, ad prædicandū præsentem Messiam, & baptisma pœnitentiæ.

Indumēta sua capilli camelorū, & zona pellicea circa lumbos eius. Cibus locustæ, & mel syluestre.

Sermones eius, & vita durissima, scripta in Euāgelistis, & Isaia propheta.

Marcus. 1. Pet. 5 MARCVS indiuiduus comes Petri. Cuius & meminit in epistola sua, dicens: Salutat vos quæ in Babylone est, vestrę consors electionis Ecclesia & Marcus filius meus.

Moritur sub Neronis imperio, sepultus in Alexādria, vbi ecclesiā cōstituerat, succedēte sibi Aniano

Euangelium scripsit, quod & Petri dicitur.

Zachar. 2. Par. 24. Isaię. 8 ZACH Arias filius Barachiæ. Hic quoniā zelans legem Domini, dixit: Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit? lapidatus est in atrio domus Domini sub rege Ioas. Qui cum moreretur, dixit, Videat dñs, & requirat

Duodecim Apostoli

Iuxta duodecim tribus, duodecim quoq; discipulos elegit dominus, qui in omnem terram diuulgarent Euangelium eius. Hos & Apostolos nominauit. Simonem, vocans Petrum. Andream fratrem eius, Iacobū, & Iohānem, Philippum, & Bartholomæum, Matthæum, & Thomam, Iacobū Alphei filium, & Simonem, qui vocatur Zelotes. Iudam Iacobi, & Ischariotem, qui proditor fuit.

Matt. 10. Actuu. 2.

Horum sermōes & miracula scripta sunt in volumine Actuum, & reliquis libris Testam. Noui.

Ioseph Matt. 27.

IOSEPH ab Arimathia, hō diues, & clam destinus Christi discipulus. Hic est qui postulauerat a Pilato corpus Iesu, & inuoluit syndone, ac sepeliuit illud i mōumēto nouo, q̄d exciderat i petra

Iohannes

Iohannes Apostolus, quē Iesus amauit plurimū filius Zebedei, frater Iacobi Apost. quē Herodes post passionem Christi decollauerat, Nouissimus omnium Euangeliū scripsit, rogatus ab Asiæ Episcopis, aduersus Cerinthum, & alios hæreticos.

Scripsit & Epistolam, quæ Canonica vocatur. Nam de alijs duabus adhuc dubitāt, cuius nā sint.

Lucas.

LVCAS medicus, Antiochenus, sectator Apostoli Pauli, & omnis peregrinationis eius indiuiduus comes, vt ipsius Acta testantur.

2 Corin. 8

Scripsit Euangelium, de quo idem Paulus: Misimus cum illo fratrem cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias. Et ad Colo. Salutat vos Lucas, medicus, charissimus. Et ad Timo. Lucas est mecum solus.

Coloss. 5. 2 Tim. 4

Scripsit & aliud volumen egregium, quod Apostolorum acta inscribitur.

Vixit octoginta & quatuor annis, vxorem nō habens. Sepultus in Constantinopoli.

Lasarus.

LASARVS Bethanienſis, a castello Mariæ & Mar-

Iohan. 11 12. & Marthæ sororum. Hunc quatriduanum dominus suscitauit. Vnde factum, vt & ipsum quoque conati sint occidere Iudæi.

Nicodemus. NICODEMVS homo ex Pharisæis, princeps Iudæorum. Et hic discipulus Iesu, sed occultus

Iohan. 3. propter metum Iudæorũ. Hic est, qui venit ad Iesum nocte, conferens cum eo: & in concilio patro-

Cũ mortuus esset Iesus, ferens (cinaſ pro Iesu ; mixturã myrrhæ et aloes, ad libras ferme cẽtũ, ob uinxit corpus lintheis, cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sæpelire.

Paulus Philipp. 3 Galat. 1. Actu. 22. PAVLVS Apostolus non ab hominib. sed p Iesum Christum ac deum patrem. Israelita, ex genere tribus Beniamin, Ebreus ex Ebræis, iuxta legem pharisæus. Natus in Tharso Ciliciæ, cæterum educatus ad pedes Gamalielis

Olim autem institutus in patria traditione, persequebatur Christianos vehementer, alligans in carceres, acceptis ad hoc literis ab Iudæis & principibus eorum. Donec prostratus e cœlo a deo, electus est vt vas electum, qui portaret nomen Christi coram Regibus & gentibus, ac filijs Israel.

Qualia & quanta perpessus sit pro nomine domini Iesu, miracula eius, & sermones docent, scripta in volumine Actorum, & Epistolis eius.

Gamaliel. GAMALIEL legis doctor, homo in precio habitus apud totum populum, præceptor Pauli,

Actuu. 5. vt in Actis scriptum reperitur. Hic est, qui consilium dederat in consessu Iudæorum, quod si ex deo sit negotium Verbi, exterminari non potest. Sin autem, non debere reluctari Iudæos, quando deo reluctari viderentur.

Cornelius Cornelius Cesarienſis, centurio cohortis quæ dicebatur Italica, homo religiosus, ac timens deum cum

cum tota domo sua, præsentans eleemosynas multas plebi, exemplum præbuit omnibus præfectis populorum benefaciendi. Actuu.10

Conuersio eius ad fidem, per Petrum Apostolum scripta est.

APOLLO Iudæus, genere Alexandrinus vir eloquens, & potens in scripturis sanctis. Apollo Actu.18.

Hic cum esset institutus in via domini, & feruens spiritu, loquebatur & docebat diligenter ea quæ sunt domini, vehementerq; reuincebat Iudæos publice, ostendens per scripturas, quod Iesus esset Christus.

Cognitus a Paulo & Barnaba, susceptus est, et ipse quoq; in ministerium verbi. 1.Corin.2

DIONYSIVS Areopagita vir magnus, ad functus viæ domini per Paulum Apostoli. Qui tamen an ille sit qui diuinas hierarchias conscripsit, nulla scripturarum exprimit. Dionysius Actuu.17

AQVILA Italus, genere Pontius, Iudæus, et ipse quoq; indiuiduus comes Pauli, q̃ multa in ipsum Paulum beneficia contulit. Aquilã Actu.18.

Profligatus ex Italia sub Claudio, qui omnes Iudæos Roma decedere iussit, cum Paulo versabatur.

Item aliquandiu exercuit artificiũ texẽdi aulæa

Habuit & Diacones prima Ecclesia, viros septem spectatæ probitatis, spiritu sancto & sapientia plenos. Septẽ diacones. Actuu.6.

Horum nomina extant Actuum 6. Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timo, Barnabas & Nicolaus.

Officium horum erat, in multitudine eleemosynas partiri, præesse in temporalibus Ecclesiæ dei, & vna etiam docere.

Philip-

Philippꝰ Actuu.21

Philippus ille vnus est e septem diaconibus, atque idem etiam Euangelista, habens quatuor quoque filias virgines prophetantes, hospes Pauli.

Agabus. Act.11.21

AGABVS propheta Ierosolymitanus, spiritu multa significauit tum discipulis, tum Paulo, de tribulatione & fame quæ futura erant illis.

Stephanꝰ Actuu.6.

STEPHANVS plenus gratia & fortitudine, faciebat signa magna in populo. Raptus in seditione Cyrenensium & Alexandrinorum scribarum, lapidatus est, reddens spiritum deo his verbis Domine Iesu, accipe spiritum meum. Ne statuas illis peccatum hoc, pro persequentibus se, exemplo Christi, orans.

Ananias Actuu.9.

ANANIAS antiquus discipulus domini. Is est qui Paulum apostolum baptizauit.

Timotheus. Actu.16.

TIMOTHEVS filius mulieris cuiusdam Iudææ fidelis, cæterum patre græco. Hic quoniam bonum testimonium habebat ab eis qui erant Listris, Paulus suscepto eo in ministerium verbi, filij loco habuit, scripsitq; epistolas ad eum, quæ extãt in hunc diem.

Prophetę quidam.

Erant & prophetæ quidam in prima Ecclesia, ac Doctores, Barnabas, & Simon, qui dicebatur Niger & Lucius Cyrenensis, & Manahem, qui fuerat Herodis collactaneus, & Saulus. Horum quoque in verbo ministerium fidele, scriptum est in Actis.

Titus.

TITVS discipulus Pauli, & ipse filij loco habitus vna cum Timotheo: eum propter eximiam indolem, & fidem, Episcopum præfecit Paulus insulæ Cretæ, scribens ad illum epistolam ex Neapoli, quæ in Ecclesia legitur.

Extant & aliorum complurium discipulorũ nomina, & commendationes in Epistolis Paulinis & Aposto

& Apostolorum. Quoniam vero illorum nulla insignia facta extant, nō ab hoc quidem Catalogo excludimus, verum nomina eorum & memoriā in scripturis, legem domini sedulo meditantibus, legenda relinquimus.

Ioseph et matthias Actuu. 1.

Postquam Iudas abiisset in locum suum, ne vacarent numerus duodenarius, hos duos elegerunt Apostoli s. Ioseph, qui vocatur Barsabas, & Matthiam: sed precatione facta ab Apostolis, sors cecidit super Matthiam, & coaptatus est in numerum vndecim Apostolorum.

Ioseph Actuu. 4

IOSEPH q cognominatus est Barnabas ab Apostolis. i. filius consolationis, leuites, cyprius genere, cum haberet agrum vendidit illum, & ante pedes Apostolorum posuit precium,

15

Comes fuit & socius Pauli in ministerio verbi, a quo tamen aliquando disiunctus est.

LIBER SECVNDVS.

¶Catalogus obscurorum virorum Veteris & Noui Testamenti.

¶Primo, De viris obscuris Veteris Testamenti.

Cain Genes. 4.

CAIN primogenitus Adæ homo agricola, sed malignus, peruersus, & auarus, Abel fratrem suum occidit, eum deus respexisset ad munera ipsius. Hinc profugus in terra versatur.

Gigātes. Genes. 6.

Post hunc exorti sunt Gigantes, homines tyranni & impurissimi, celebrati eo seculo. Propter eorum tyrannidem, luxuriam, & corruptionem peditus est totus orbis.

Nimrod. Genes.10 NIMROD tyrannus impius, cœpit potens esse in terra, & robustus venator coram deo.

Ab eo exiuit prouerbium, Quasi Nimrod robustus venator coram domino.

Principium regni eius Babylon, cuius primus extructor fuit.

Cham Genes. 9. CHAM filius Noha, homo impudens, qui non operuit turpitudinem patris sui. Vnde audit a patre: Maledictus Cham, seruus seruorum erit fratribus suis.

Ab hoc propagati sunt Chananei, & idololatræ gentes.

Aedificā turrim Genes. 11 Celebrantur inter obscuros & pessimos, qui vt celebrarent nomen suum, ædificauerunt sibi turrim cuius culmen pertingeret vsque ad cœlum: & ob hoc inter posteriores, veluti superbissimi iactatores reputati sunt.

Hismael Genes.16 HISMAEL filius Agar ancillæ Abraham, homo sæuus, cuius manus contra omnes, & manus omnium contra eum.

Esau Genes. 25 Malac.1. ESAV frater Iacob, filius Isaac, vir gnarus venandi, & homo agricola, inter reprobos censetur. Iacob dilexi, Esau odio habui.

Sichem Genes.34 SICHEM filius Emor Euæi, Princeps Chananæus, & vrbis Salem, quoniam rapuerat & stuprauerat Dinam filiam Iacob, dignas sceleris pœnas pendens, cum omni populo vrbis suæ deperditus est.

Her. Genes.38. HER primogenitus Iudæ, nequam in cōspectu domini fuit, atq; ideo occisus est ab eo.

Onan Genes.37 ONAN quoq; frater Her, inuidens defuncto fratri, iussus ingredi ad vxorem defuncti fratris, semen in terram proiecit, ne liberi fratris nomine nascerētur, Idcirco percussit illum dominus, eo quod rem

rem tam detestabilem perpetrasset.

PHARAO tyrannus Aegyptiorũ, opprimens filios Israel, vicissim flagellatur, & in mari rubro suffocatur. Exod. 1 vsq; ad caput. 14. Pharao.

Fuerunt & alij eius nominis Pharaones, sed omnes pessimi, qui & dignas scelerum poenas pependerunt.

ADONISEDECH tyrannus LXX Regibus amputauit manuum & pedum summitates, fecitq; colligere panem sub mensa eius. Sed sicut fecit, sic reddidit illi dominus. Adonisedech. Iudic. 1.

Filij Belial erant, & vere obscurae notae, qui quaerentes abuti homine Leuita, & aduena, tantae cladis in Israel causa fuerunt. Beniamitae. Iudic. 19

Filij Heli, filij Belial, nescientes dominum, neque officium sacerdotum ad populũ propter officium eorum subtrahentes carnes ab sacrificijs, impietatis debitas poenas persoluerũt in bello occisi. Filij Heli 1. Reg. 2.

Fuerunt & SAMVELI filij Iohel, & Abia, Iudices in Bersabee. Verum non ambulauerunt in vijs patrum suorum, sed declinauerunt post auaritiam, peruerterunt que iudicium. Vnde populo facti exosi, occasio fuerunt ruinae populi, quod populus pro iudicibus concupiuit Regem, contra verbum domini. Filii Samuel. 1. Reg. 8.

SAVL filius Cis, de tribu Beniamin, initio q̃dẽ vir bonus & electus, neq; fuit melior illo in Israel, sed quia non ambulauit iuxta verbum Domini, datus in reprobum sensum, audit a dño per prophetam. Quia tu abiecisti sermonem domini, abiecit dominus te, ne sis rex. Saul. 1. Reg. 9.

Insaniae & stultitiae eius, quas admisit, scriptae sunt in libro Samuelis.

DOECH vir de seruis Saul, Idumaeus, potentissimus Doech.

Idumeus 1.Reg.21 22. tissimus pastorum Saul. Hic est qui prodidit Achimelech sacerdotem, & effecit apud Saul, vt de Sacerdotibus occideret.85. viros, exceptis inhabitatoribus vrbis, magnis & paruis.

Goliath. 1.Reg.17. GOLIATH Etheus altitudinis sex cubitorū, vir spurius, de castris Philisthinorū, maledixit castris Israel, & confidit in superbia sua, vnde periit & ab Dauid occiditur.

Agag. 1.Reg.15 AGAG rex Amelech pinguissimus, & domino anathema factus, a Samuele in frusta cōcisus est coram domino in Galgalis.

Nabal 1.Reg.25. Nabal homo potens & magnus nimis in deserto Pharam, in solitudine Maon, vir Belial quidē, sed possessio eius multa nimis, quia misericordiam cum Dauid profugo non fecit, occidit illum dominus.

Ioab. 2.Regū.3 IOAB, & Abisai filij Saruiæ, occiderunt Abner principem exercitus, & Amasa filium Iether, duos viros meliores se: cuius quoq; sceleris meritas pœnas soluerunt. 3 Regum 2.

Banaa & Rechab. 2 Reg. 4. BANAA, & Rechab duo viri principes latronum, qui percutientes Isboseth filium Saul, & ab lato capite eius ad Dauid, volentes complacere ei amputatis manibus & pedibus suspensi sunt supiscinam quæ est in Hebron.

Absalon 2.Reg.13 Amnon. 2.Reg.13 ABSALON filius Dauid, sed temerarius, & inobediens patri suo, periit male, in arbore crinibus suspensus,

AMNON quoque filius Dauid, quia rem nefandam ausus est cum sorore perpetrare, iusto iudicio Dominus permisit, vt Absalon occideret eum.

Semei. 2.Reg.16 SEMEI vir de cognatione domus Saul, filius Gera. Hic maledicens Dauid dum iret in terra pro

ra profugus, mittens lapides vna cum furiosis vo cibus: Egredere, egredere vir sanguinum, fili Beli al, sub Salomone lesæ maiestatis crimen, commu tatione vitæ suæ persoluit. 3. Reg. 2.

ACHITOFEL consiliari⁹ pessimus. Qui cum dedisset contra Dauid consilium pessimum, neque illi ab Abschalon subscriberetur, suspendio seipsum peremit, & in seipso verificauit prouerbi um. Malum consilium, consultori pessimum. Achitofel. 2. Reg. 17

SIBA vir Belial fili⁹ Bochri homo seditiosus, canens buccina, separauit Israel a Dauid, fecitq; commotionem magnã in Israel. Quare profugus extra patriam, deprehensusq; capitis supplicium pependit. Síba 2. Reg. 20

ROBOAM fili⁹ Salomonis, sed tyrann⁹ q negligens consilium senum & cõsiliariorum p̃ris eius, audiensque consilia iuuenum, perdidit se & populum suum. Roboã. 3. Reg. 12

HIEROBOAM fili⁹ Nabath, Ephrate⁹ de Sareda, aliquando seruus Salomonis. Primũ quidem vir fortis & potens & industri⁹, sed suffect⁹ in regem Israel, timens gloriæ suæ, dereliquit dominum: & excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, dixitq; populo: Nolite vltra ascendere in Ierusalem: Ecce dñi tui Israel, qui te eduxerunt de terra AEgypti. Et factum est verbum hoc in peccatum & in ruinam omnis populi Israel. Hierobo am. 3. Reg. 11. 12.

Fecit etiam phana in excelsis, & sacerdotes de extremis populi qui non erant de filijs Leui. Quicunque volebat, implebat manum suã, & fiebat sacerdos excelsorum. Et propter hãc causam pec cauit domus Hieroboam & mersa est & delera de superficie terræ. 13.

Dies quibus regnauit, viginti duo anni sunt, &

dormiuit cum patribus suis, & regnauit filius eius Nadab pro eo.

Abia. ABIA filius Roboam rex Iuda, tribus annis regnauit in Ierusalem. Non fuit rectum cor eius coram dño, & ambulauit in omni via patris sui. Qui licet impius, tamen tempore angustiæ, speravit in domino, & liberauit eum.

Post victoriam contra Ieroboam accepit vxores. 14. procreauitque viginti duos filios, & filias sedecim.

Reliqua autē sermonū Abiæ, & opera eius scripta sunt diligentissime in libro Addo videntis.

Nadab 3. Reg. 15. NADAB filius Ieroboam, regnauit super Israel duobus annis, sed quia ambulauit in vijs patris sui, consilio domini factum est, vt Baasa filius Abiæ de tribu Isachar, percussit eum, & regnum eius, omnem domum Ieroboam.

Achab 3. Reg. 16. ACHAB filius Amri regnauit in Samaria viginti duobus annis, & fecit malum in conspectu domini super omnes qui ante se fuerunt.

Seruiuit Baal, & adorauit eum. Vxorem duxit pessimam, filiam regis Sidoniorum Iezabel.

Persecutus est Heliam, & omnes prophetas domini occidit quos habere potuit, neque fuit alter sicut Achab, qui venundatus est vt faceret malū. 3 Regum 21.

Ochozias. OCHOZIAS filius Achab, regnauit super Israel. 2 annis.

4. Reg. 1. Consuluit Beelzebub, & ambulauit in omni via patris sui, homo impiissimus. Vñ & misera morte periit, occisus a Iehu.

Fuit & alius huius nominis, itidē et desertor dei.

Achas 4. Reg. 16. ACHAS filius Ioathan, rex Iuda, sedecim annis regnauit in Ierusalem. Non fecit quod placitum

citum erat in conſpectu domini, ſed conſecrans filium ſuum per ignem, idola gentium adorauit.

MANASSES xii. annorum erat cū regnare cœpiſſet, & 25. annis regnauit in Ieruſalem. Manaſſes.

Malum fecit in conſpectu domini, iuxta abominationes gentium, ædificauit excelſa quæ diſſipauit Ezechias pater eius: erexit aras Baal, & adorauit omnem militiam cœli. 4. Reg. 21

Traduxit filium ſuum per ignem, & hariolatus eſt, & obſeruabat auguria, fecitque pythones & haruſpices.

Sanguinem innoxium effudit multū nimis, donec impleretur Ieruſalem vſq; ad os.

Reliqua autem ſermonum Manaſſe & peccatum eius quod peccauit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum Regum Iudah?

AMON filius Manaſſe duobus annis regnauit & ambulauit in omnibus immunditijs patris ſui, & dereliquit dominum deum patrum ſuorū. Tetenderuntque ei inſidias ſerui ſui, & interfecerunt eum in domo ſua. Amon 4. Reg. 21

IOIAKIM fecit malum corā domino, quare ī manus Chaldæorum, Syrorum & Moabitarum & filiorum Ammon traditus eſt a domino. Ioiakim. 4. Re. 24.

Regnauit & ille tribus menſibus in Ieruſalem: ſed quia diuina poteſtas principatum impium nō fert, domino volente factum eſt, vt propter impietates eius duceretur in Babylonem. Ioachim filius Ioiakim 4. Re. 24.

SEDECHIAS vndecim annis regnauit in Ieruſalem, & fecit malum in conſpectu domini, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. Viuus vinctus, exoculatus & in Babylonem perductus eſt mortuuſq; ibidem in domo carceris. Sedechias.

Inter obſcuros viros iure optimo cenſeri debēt Duo

Iudices. Dani. 13. etiam iudices illi, ministri impietatis, qui voluptate illecti & sanguinem tradētes innocuum Susannæ castissimæ fœminæ, ipsi in foueam quā parauerunt inciderunt.

LXX sacerdotes Belis. Dan. 14. BELIS quoq; sacerdotum LXX. insignē impostura, quis non merito inter obscurorūm virorum facta annumerandā cēseat? Historia in Daniele nota est.

Phassur. Ierem. 20 PHASSVR filius Emmer sacerdotis, ac princeps in domo domini, impiorum sacerdotum dux impius, hic est qui Ieremiam prophetam in neruū misit. Verum sicut egit, sic factum est illi, & trāslatus est in Babylonem, atq; in exilium proscriptus, vbi periit.

Semeias. Ierem. 29. SEMEIAS pseudopropheta, prædicauit carnalem libertatem populo dei, suasitque cōtra verbum domini in ore Ieremiæ abijcere iugum. Vnde periit & ipse & omnis domus eius.

Achabet Sedechias. Ierem. 29 Iudicium domini acre fuit contra Achab & Sedechiam, quos frixit rex Babylonis in igne, pro eo quod fecerūt stultitiā in Israel, & mœchati sunt in vxores amicorū, & locuti sunt mēdaciter in noie domini q̄d non præcepit eis. A quib⁹ exijt prouerbium maledictionis: Ponat te dominus sicut Sedechiam & sicut Achab.

Osores q̄ dam verbi & veritatis. Saphacias Hiedelias Iuchal et Phassur aduersarij Ieremiæ, qui apud regem accusauerūt eū, & in carcerem conjci fecerunt.

Ismael. Ierem. 41 ISMAEL filius Nathaniæ, inuidēs gloriæ Godoliæ & Iudæorum, qui non iuerant in captiuitatem, subordinatus a Baale rege Ammonitarum, percussit clam Godoliam in Masphat, & cū eo plures alios aduenas & peregrinos.

Abomi- Abominatiōes pessimæ quædam obscurorum

virorum

virorum,& machinationes contra deum altissimum,extant in Ezechi.cap.8. nationes obscurorum.

AMAN filius Amadathi de stirpe Agag,hũc exaltauit rex Assuerus super omnes principes qs habebat,cunctique serui in foribꝰ palatij genu illi flectebãt.Sed cũ solus Mardocheus genu illi nõ flecteret,indignatus Aman,apud regem omniũ necem Iudæorum procurauit.At diuina prouidẽtia, quod ipse alijs parauerat malum,in caput proprium recidit.Ibidem.7. Aman Hest.3.4.

NABVchodonosor nusquam non meminerit prophetæ,vt flagelli dei.Fuerũt autem & alij eiꝰ nominis,qui tamen omnes post illata mala populo sanctorum,& ipsi in nouissimo supplicio affecti perierunt.Lege sermones prophetarum & libros Chronicorum. Nabuchodonosor. Dan.9. 14.

ANTIOchus tyrãnus,rerum potitꝰ in Iudæa inflatus superbia diaboli, terribilem patrauit sanctorum cædem in Ierusalem. Verum vtcunq; tamen pœnitentia ductus,præ nimia tristitia, miserabilem vitam terminauit. Antiochus

ALCHImus aliquando summꝰ sacerdos,sed in persecutione ab officio deiectus,ob impietates eius nebulo sceleratissimus,proditione apud regẽ Demetriũ conatus est perdere gentem suã, vt ipse in fastigiũ suũ rursum sufficeret. Vñ & paralysi dissolutus,meritas proditionis pœnas persoluit. Alchimꝰ 1.Mac.9.

TRIPHON proditor dolosus,dominũ suũ regem Antiochum,adolescentem, dolo occidit.Si militer & Ionathan,& duos filios eius. Triphon 1.Mac.13 12.

ANDRONicus rogatus a Menelao,& muneribus corruptus, occidit summum sacerdotẽ Oniam,virum eximiæ probitatis & virtutis. Andronicus 2.Mac.4

GIEZI seruus Heliseí prophetæ,quia corru Giezi.

4. Reg. 5. ptus auaritia, tulit clam pecuniam a Naaman, et lepra percussus est.

¶ Secundo, de viris obscuris testamenti noui.

Herodes. Matth. 2. HERODES tyrannus de quo imperator dixit, se malle porcum eius esse quam filium, timēs gloriæ suæ, occidit omēs pueros in Bethlehem, & confinibus eius.

Herodes tetrarcha Matt. 14. Marci. 6. HERODES tetrarcha sicut eiusdem nominis, ita & impietatis nequissimus consors, tyrannus & adulter fuit, non ferens increpationem Iohannis baptistæ, a scorto passus est se dementari, vt occideret virum sanctum.

Herodes agrippa. Actu. 12. Fuit & alius eius nominis Herodes Agrippa, q occidit Iacobum frarrem domini gladio.

Huic cum negotium esset cum Tyrijs & Sidonijs, & cum in tribunali passus esset sibi acclamari voces dei neque dedisset gloriam deo, cōfestim angelus domini pcussit eum, & erosus a vermibus misere expirauit.

Iudas Ischariotes Matt. 26. Actu. 1. IVDAS vnus ex duodecim cognoie Ischariotes, illectus mercede iniquitatis & studio pecuniæ habendæ, præter hoc quod fur erat, etiam dominum nostrum Iesum Christum tradere, & triginta argenteis vendere non est dedignatus.

Caiphas CAIPHAS ille est, qui cōsilium dedit, expedire vt vnus moreretur pró populo, ne periret tota gens. Iohan. 11.

Annas Iohānes. Actu. 4. Cui & Annas, Alexander, Iohannes & cæteri pharisæi subscripserunt, & in Actis apostolorum etiam apostolos exploderunt ne in nomine Iesu annuntiarent.

Pilatus Matt. 27. PILAtus ex insula Ponto, pōses Iudææ, & proconsul vice Imperatoris, sciens quidē innocentem

Iesum

ſeſum, timens aũt poteſtati ſuę, maluit ſanguinem innoxium fundere, q̃ ab impijs Iudæis apud Imperatorẽ, vt patronus impietatis, licet falſo, accuſari

BAriehu magicæ artis profeſſor, apud inſulam Paphos mire quidem illic plebem, & Sergiũ proconſulem præſtigijs incantauit & ſeduxit. Sed cum Paulo & Barnabæ ſe etiam oppoſuiſſet, mire viribus exploſus, cæcitate tactus eſt. Bariehu. Actu. 13.

SIMON magus in Samaria, multis annis præſtigijs magicis populo imponens, putanſq; dona ſpirituſſancti pecunia redimi, multos ſui criminis conſortes & poſteros reliquit. Simon Actu. 8

ALEXANder faber ęrarius multis modis Paulo obſtitit, ne libere Euangelium prædicaretur. De quo (inquit Paulus. 2. Tim. 4.) Alexander ærarius multis malis me affecit, reddat illi dominus iuxta facta ſua. quem & tu caue. Alexan.

HYmenæus & Alexander duo pſeudoapoſtoli, operarij iniquitatis, & reprobi circa fidem, imponebant diſcipulis, dicẽtes reſurrectionem iam eſſe factam. Quos & Satanæ tradidit Paulus. Hymen. 1. Tim. 1.

IAMnes, & Iambres, vt (ingt Apoſtolus) pſeudo prophetæ fuerũt, q̃ ſe Moſi oppoſuerũt. 2. Tĩ. 3 Iamnes Iambres.

DIOtrephes præſes eccleſiæ, ſed tumidus & impius, qui q̃m amauit primatum, Iohanni apoſtolo & diſcipulis a uſus eſt repugnare. Diotrep. 3. Iohan.

Non extat quidem nomen impij huius qui inceſtum perpetrauit, ſed dignus certe qui inter obſcuros Chriſtianos conſcribatur. Inceſtuo. 1. Cori. 5.

DEMEtrius faber argentarius, qui faciebat de lubra argentea Dianæ, præſtabatq; artificibus nõ exiguum quæſtum Epheſijs. Demetri. Actu. 19.

Hic timens quæſtui ſuo & ſuorum, commouit ciuitatem, & ſeditionem excitauit cõtra Paulum & diſcipu-

discipulos Christi.

Anani. Actu. 23 Ananias princeps sacerdotum, sedens pro tribunali inflatus, cædi iussit Paulum, quod parum aulice illi respondisset. Cui vicissim Paulus: Percussurus est te deus paries dealbate.

Anani. Saphyra. Actu. 5 ANAnias vna cum vxore Saphyra vendiderũt possessionem tempore quo habebant omnia communia Apostoli. Sed cum mentirentur spiritui sancto, & non esset rectum cor eorum coram domino percussi sunt ambo subitanea morte in conspectu apostoli Petri.

LIBER TERTIVS

¶Catalogus illustrium Mulierum Veteris & Noui Testamenti.

¶Primo. De illustribus Mulieribus Veteris Testamenti.

Heua. Genes. 3



XOR Adæ Heua, quam finxit Deus ex costa illius, quoniam bonum nõ erat, hominem esse solum Sic dicta. qm̃ mater ẽ oĩm viuẽtiũ Vocauit aut eam viraginem vir eius. quia de viro sumpta est.

Quia autẽ passa est sibi illudi a serpente, labores & ærumnas, eum posteris omnibus incidit, auditq; a domino: Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.

Sarai. Genes. 17. 21.

(sterilis SARA vxor Abrahę viri dei, pulchra nimis, sed Hæc beneficio dei genuit Isaac in senectute sua, vocauitq; nomen filiũ sui quem genuerat Ishac, dicens: Quia risum mihi fecit deus, quicumq; audierit irridebit mihi.

23. Sepulta est in spelunca duplici, q̃ respicit Mambre

bre.id est Hebron,in terra Chanaan. Vixit annis 127.& mortua est.

REBECCA filia Bathuel,filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham,desponsata Isaac patri archæ;peperit illi Esau,& Iacob. Rebecca Gene. 24

RAchel & Lya filiæ Laban,filij Nabor vxores Iacob,pro quibus seruiuit.14 annis. Fuit autē Lya maior natu,sed lippis oculis. Rachel autem decora facie,ac venusto aspectu. Rachel. & Lya Gene.29.

Filiæ Lyæ.Primogenitus Ruben.Simeon,Leui Iudas.Isachar & Zabulon. Filij Rachel, Ioseph. & Beniamin.

Rachel ob difficultatē partus periclitata,mortua est,& sepulta in via quæ ducit Ephratam,hæc est Bethlehem. Erexitq; Iacob titulum super sepulchrum eius.Hic est titulus monumenti Rachel vsq; in præsentem diem.

Merito inter prudentes & cordatas mulieres recenseri debet mater Moseh,viri dei.tametsi nominis alioqui ignoti, quæ non obstante edicto regio ausa est puerum reseruare suum, astuq; procurare vt in manus reginæ Pharaonis perueniret & seruaretur,neq; periret aquis. Mater Moseh Exod.2

SEphora vxor Moseh, filia Raguel sacerdotis Madian,quam dedit ille in vxorem Moseh,quando fugit a facie Pharaonis,& pauit illi pecora eius Quæ illi peperit filios,Gersan,& Eliezer. Sephora. Exod. 2

MARIA soror Mosi & Aaron,prophetissa,lepra percussa.& rursum sanata est.eo quod contra Mosen murmurauit. Maria soror Mosi. Exod.15

DEBora prophetes,vxor Lapidoth,quæ iudicabat populum in diebus Iudicum,ascenderuntq; filij Israel ad eam in omne iudicium.Percussit Iabin & Sisaram,cum vniuerso exercitu eorum,& Debora Iudic.4

dispersis

dispetsit eos.

Ruth.2 RVTH Moabitis & ethnica, nurus Noemi mulieris Bethlehemiticæ, sed quia in omnibus prudẽter se gessit, timuitq; deum Israel, cõscripta est etiam in genealogiam Christi Saluatoris nostri, sociata coniugio Booz. Cuius historiæ liber extat.

Rahab. Iosue.2 RAhab nobile scortum Hierichõtinum, sed ꝙ confessa est dominũ dicens. Dominus ipse est deus in cœlo sursum, & in terra deorsum. recepitq; exploratores hospitio, recensita est in genealogia saluatoris nostri. vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus quoq; nasceretur.

Betsheba. 2.Reg.12 Similiter & Betschaba (q̃ alias Bersabe) vxor Uriæ, tametsi alioqui adulterio infamis, propter Dauid virum tamen secundum cor dei, & cui facta est repromissio, condonatum est illi peccatum, & inter prudentes illustres mulieres computata.

Susanna. Danie.13 SVSANna filia Helchiæ, vxor Ioachim, pulchra nimis, & facie decora. Parentes eius cũ essent iusti, erudierunt eam secundum legem. Vnde edocta in verbo domini, maluit oppetere mortem, & incidere in manus hominum, quam cõsentire adulterio, & incidere iram domini.

Iudith. Iudith.8. IVDITH vidua, vxor Manasse, qui cum in diebus messis hordeaceę ab æstu solis incaluisset, mortuus est in ciuitate Bethulia.

Hæc in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa habitabat, & habens super lumbos suos cilitium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ sabbata & dies festos Israel.

Prudentia & mirabilia eius quæ fecit in Israel, scripta sunt in libro Iudith. volumine nominis eius.

Hester Hester.8. HESTER, quæ & Edissa, pulchra nimis & decora

corá facie, omniumq; oculis gratiosa. Ea cum amisisset vtrumq; parentem, adoptata est a Mardocheo in filiam, & in salutem omnium Iudæorum prouidentia dei, in reginam Assueri electa.

Prudentia eius, & species decora eius, & quomodo Aman hostis Iudæorum, necem procurauit scripta sunt in libro Hester.

ANNA vxor Helchanæ Ephratæi. sed sterilis. Verum quum probro illi sterilitas obiiceretur, Dominum precata, exaudita est ab eo, & Samuelem genuit prophetam. Anna. 1. Reg. 1

ABIgail vxor Nabal. hominis stupidi & impij prudentissima, & speciosa valde. cuius factū prudens historia exprimit. Abigail. 1. Reg. 25.

Vidua hæc proculdubio electa, & deo fuit placens. ad quam tantus vir dei Helias diuertit, eā nedum releuans a penuria famæ, sed & filium eius extinctum a mortuis excitans ad vitam. Vidua Sarepta.

OLD A prophetes. vxor Sellum, filij Thecuæ, habitans in Ierusalem, dedit responsa sub Iosia rege. 3. Reg. 17 Olda. 4. Reg. 22

Insignis fuit & Abelatensis, de qua in prouerbio dicebatur. Qui interrogant, interrogent in Abela. Hæc Sibæ ad vrbem eius confugientis præcidit caput, & vrbem ab obsidione liberauit. Abelatē. 2. Reg. 20

Duæ mulieres meretrices certabāt coram Salomone super puero oppresso. vbi altera mirum pietatis affectum expressit. 3. reg. 3.

Regina Saba tantum polluit sapientia, vt nedum in veteribus, sed etiam Euangelicis scripturis a Christo meruerit celebrari. Regina Saba. 3. Reg. 10

SVNAMITIS hospes prophetæ Heliſei. non celebraretur quidem in scripturis, nisi diuino Sunami.

munere

munere donatum hoc illi fuisset, vt tanti viri hospes digna haberetur.

4.Re.4 Sara.

SARA filia Raguelis, discrete & deuote orauit dominum, vt eam liberaret de improperio ancillæ eius. & propter hoc cum primis recensita est in catalogo prudentium fœminarum.

Tobiæ.3

Nec posthabenda etiam mater filiorum septem Machabæorum, cuius memorandum facinus scriptum est in libro Machabæorum.

Mater.7. filiorum.

¶Secundo. Dei illustribus mulieribus Testamenti Noui.

ELIZABET vxor Zachariæ sacerdotis cognata Mariæ, cum esset sterilis, miraculose facta est mater Iohannis Baptistæ.

Elizabet Lucæ.1

MARIA virgo, & mater Iesu Christi, filij dei Domini nostri. Cuius laus est in omnibus scripturis & prophetis. Quæ tametsi omnes dignitate supergrediatur fœminas, tamen nihil obstat, si velut principem illustrium mulierum etiam nostro inseramus Catalogo.

Maria Matth.1. Lucæ.2

Mentio eius, & historia partus eius scripta est in Euangelio.

ANNA prophetissa filia Phanuel de tribu Aser Vixit cum viro annis septem a virginitate sua.

Anna. Lucæ.2

Post viri vero mortem vidua permansit octoginta annis, perseuerans in templo assiduis ieiunijs & precationibus nocte ac die.

Confessio eius de Messiha, & consolatio ad expectantes redemptiõem, scripta sunt apud Lucã.

Ignoti quidem nominis hæc vidua. sed non minus quoq; clara. quam Christus probans. duo eius minuta in gazophylacium missa. prætulit oĩbus. Cresi diuitijs. aut Phariseorum.

Vidua mittens duo æra. Lucæ.21

Non minus quoq; claræ & illę de quibus in Lu-

Magdal.

ca

ea in hunc modum teſtatur Euangeliſta. Mulieres quædam ſequebantur Ieſum. quæ erant ſanatæ a ſpiritibus malis & infirmitatibus. Maria. quæ vocatur Magdalena. de qua ſeptem dæmonia exierunt. Et Iohanna vxor Chuſe procuratoris Herodis. Et Suſanna. & aliæ multæ. quæ miniſtrabant Apoſtolis & Ieſu de facultatibus ſuis. Suſanna. Iohanna Luc. 8

MARtha ſoror Mariæ eius quæ vnxit Dominum vngento. commendatur quidem. quod miniſtrabat & ſollicita erat, ſed præfertur pars ſororis eius audientis verbum. ſupra ſolicitudines eius. Martha. Ioh. 10. 12

His accedit quæ de turba clamauit. ignoti nominis. Beatus venter qui te portauit. & vbera quæ ſuxiſti. Quæ verba plane libera libérrimi cordis & ſpiritus pleni indicium fuerunt. Mulier clamans ex turba. Luc. 11

Mulier Samaritana. quæ aquam quidem venerat haurire. ſed audiens verba ſpiritus ſancti. & aquas ſpiritus hauriens, ob colloquium ſuum prudẽtiſſimum cum domino Ieſu, in omnia ſecula meruit celebrari. Mulier Samaritana Iohan. 4.

Fide præ alijs maxime pollẽtes, celebrantur Syrophœniſſa, & Hemorroiſſa, quorum altera a dño audit. O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Altera: Confide filia, fides tua ſaluam te fecit. Syrophœniſſa Mar. 7

Cum in Macedonia mulieribus aliquot Chriſtum annuntiaſſet Paulus, erat inter illas & Lydia quædam purpurarum venditrix, ciuitatis Thiatyrenorꝝ, colẽs Deum, huius cũ aperuiſſet Dominus cor, intendit diligentiſſime ijs quæ dicebantur a Paulo. Lydia. Actu. 16

Hæc plena operibus bonis, & eleemoſynis quas faciebat, cum moreretur, rurſum a Petro ſuſcitatur, precibus circumſtantium viduarum pauperꝝ quas in vita veſtibus, & tunicis fouebat. Tabit. Actu. 9

CATALOGVS
LIBER QVARTVS
¶ Catalogus Obscurarum Mulierum vtriusq; Testamenti.

¶ Primo, De Obscuris mulieribus Veteris Testamenti

Dalila Iudic.14.

DALILA Sorethana, vxor Samsonis sed impudentissimum scortum, hæc vexillum merito gestat inter mulieres abiectas, sed & malitia celebris fuit. Deceptiones, & impostura eius scuriles scriptæ sunt in libro. Iudi. cap.16.

Vxores Samson.

Malitia pares fuerūt, sed nōis ignoti, prima Thāmathea, & altera q̄q; Gasensis, identidē scorta, & vxores Samsonis. Quarē vere fœminea & meretricea blādimēta, eodē li. Iudic. scri. sunt ca.14. & 16.

Iezabel 4.Reg.9.

IEZAbel regis sceleratissimi Achab vxor, similiter & crudelis & impia, filia Methael regis Sidoniorum, omnes prophetas dñi occidit. Heliam prophetam vehementer est infectata. Verbū Domini ludibrio habuit. Occidit Naboth Iezraelitē, virū iustum & innocētem. Non fuit impudentior ea ex omnibus mulieribus malis. Lege historiam libri Reg.3 cap. præsignatis.

Athalia 4.Reg.11 2.Para.23

ATHAlia mater Ochoziæ regis. Hæc videns mortuum filium eius, interfecit omne semen regiū & regnauit ipsa pro eis, mīrā tyrrannidem exercēs Vna cum filijs suis destruxit domum Dei, & de vniuersis quæ sanctificata fuerunt in templo domini, ornauit phanum Baalim

Cōspirauit cōtra eā Ioiada pōtifex, & vnxit Ioas, habentē annos 7. & gladio occidit eā. 3. Reg. 11.

Vxor impudica Putipha.

Sicut nefandū nefas, quod in Ioseph pertentauit vxor Putipharis eunuchi Pharaonis, ita ne nomē etiam

etiam eius scriptura dignatur exprimere. Ea cum vidisset Ioseph pulchra facie, iniecit in illum oculos, ad stuprum sollicitans nocte ac die. Genes. 39

Occasio illi fuit, vt in carcerem conijceretur. Lege historiam in Genesi.

Desperatæ pudititiæ fuerunt Moabitides illæ, quæ psuasæ a Balaam, egressę sunt de finibus suis & miscentes se Israeli, fornicatæ sunt cum Ebreis, & instituerunt cultum Beelphegor. Propter quam offendiculum dominus occidit populum, & cũctos principes suspendi iussit in patibulis. Mulieres Moabit. Nume. 25

Inter eas vt insignior celebrata ẽ Cozbi, filia Sur principis nobilissimi Madianitarũ, quam succumbentem Zambri filio Salumi de tribu Simeonis Phinees pugione confodit, & in pudendis transfixit, & auertit iram domini a populo.

Rex Salomon amauit mulieres alienigenas, filiam Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas Idumeas, & Sidonias, & Cethæas, quibus ardentissimo amore copulatus est: fueruntq; ei vxores quasi Reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ Vnde auerterunt cor eius, adeo, quod oblitus est domini dei sui, & coluit pro eo Asterthen deam Sidoniorum, & Chamos deum Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum. Mulieres Salomonẽ abducentes ad idololat. 3. Reg. 11

Hæc filia Saul, vxor Dauid, tametsi nihil turpe aut spurcum admisisse legatur, quia tamen derisit Dauid maritum ludentem ante arcam, & dominus reprobauit eam, ne vnquam ei filius nasceretur. a nobisquoq; inter impias mulieres cõscribitur Michol 2. Reg. 6.

Sicut sancto Tobiæ cæcitatem immisit deus vt posteris daretur exemplũ patiẽtiæ eius. ita malam quoq; vxorem fecit illi contingere. q̃ cribraret molestius, dicẽs: Manifeste vana facta est spes tua, & Vxor Tobiæ Tobiæ. 1

eleemosynæ tuæ modo apparuerunt. &cæ.

Vxor. Iob. Iob.2. Sic & vxor viri sancti Iob, non minus illi molesta, in medijs tribulationibus improperat, cum potius consolari deberet, dicens: Benedic deo. & mo.

¶Secundo de obscuris Mulieribus Testamenti Noui.

Herodi. Matt.14 HERODias vxor Philippi fratris Herodis regis, sed adultera, & libidinis impatiēs, derelinquēs proprium maritum, iunxit se Herodi. Verum cum ob hoc corriperetur ab Iohanne baptista, illa non ferens disciplinam, & occæca in libidine sua procurauit necem sancti viri.

Saphyra. Actu.5 Celeberrima est hypocrisis Saphyræ, quæ cōspirauit cum viro suo, & mentita est spiritui sancto, perdita subita morte.

Babylon meretrix fornicat. De hac in Apocalyp. passim, & plenius i pand. Libro Vndecimo. fol. 175 per totum librum.

LIBER QVINTVS.

¶De bellis, victoria, & triumphis iustorum contra impios.

¶Victoria Abraham.

Genes.14 CAPTO Lot cognato Abraham, ab quatuor Regibus Gentium, Abrahā inito fœdere cū Eschol, & Aner, numerauit expeditos vernaculos trecētes decem & octo, & pſecutus est q̄tuor Reges vsq; Dan. Et diuisis socijs irruit in eos, & percussit eos, & persecutus est eos vsq; Hoba, reduxitq; omnem substantiam, & Lot fratrem suum, cum substantia illius, mulieres quoq; & populum.

¶Victoria Simeon, & Leui fratrum, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladijs ingressi vrbem

vrbem Sichimorum confidenter, cum iam essent in extremo dolore ciues, propter circumcisionem, interfectis omnibus masculis, Emor & Sichem interfecerunt Principes vrbis. Quibus occisis, irruerunt super occisos & cæteri filij Iacob, & depopulati sunt vrbem, in vltionem stupri cuncta vastantes quæ in vrbibus & in agris erant. Gene. 34. Vltio stupri.

¶ Victoriæ Moseh.

Moseh egressus ad fratres suos, cum vidisset afflictionem eorum, & virum Aegyptium percutientem quendam de Ebræis fratribus suis, circumspexisset q; huc atq; illuc, percussum Aegyptium abscondit sabulo. Exod. 2. Moseh

Idem cum vidisset pastores eiicere filias sacerdotis Madian a fonte, defensis puellis, adaquauit oues earum. Exod. 2.

Cum venissent in Raphidim filij Israel, expugnaretq; eos Amalec, ascendit Moses in montem: & cum leuaret manus vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec. Amalec. Exod. 17.

Item, cum se voto obligassent domino filij Israel, si tradidisset Chananeum in manu eorum, q; deleturi essent vrbes eius, dominus exaudiens preces eorum, tradidit illum: quem interfecerunt, subuersis vrbibus eius, vocantes nomen loci illius Horna, id est, Anathema. Num. 21. Chananeus.

Seon rex Amorræoq; cum pacifice esset interpellatus, vt pateret transitus filijs Israel per terram suã, atq; ille consentire noluisset, p cussus est in ore gladij, & possessa est tota terra eius, Num. 21. Seon

Og quoque rex Baasan, cum omni populo suo pugnaturus in Edrai, traditus est in manu Israel, et percusserunt eum cum filijs suis ad internitionem, & possederuut terram illius. Num. 21. Og

Balak

Duodecim milia virorum expeditorum ad pugnã filiorum Israel, deleuerunt totum regnum Balak regis Madianitarum, & ne vnus quidem cecidit de filijs Israel, & tulerunt substãtias eius, & omnes masculos interfecerunt. Nume. 31.

¶ Victoria Phinees

Phinees cum vidisset virum Israelitem coram fratribus ingredientem ad scortum Madianiten, arrepto pugione, perfodit ambos. Cessauitq; plaga a filijs Israel. Et occisi sunt viginti quatuor milia hominum. Num. 25.

¶ Victoriæ Iosue.

Trãsitus Iordanis.

Postq̃ audierũt oẽs Reges Gẽtiũ, q; siccauit dñs aquas Iordanis, & traduxisset Israel, dissolutũ est cor eorũ, & non remansit in eis spiritus. Iosu. 5

Hiericho

Hiericho capitur septẽplici circumitu, & sonitu buccinarum, & corruerunt muri eius. Iosue. 6.

Hai. Iosue. 8

Iosue fretus prudentia & spiritu domini, cum q̃ insidias eduxisset habitatores vrbis extra Hai v trinq; persecutus est eos, occidens duodecim milia hominum, & ciuitatem eorum subuertens.

Quinq; Reges

Idem quinq; Reges fœdere inuicem iunctos, cũ omni populo eorum percussit, cui cædi dñs quoq; addidit plagã, vt plures fugitiuorũ lapidibus grandinis corruerent quam gladio. Iosue. 10

Vrbem q̃q; Maceda cepit, & Lebna. & Eglon & Hebron, & Dabir, captisq; Regibus eorũ, succẽdit vrbes, & habitatores percussit in ore gladij, ne mine valente resistere illi, quia dominus deus Israel pugnabat pro eo.

Iosue. 11

Iabin regẽ Asor, & oẽs reges Aquilonis & montium, & maris Chananeum, Epheum, Pherseum Iebuseum, Eueum percussit, adeo, vt nullas remitteret ex eis reliquias.

Ena-

Enalzim, & stirpem giganteam deleuit de terra & vrbes eorum subuertit.

Nomina Regum & prouinciarum quas percussserunt Israelitæ in deserto, lege Iosue 12.

¶ Victoriæ tribus Iudah & Simeon, Ducum & iudicum Israel.

Tribus Iudah & Simeō occiderunt decē milia hoīm in Bezech, cōprænderuntq; Adonisedech tyrannū, cæsis summitatib⁹ manuū ac pedū eius. Adonisedech. Iudic.1

Filij Iudah capientes Ierusalem, & Hebron, & Dabir, tradiderunt vrbes incendio, & percusserūt in ore gladij iuuenes & senes, idq; domino iubente & prosperante. Ibidem.

Othoniel frater Caleb minor, in quo fuit spiritus domini, oppressit Chusanreschataim. Iudic.3

Aioth ambidexter percussit Eglon, & Moabitas circiter decem milia virorum, omnes robustos viros, nullusq; ex eis euadere potuit. Eglon. Iudic.3

Delbora prophetissa et ductrix exercitus decem milium virorum, occidit & profligauit regem Iabin, & Sisaram fortissimum, & vniuersam multitudinem eorum in ore gladij, Iabis. Sisara Iudic.4

Gedeon Madianitas cuncta vastantes, & in terra iacētes vt locaustarū multitudo, mirabil. cædit 6 7

Iepte cædit filios Ammon. & Moabitas. & refert victoriam. 11.

Samson Palestinos Israel. 40 annis domātes: & misere opprimentes: mira culose sternit. 13.14.15. 16. 18.

Viri. 600. de tribu Dan: percutiunt vrbem Lais: & incendunt eam. 20.

Bellum Beniamin & Israel crudelissimum.

¶ Victoriæ Regum Israel. & Iudah.

Samuel cum clamaret ad dominum pro Israel. exaudiuit eum dñs. Factum est autem cū offerret 2 Regū. 7.

sacrificium, & illi præliantur, intonuit dominus fragore magno super Philisthiim, & exterruit eos & cæsi sunt a filijs Israel.

Naab. 1. Reg. 11. Naab Amonites sternitur per Saul, qui habuit in exercitu suo trecentena milia virorum Israel: virorum autem Iudah quadraginta milia.

14. Philisthiim congregati ad præliandum cõtra Israel, habent in exercitu. 30000. curruum &, 60000. milia equitum, & vulgus sicut arena quæ est in littore maris, quos solus percussit Ionathas cum armigero suo & versus est gladius vniuscuiusq; ad proximum suum.

15. Saul deleuit Amalec. & ciuitatem eius.

17. Dauid solus inermis, tantum funda, & lapidib⁹ interfecit spurium Goliat de Get. Cuius loricæ põdus quinq; milia syclorum æris. Ocreas æreas gestans in cruribus. Clypeus æreus tegebat humeros eius. Hastile eius erat quasi liciatorium texentium. Ferrum hastæ sexcentos syclos habebat ferri, & armiger eius antecedebat. 1 Reg. 17.

Palestini — Percussit Dauid Palestinos, & abegit iumenta eorum. 1 Reg. 23.

Amalecitæ. — Amalecitas quoq; prædones Dauid, qui prædati fuerant Sicelech, & succẽderãt vrbẽ, pcussit a vespa vsq; ad vesperã alterius diei, et nõ remãsit ex eis qsq̃, nisi tm̃. 400 adulescẽtes, q a scaderãt eq̃s

Philisthiim. — Post exaltationẽ suã i regno, pcussit (1 Reg. 30. Philisthiim diffusos in valle Raphaim multo nũero, & triumphauit de eis, ducens in captiuitatem idola eorum. 2 Reg. 8.

Moab Adadezer 2. Reg. 8. — Percussit quoq; Moab, & Philisthiim, & tulit frenũ tributi de Philisthiim, Percussit etiam Adadezer, filium Roab, regem Saba, cœpitque ex parte illius mille septingentos equites, viginti milia pedi-

peditum,& ſubneruauit omnes iugales curruum. Percuſſit item in Syria viginti duo milia virorum. Item in valle ſyluarum,decem & octo milia,in Gebelon.23 milia,& tributariam fecit Idumeam.

Ammon

Cum erexiſſet ſe Ammon tyrannus Ammonitarum contra Dauid, cum omnibus ſibi adhærentibus cæditur,& fugatur a Dauid. Occidit rurſus in ſecunda congreſſione ſeptingentos currus , & quadraginta milia equitum: quinquaginta & octo milia exercitus conductitij fugerunt. ſecundo Regum 10. 2.Reg.23.

Iterum mittit Ioab,& vniuerſum Iſrael,& percutit filios Ammon.2.Reg.11.

Dauid octingentos interfecit impetu vno. Eleazar Aboites percuſſit Philiſtæum,donec deficeret,& obrigeſceret manus eius in gladio.Ibi.

Semna filius Aggæ,percuſſit Philiſthæos,& in Iſrael ſalutem fecit magnam.Ibidem.

Tres fortes

Tres fortes Iſrael penetrauerunt caſtra Philiſthinorum,& porrexerunt aquam Dauid. Ibidem.

Abiſai frater Ioab leuauit haſtam ſuam contra trecentos,quos & interfecit.Ibidem.

Banaias

Banaias filius Ioiadæ,percuſſit duos leones Moab,& percuſſit leonem in media ciſterna tempore niuis.Ibidem.

Idem interfecit virum Aegyptium, virum dignum ſpectaculo,habentem in manu haſtam . Itaque cum deſcendiſſet cum virga ad eum,vi extorſit haſtam de manu Aegyptij , & interfecit illum haſta ſua.

De Dauid cecinerunt mulieres canticū: Percuſſit Saul mille,Dauid vero decem milia.1 Reg.18.

Dauid cum ſuis percuſſit de Philiſthæum ducen-

tos viros. & tulit præputia eorum, 2 Reg. 18.

Roboam

ROBOAM. filius Salomonis. vt pugnaret cõtra Israel. congregauit vniuersam domum Iudah et tribum Beniamin. centum. 80. milia electorum virorum & bellatorum: sed præpediuit eius conatum deus. 3 Reg. 12.

Benadab 3. Reg. 20

Benadab rex Syriæ congregauit omnem exercitum suum, & triginta duos reges secum, & equos & currus, atq; egregie comminans regi Israel, Hæc faciant mihi inquit dñs, & hæc addant, si sufficerit puluis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me. Percussit autem eum Achab rex Israel, in trecentis & triginta duobus pueris Principũ & septem milibus de populo, percussitque vnusquisque virum qui contra se veniebat, fugerunt que Syri.

Idem Benadab cum instaurasset exercitum iuxta equos & currus pristinos, repleuissetq; terrã, si lis Israel ex aduerso castrametati sunt contra eos quasi duo parui greges caprarum. Dirigebant itaque septem diebus hi, atque illi acies, septima autem die commissum est prælium. Percusseruntque filij Israel de Syrijs, centum milia peditum in die vna. Fugerunt autem Syri qui remanserant in Aphek in ciuitatem, & cecidit murus super viginti septem milia hominum, qui remanserant. Benadab quoque rex fugiens, intra cubiculum comprehensus est.

Moab. 4. Reg. 3.

Iosaphat & Ioram percutiunt regem Moab, & regnum eius, & ciuitates illius vastant.

6.

Latrunculos Syriæ vastantes omnia, Heliseus propheta deducit in Samariam, & beneficijs eos vincit.

7 b

Benadab rex Syriæ cõgregato vniuerso exercitu suo,

suo ascendit,& obsedit Samariam,factaq; est fames magna in Samaria, & tam diu obsessa ē donec venundaretur caput asini octoginta argēteis, & quarta pars cacabi stercoris columbarum qnque argenteis. adeo quod mulieres etiam coquebant liberos suos. Dominus autem volens liberare Israelem, audire fecit sonitum in castris Syriorum curruum & equorum & exercitus plurimi. Dixeruntq; Ecce mercede cōduxit aduersum nos rex Israel reges Gethæos & Aegyptiorū,& venerunt super nos. Fugerunt ergo in tenebris,& reliquerunt tentoria sua,equos & asinos,tantū animas suas fuga saluare cupientes.

Ioram filium Achab, Ochoziam regē Ierusal. 4.Reg.9.
& Iezabel vxorē Achab occidit Iehu in die vna & vlciscitur sanguinem prophetarum & suorū domini.Nam Iorā configit sagitta per cor, Ochoziam percutit in fuga,& Iezabel e fenestra præcipitauit deorsum,& linxerunt canes sanguinē eius & sanguinem Ioram,iuxta verbum domini.

Item percussit omnes filios regis Achab septuaginta viros,duos fratres Ochoziæ & quoscunque 10
potuit habere,notos & sacerdotes,& optimates, iuxta verbum domini in manu Heliæ.

Percussit omnes sacerdotes Baal, colligens eos in templo Baal,vt ne vnus quidem euaderet ex eis.

Ioiada pontifex constituens regem Ioram,con- 11
surauit aduersus Athaliam reginam crudelem, et perdidit eam.

Omnis populus terræ conuenit, & occidit omēs 12
sacerdotes Baal.

Ioram rex vt redimeret vrbē Ierusalem ab impetitione Azahel regis Israel, pecunia & argēto

quod

quod erat in templo domini, liberat ciuitatem.

Ioachaz filius Iehu tametsi malus, tñ quia rogauit dominum, audiuit eum, & liberauit de manu Azahrem regis Syriæ.4.Reg.13.

Amasias percussit Edom in valle Saliuarum decem milia.4.Reg.14.2.Parali.25.

Ioram percutit Israel & Amasiam. Quod deus permisit propter superbiam eius.4.Reg.14.

Manahen rex Israel redemit se argẽto mille videlicet talentis, a Phul rege Assyriorum.4.Re.15.

Ezechias redemit se.300.talentis argenti, et 30. talentis auri ab rege Assyriorum, & dedit ei laminas aureas in foribus templi.4.Reg.18.

Assyrij 3.Par.32. Percutit dominus de castris Assyriorum cẽtum octoginta quinque milia hominum.4.Reg.19.

Bachis Iudas Machabæus cum octingentis viris cædit duo milia virorum & duo milia equitum de exercitu Bachidis.1.Mach.9.

Holofer. Iudith sternit Holofernem. Iudith per totum.

Aman Iudæi præualent contra impios, & Aman proditorem. Hester per totum.

Hieroboam. Tribu Iuda angustiato vndique ab Hieroboã rege, instanteq; ex aduerso & post tergum bello, cum clamaret ad dominum, perterruit domin⁹ castra Hieroboam & Israel, fugeruntq; corruerunt que & vulnerati sunt de Israel quinquaginta milia virorum. Et confortati sunt filij Iuda: eo quod sperauerunt in domino deo suo.2.Parali.13.

LIBER SEXTVS.

¶Orationes, obsecrationes, exhortationes, item patrum, prophetarum, Regum & virorum illustriũ. De sola fiducia habenda in deo.

¶Incre

¶Increpatio diffidentiæ in bello.

VERBA Anani prophetæ ad regem Iudah: Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ & nō in domino deo tuo, id circo euasit rex Syriæ de manu tua. Nonne Aethiopes & Libyes multo plures erant quadrigis & equitibus & multitudine nimia, quos cum dño credidisses, tradidit in manu tua? Oculi enim domini contemplātur vniuersam terrā, & præbent fortitudinem ijs, qui corde perfecto credunt in eum. Stulte igitur egisti, & propter hoc etiam in præsenti tempore bella aduersum te consurgent. Anani 2. Par. 16.

¶Oratio Asa regis Iuda.

Hanc orationem Asa ad dominum protulit ex corde, quando cōtra eum Aethiops Zara venit, cū decies centenis milibus virorum bellatorū, & curribus trecentis.

Domine, non est apud te vlla distantia, vtrū in paucis, aut in pluribus auxilieris. Adiuua domine deus noster. In te enim & in nomine tuo habentes fiduciam venimus contra hanc multitudinem. Domine deus noster tu es, non prævalebit contra te homo. Factum est itaque vt dispergerentur Aethiopes, & percuteret eos rex vsque ad internitionem. 2. Par. 14.

¶Exhortatio Azariæ filij Obed in bello & tempore afflictionis.

Dominus vobiscum est, quia fuistis cum eo. Si quęsieritis eum, inuenietis. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Transibunt autem multi dies in Israel absque deo vero, & absque sacerdote 2. Par. 15.

te,absque doctore quoq; & absque lege. Cumque reuersi fuerint in angustia sua, & clamauerint ad dominum deum Israel,& quæsierint eum,reperient eum. In tempore illo non erit pax egredienti, & ingredienti,sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum. Pugnabit enim gens cõtra gentem,& ciuitas contra ciuitatem: quia dominus conturbabit eos in omni angustia. Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus vestræ, erit enim merces operi vestro. Quod cum audisset rex,confortatus est.&c.

¶Oratio Abiæ ad aduersarios,volentes iam congredi cum illis in bello:

13 Audi Hieroboam & omnis Israel. Vos dicitis: quod resistere possitis regno domini, quod possideret per filios Dauid, habetisque grandem populi multitudinẽ,atq; vitulos aureos quos fecistis vobis in deos. Noster autem dominus deus est, quem non relinquimus. In exercitu nostro dux deus ẽ,& sacerdotes eius qui clangunt tubis. Filij Israel,no lite pugnare contra deum patrum vestrorum, qa non vobis expedit.

Cæcidit ergo Abia in eo conflictu. 500oo. virorum.

¶Exhortatio ad bellum Mathathiæ, pro patriæ & iustitiæ defensione.

1.Mac.2. Omnis qui zelum habet legis,statuens testamẽtum exeat post me. Si omnes fecerimus sicut fres nostri fecerũt, & non pugnauerimus aduersus gẽtes pro animabus nostris,citius disperdet nos a terra.

¶Exhortatio Mathathiæ ad filios suos,vt sint fortes in bello.

Nunc confortata est superbia,& castigatio, & tempus

& tempus euersionis, et ira indignationis. Nūc et
go o filij, æmulatores estote legis, et date animas
vestras pro testamento patrum, et mementote o-
perum patrum, quæ fecerunt in generationibus su
is: et accipietis gloriam magnam, et nomen æter-
num, etc. cum sequentibus.

¶Exhortatio Iudæ.

Ne timeatis multitudinem eorum, et impetum 4
eorum ne formidetis. Mementote qualiter salui fa
cti sunt patres nostri in mari rubro, cum sequere-
tur eos Pharao cum exercitu multo. Et nūc clame
mus in cœlū, et miserebitur nostri dominus, et me
mor erit testamenti patrum nostrum. etc.

¶Exhortatio Iudæ Machabæi alia.

Accingimini et estote filij potentes, et estote pa 3
rati in mane: vt pugnetis aduersus nationes has, q̄
conuenerunt disperdere nos, et sancta nostra. Q̄m
melius est nos mori in bello, quā videre mala gen
tis nostræ et sanctorum. Sicut autem voluntas fu
erit in cœlo, sic fiat.

¶Exhortatio Ioab ad fratrem suum Ducem exercitus.

Esto vir fortis, et pugnemus pro populo nostro 2. Reg. 10
et ciuitate dei nostri. Dominus autem faciet quod
bonum est in conspectu suo.

¶Exhortatio et consolatio Iudith oppressorum in bello.

Et qui estis vos qui tentatis dominum? Non est Iudith. 8.
iste sermo qui misericordiam prouocet, sed potius
qui iram excitet, et furorem accendat, &c. vsque
ad finem exhortationis.

Oratio Iudith volentis congredi cum hoste suo Holoferne.

Domine Deus patris mei Symeon, qui dedisti Iudith. 9.
illi

illi gladium in defensionem alienigenarum qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt fœmur virginis in cõfusionem, & de disti mulieres illorum in prædam. &cæ. vsq; ad finem capituli.

¶ Exhortatio Ezechiæ contra Sennacherib.

4. Reg. 19 Domine deꝰ Israel qui sedes super cherubim, tu es deus solus regum omnium terræ, tu fecisti cœlũ & terram. Inclina aurem tuam & audi. Aperi domine oculos tuos, vide & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit vt exprobraret nobis Deum viuentem. Vere domine dissipauerũt reges Assyriorum gentes & terras omnium, & miserũt deos eorum. Non enim erãt dij, sed opera manuum hominum ex ligno & lapide, & perdiderunt eos. Nunc ergo domine deus nr̃ saluos nos fac de manu eorum, vt sciant omnia regna terræ: quia tu es dominus deus solus.

Oratio Iosaphat contra hostes

2. Par. 20. Domine deus patrum nostrorũ, tu es deꝰ in cœlo & dominaris cunctis regnis gentium. In manu tua est fortitudo & potẽtia, nec quisquam tibi potest resistere. &c. In nobis quidem non est tãta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cum ignoremꝰ quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.

¶ Exhortatio Iazihel filij Zachariæ ad populum.

Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem Non est enim vestra pugna, sed dei.

¶ Exhortatio Iosaphat in medio populi.

Audite

Audite me viri Iudah,& omnes habitatores Ie 15
ruſalem. Credite in domino deo veſtro, & ſecuri
eritis:Credite in prophetis eius,& cuncta eueniẽt
vobis proſpera.

¶Admonitio viri dei ad
Amaſiam.

Si putas in robore exercitus bella conſiſtere,ſu-
perari te faciet deus ab hoſtibus.Dei quippe ẽ,&
adiuuare,& in fugam conuertere.

¶Inſtructio ad bellum,& item oratio ad
Deum.

Et ieiunauerunt in die illa, & iuduerũt ſe cilitijs 1.Mac. 3.
&c.vſq; ad eum locum.& dixit eis qui ædifica-
bant domos.etc.

¶Exhortatio Iudæ Machabæi ad
populum.

Vt populus vidit exercitum venientem ſibi ob 8
uiam,dixerunt Iudæ:Quomodo poterimus pauci
pugnare contra multitudinem hanc tantam, &
tam fortem, & nos fatigati ſumus ieiunio hodie?
Et dixit Iudas:Facile eſt multos concludi in manu
paucorum,& non eſt differentia in conſpectu dei
cœli,liberare in multis vel in paucis. Qm̃ non in
multitudĩe exercitꝰ victoria belli, ſed de cœlo for
titudo eſt.Ipſi veniunt ad nos in multitudine con-
tumaci,& ſuperbia vt diſperdant nos & vxores
noſtras,& filios noſtros,vt ſpolient nos. Nos ve-
ro pugnabimus pro animabus noſtris, & legibus
noſtris,& ipſe deus conteret eos ante faciem no-
ſtram.Vos autem ne timueritis eos.Vt autẽ ceſſa
uit loqui,irruit in eos ſubito,& contritus ẽ aduer-
ſarius Seron in conſpectu eius.

¶Oratio Iudæ iamiam congreſſuri
cum hoſte.

4 Et viderunt exercitum fortem,& orauit:Benedictus es saluator Israel, qui contriuisti impetum potentis in manu serui tui Dauid,& tradidisti castra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul,& armigeri eius. Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel,& confundantur in equitibus & in exercitu suo.Da illis formidinẽ, & tabefac audaciam virtutis eorum, & commoueantur cõtritione sua.Derjce illos gladio diligentium te, & collaudent te omnes qui nouerunt nomen tuum in hymnis.Et commiserunt prælium, & occiderunt de exercitu Lysiæ quintq; milia virorum.

¶Oratio Iudæ ad plebem.

Cum quidam fugere vellent, Iudas exhortatus
1.Mac.9. eos dixit: Et si appropinquauit tempus nostrum, moriamur in virtute,propter fratres nr̃os, & non inferamus crimen gloriæ nostræ.

¶Oratio sacerdotum contra hostem.

Tu domine elegisti domum istam,ad inuocandum nomen tuum in ea,vt esset domus orationis & obsecrationis populo tuo. Fac vindictã in homine isto & exercitu eius,& cadãt in gladio.Memento blasphemiæ eorum,& ne dederis ei vt permaneat in ea.

¶Exhortatio Anani Prophetæ contra Asa regem.

2.Para.16 Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, & nõ in domino deo tuo Israel,idcirco eua fit Syriæ exercitus de manu tua.Nonne Aethiopes, & Libyes multo plures erant quadrigis & equitibus,& multitudine nimia,quos cum in domino credidisses,tradidit in manu tua? Oculi enim domini contemplantur vniuersam terram, & præbent fortitudinem ijs qui corde perfecto credunt in eum.Stulte igitur egisti,

egisti,& propter hoc in præsenti tempore bella aduersum te consurgent. Iratus autem super hoc rex iussit videntem mitti in neruum.

LIBER SEPTIMVS.

¶DE TYRANNIDE ET BELlis impiorum contra iustos.

¶Vtitur autem deus tyrannis contra bonos, interdum vt exerceat illos: interdū etiam vt perdat & flagellet, in spectaculum & terrorem impiorꝝ.

¶De Gigantibus.

PRIMI ex tyrannis, Gigantes, potentes a seculo, viri famosi. Gen. 6.

¶De Nimrod.

Post hos Nimrod cœpit potens esse in terra. Hic erat robustus venator corā dño, de q̄ exiuit prouerbium: Quasi Nimrod robustus venator corā dño. 10

¶Pugna regum quatuor.

Ab illius tempore Amraphel rex Sennaar, Arioth rex Ponti, Chodorlaomor rex Elaim, & Thadal rex gentium inierunt bellum contra Baasa regem Sedū, & contra Bersa regē Gomorræ, & cōtra Sennaar regem Adamæ, et contra Semeber regem Seboim, contraq; regē Balæ, ipsa est Segor. Omnes ij conuenerunt in vallem syluestrem, quæ nunc est mare salis. Cætera vide in historia Gene. 14

¶Laban contra Iacob.

Laban sumptis fratribus suis, persecutus est Iacob diebus septem, & comprehendit eum, sed tamen oracculo monitus est, ne læderet illum. Gene. 31.

¶Pharao contra Ioseph & filios Israel.

Pharao ignorans dñm, & opprimens violen- Exodi.

ter populum dei, præposuit illis magistros operū vt affligerēt illos oneribus, ædificarentque vrbes Pharaoni, Præcepitq; obstetricibus, vt obstetricā do omnes pueros masculos interficerent.

Hic mari rubro persecutus populum dei, aquis obruitur cum toto exercitu.

¶De Amalec & Chananæo

Israel quia exacerbauerat deum, percutitur, & conciditur ab Amalec & Chananæo.

Nume.21 Rursum quoniam murmurauerat contra dominum, traditur in manus Chananæi regis Arad, q victor existens, duxit eos in prædam.

¶Ciuium Hai persecutio.

Habitatores Hai percutiunt Israel, & cędunt in fugam, tradiditq; eos dominus in manu eorū, qđ de anathemate acceperunt. Iosue. 8.

¶Semper Israel traditur in manus tyrannorum quando adorat idola, & peccat domino deo suo.

Impias gentes, & tyrannos permisit deus, vt exercerent filios Israel, & probaret, an seruent mandata eius, an non. Iudic. 1. 2.

Iudic. 3. Chusanreschataim tyrannus suscitatur, q in seruitute habuit Israel octo annis.

Eglon tyrannus Moabites, percussit Israel, & seruierunt ei. 18. annis.

4 Iabin & Sisara item tyrāni, propter peccata eorum, detinuerunt item Israel in seruitute.

6 Madian opprimit Israel, & cinctum vastat.

9 Abimelech tyrannus ingerit se.

10 Moabitæ & Ammonitæ habent in seruitute Israel. 18. annis, & vehementer opprimunt, pro eo, quod adorauerunt idola.

13 Palestini opprimūt Israel, 40. annis. misera seruitute,

uitute, quia fecerant malum in cõspectu domini.

Percutiunt Philisthim 4000. Israel in Aphek. 1.Reg.4.

Rursum prosternunt triginta milia, & capit arca dei, & occiduntur duo filij Heli.

Naas tyrannus Ammonites pugnat aduersus Iabes Galaad, cupiens omniũ oculos dextros eruere, ponitq; in opprobrium vniuerso Israeli. 21

Tyrannis Saulis contra Dauid, describit ab capite decimo octauo vsq; ad vicesimum quartum primi Regum.

Philisthim prævalent aduersum Saul & Israel. 31

Ammon tyrannus Moabitarum facit cõtumeliam nuntijs Dauid, & erigit se contra illum. 10

Abschalon impius persequitur patrem suũ, sed non prosperatur, 2.Reg.15.16.17.

Roboam tyrannus scindit populum dei, cuius hæc erant verba: Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autem addã iugi vestro. i. pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædã vos scorpionibus. 2.Reg.12

Impius Hieroboam mittit comprehẽdere propheram dei, sed arescit manus eius. 3.Reg.13

Rex Syriæ prævalet aduersum regem Israel, & Iuda: & rex Iuda perit, quia peccauit domino. 22

Rex Israel coniurat in necem Helisæi, sed nihil proficit. 4.Reg.6.

Percussit Ochozias vniuersos fines Israel a Iordane contra orientalem plagam, quia cœpit dominum tædere super Israel. 10

Azahel tyrannum suscitauit Dominus ad vexandum Israel, propter peccata eorum. 13

Idem afflixit Israel cunctis diebus Ioachim.

Ioram prævalet contra Amasiam, quia eleuatum erat cor Amasiæ ob victoriam. 14

Conspirauit vrbs Ierusalem contra regē Amasiam, & occiditur.

4.Reg.17 Salmanasar prœualet contra Osee renitentem sibi, & transfert populum in Assyrios.

Assyrij prœualent contra Israelem, quia idola adorauerunt.

18 Mittitur Sennacherib contra Ezechiam, & redimit se trecentis talentis argenti, & triginta talentis auri ab illo.

21 Manasses tyrannus regnat.

Amon impius & tyrannus.

4.Re.24. Nabuchodonosor transfert Ioachim in Babylonem, propter peccatum a se commissum.

25 Sedechias rex impius regnat, & transfertur propter peccatum suum in Babylonem.

2.Par.21. Philisthiim & Teglarphalasar vastant regiones Israel.

INDEX VIRORVM illustrium veteris Testamenti.

Adam	2	Othoniel	5
Abel	eo.	Aioth	eo.
Seth	eo.	Sangar	eo.
Enos	3	Gedeon	6
Enoch	eo.	Thola	eo.
Noha	eo.	Iayr	eo.
Thare	eo.	Iepte	eo.
Abraam	eo.	Abessan	eo.
Isaac	eo.	Ahialon	eo.
Iacob	4	Abdon	eo.
Ioseph	eo.	Sanson	eo.
Moseh	eo.	Estō, & cæteri, Iudic. 7.	eo.
Aharon	eo.	Helchana	eo.

Ietro

Ietro. 5.
Eleazar. eod.
Phinees. eod.
Iehosua. eod.
Caleb. eo.
Hieu. 9.
Helias. eo.
Micheas. eo.
Heliseus. eo.
Ezechias. 10.
Isaias. eo.
Iosias. eo.
Ieremias. 11.
Ezechiel. eo.
Prophetę duodecim. eo.
Iechonias. 12.
Abdemeleh. eod.

¶ Viri Illustres Testamenti Noui.

Matthęus. 15.
Ioseph. eo.
Iohannes baptista. eo.
Marcus. 14.
Zazarias. eo.
Apostoli Christi. eo.
Ioseph ab arim. eo.
Iohannes Apostolus. eo
Lucas. 14.
Lasarus. eod.
Nicodemus. eo.
Paulus. 15.
Gamaliel. eo.
Cornelius. eo.

¶ Viri obscuri Veteris Testamenti.

Cain. 16.
Gigantes. 17.
Samuel. eo.
Nathan. eo.
Dauid. eo.
Salomon. 2.
Ahias. 9.
Zorobabel. 12.
Iesus sacerdos. eo.
Esras. eo.
Tobias. eo.
Mardocheus. eo.
Iob. eod.
Naaman. 13
Mathathias. eo.
Eleasarus. eo.
Septem fratres. eo.
Baruch. eo.

Apollo. 15.
Dionysius. eo.
Aquila. eo.
Septem Diacones. eo.
Philippus. eo.
Agabus. 16.
Stephanus. eo.
Ananias. eo.
Timotheus. eo.
Titus. eo.
Ioseph. eo.
Matthias. eod.
Ioseph. eod.

Nimrod. Cham. eo.

Hiſmael. eo.
Eſau. eod.
Sichem. eo.
Her. eo.
Onan. eo.
Pharao. eo.
Adoniſedech. 17.
Beniamitæ. eo.
Filij Heli. eo.
Filij Samuelis. 18.
Saul. eo.
Doech. eo.
Goliath. eod.
Agag. eo.
Nahel. eod.
Ioab. eo.
Banaa, & Rachab. 18.
Abſchalon. eo.
Ammon. eo.
Semei. eo.
Achitofel. eo.
Siba. 19.
Roboam. eo.
Hieroboam. eo.
Ochoſias eod.
Achab. eo.
Manaſſes. 20.
Anon. eo.
Ioachim. eo.
Sedechias. eo.
Iudices Suſannę. eo.
Sacerdotes Belis eo.
Phaſur. eo.
Semeias. eo.
Iſmael 22.
Aman. eo.
Nabuchodonoſor. eo.
Antiochus. eo.
Alchimus. eo.
Triphon. 22.
Andronicus. eo.
Giezi. eod.
¶ Viri obſcuri Te. No.
Herodes. 21.
Iudas. 23.
Caiphas cum ſuis. eo.
Pilatus. eo.
Bariehu. eo.
Simon. 22.
Alexander. Hymeneus.
Iohannes. Iambres. eo.
Diotrephes. 22.
Demetrius. eo.
Ananias. 23.
¶ Illuſtres Mulieres Ve-
teris Teſtamenti.
Heua. 23.
Sara. eod.
Rebecca. eo.
Rachel. Lya. eo.
Sephora. 24.
Maria. eo.
Delbora. eo.
Ruth. eo.
Rahab. eo.
Betſchaba. eo.
Suſanna. eo.
Iudith. eod.

Olda.

Hester. eodem.
Anna Helcanæ. eodem.
Abigail. 25.
Olda. eod.
Regina Saba. eodem.
Sunamitis. eodem.
Sara Raguelis. eo.
¶Illustres Mulieres. Testamenti Noui.
Maria mater Christi. 25
Elisabeth. eo.
Anna prophetissa. eo.
Martha. 26.
Magdalena. eo
Samaritana. eo
Syrophœnissa. eod.
Lydia. eodem.
Tabit. eodem.
¶Obscuræ Mulieres Testam. Vete.
Dalila. 26.
Vxores Samsonis. eo.
Iezabel. eodem.
Athalia. eo.
Vxor Putipharis. eo.
Moabitides. eodem
Vxores & concubinæ Salomonis. eo.
Michol. eodem.
Vxor Tobiæ. eo.
Vxor Iob. eodem.
¶Obscuræ mulieres Testam. Noui.
Herodias. 26.
Saphyra. 27.
Babylon. eod.

PANDECTARVM
Liber. XIII. De Scripturarum Tropis, Othonis Brunfelsij.
METAPHORAE.

METaphora, id est translatio, tropus est longe pulcherrimus, quando vel nomen, vel verbum, ex eo loco, in quo proprium est, in eum, in quo aut propriū deest, aut translatū, proprio melius est, transfertur. Huiusmodi in scripturis hę fere sunt, ex qbus tibi licebit similes aiaduer.

Psal. 117. Lapidem quē reprobauerūt ædificātes.

Matt. 4. Venite ad me, & facia vos piscat, hoim

Matt. 7. Cauete ab pseudoprophetis qui veniūt ad vos i vestimētis ouiū, intrinsecus vero sunt lu. rap.

Matthæ.9.Messis multa,operarij pauci.
Mat.11.Iugum meum suaue,& onus meū leue.
Matthæ.21.Qui ceciderit super lapidem istum.
Lucæ.14.Quisquis nō baiulat crucem suam,& venit post me,non potest meus esse discipulus.
Iohan.1.Ecce agnus dei.
Iohan.15.Ego sum vitis vera.
Et pater meus agricola est.
Apoc.5.Leo de tribu Iuda.
Hoc modo Christus vocatur panis.Iohan.6
Pastor.Iohan.10.Radix.Apoc.5.
Germen.Ierem.23.Flos.Isai.11.

SYNECDOCHES

Synechdoche,quā Cicero Intellectionem vocat,est, quando ex vno plura intelligimus,vel aliud intelligitur ex alio.

Genes.27.Curre ad oues,& accipe inde mihi duos hœdos.Simul pascebātur oues &hœdi,sed quia potiores sunt oues,etiam caprinum pecus complexus est.

Genes.35.Hi sunt filij Iacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia.Manifestum enim est,longe postea natum Beniamin,cum transisset Bethel,& appropinquaret Bethlehem.Sed quia potior erat numerus vndecim filiorum Iacob, qui nati fuerant ei in Mesopotamia, ipsorum cōmemoratione scriptura cōplexa est etiā Beniamin,qui nō erat ibi natus

Iere.32.Ascēde,&clama in Basan,da vocē tuā:
Ierem.51.Ecce ego ad te mons pestifer.
Matt.5.Si quis te percusserit in maxillam tuam dexteram,porrige ei & sinistrā. Quo vtiq; innuit dominus, vt toti simus parati ad sustinendum.

METONYMIAE

Metonymia,id est,transnominatio,cum inuē torem

torem pro re inuenta ponimus, vel continens pro contento, & ecõuerso, vel effectum pro efficiente dominum rei pro re ipsa, vel autorem pro ope, vt

Eze. 20. Stilla ad Aphricum, & prophetiza ad saltum agri meridiani, & dices saltui meridiano.

2. Corint. 3. Quamdiu legitur Moses, velamen positum est super cor eorum.

2. Corinth. 3. Littera occidit.

ANTONOMASIAE

¶ Antonomasia, ea est nominis permutatio, vt cum dicitur.

Genes. 23. Et sepeliam mortuum meum.

Iohan. 21. Dicit eis Iesus: Pueri, Num quid obsonij habetis?

Lucæ. 2. Annuntio vobis gaudium magnum id est, Euangelium.

Iohã. 12. Iã princeps huius mũdi eiectus est foras

2. Petr. 5. Aduersarius noster circumit sicut leo rugiens, quærens quem deuoret.

Ioh. 21. Dixit discipul⁹ ille quem diligebat Iesus Dominus est, id est Iesus.

PERIPHRASES.

¶ Periphrases, fusior & locupletior est rei descriptio, aut ornandæ rei gratia, quæ pulchra est, aut tegendi gratia, quæ turpis est. vt:

Qui venturus erat in mundum, vbi Christum significamus.

CATACHRESES.

¶ Catachresis, verborum abusio, quæ non habentibus nomen, suum accommodat, quod in proximo est, vt si paricidam appelles, non qui patrem occiderit, sed alias hominem quemuis. 1. Corint. 2. Sic Paulus animalem hominem accipit, pro eo, q humano more sapiens est,

ALLEGORIAE

¶Allegoria, quam inuersionem interpretantur cum aliud verbis, aliud sensu ostenditur, aut nonnunquam contrarium. Sic.

Allegoriam admittunt, Egressus Lot de Sodomis. Gen. 19. Respectio vxoris eius in salem conuersæ, & parabolæ omnes quæ sequuntur.

PARABOLAE

¶Parabola, est comparatio rerum genere differentium, quæ etiam Tropis adnumerari solet. Huiusmodi sunt.

Matth. 25. Homo quidam peregre profectus.

Iohan. 15. Sicut palmes non potest ferre fructum &c cæt.

Matth. 13. Simile est regnum cœlorum sagenæ.

Exijt qui seminat seminare semen.

Parabola de zizanijs. De grano Synapis.

De fermento, & farinæ satis tribus. De thesauro abscondito.

De Margaritis.

2. Reg. 1. Duo viri erant in ciutiate vna, vnus diues & alter pauper.

Matth. 15. Non quod ingreditur in os.

Matth. 16. Cauete a fermento Pharisæorum.

Parabola decem milium talentorum. Matt. 18.

De mercede conductis in vinea m Matth. 20. 25

De vocatis ad nuptias. Matth. 22. Item allegorias habent. Egressus Abraham de vr Chaldæorum.

Dissensio Agar, & Sarai, quæ sunt duo testamenta.

Item illud Matth. 3. Et ventilabrum in manu sua, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum, paleas autem comburet igne inextin-

inextinguibili.

Item similitudo de vinea Isai.5. Vinea facta est dilecto in cornu filio olei, & sepsit eam,& lapides elegit ex ea,& plantauit vineam Sorec. Quod postea explicans propheta. Vinea inquit domus Israel est,& vir Iuda germen laudabile eius. Psalmist.79. Vineam de Aegypto transtulisti. Ierem.1 Ego te plantaui vineam electam,& cæt.

Rom.13. Hora est nos de somno surgere. Nox p̃cessit, dies appropinquauit.

Ephes.4. Surge qui dormis.

Ezech.24. Dices per prouerbium ad domum irritatricem. Pone ollam æneã, & mitte in eam aquam.& cæt.

Iohan.10. Qui non intrat per ostium in stabulũ ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro, et ext Hoc prouerbium dixit eis Iesus, illi autẽ non cognouerunt quæ essent quæ loqueretur.

Ezech.29. Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum & dicis, meus est fluuius,& ego feci eum. Et ponam frenũ in maxillis tuis, & adglutinabo pisces fluminũ tuorum squamis tuis, et extaham te de medio fluminum tuorum,& cæt.

Ezech.31 Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher in ramis,& frondibus nemerosus, & inter cõdensas frondes eleuatum cacumen eius,& cæ.

Ezech.32. Leoni Gentium assimilatus es .& draconi qui est in mari, & ventilabas cornu in fluminibus tuis,& cæt.

AENIGMATA.

¶Aenigma, quædam allegoria obscura, magnis etiam autoribus vsurpata. Vt sunt Iudicũ nostio, Venerunt ligna syluarum. Iudic.14 De comẽdentẽ

dente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.

4. Regum 14. Carduus libani misit. & c.

Ezech. 17. filij hois pone ænigma & narra parabolam. Aquila grandis magnarum allarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate venit ad libanū & tulit medullam cedri, summitatem frondium auulsit, & transportauit in terrā Chanaan, & c.

Item. 23. Duæ mulieres filiæ matris suæ fuerunt, quæ fornicatæ sunt in Aegypto, & c.

PAROEMIAE

Paroemia, dictum celebre, aliqua nouitate insigne, vt. Gen. 10 Vnde exijt prouerbiū. Quasi Nimrod robustus venator coram domino.

Gene. 22. Appellauit nomen loci illius, dominus videt. Vnde vsq; hodie dicitur, in monte dominus videbit.

Numer. 21. Idcirco dicitur in prouerbio. Venite in Esebon, ædificetur & construatur ciuitas Seon & cæt.

1 Regum. 10. Nunquid & Saul inter prophetas?

1. Regum. 17. Ab impijs egredietur impietas.

2. Regum. 20. Sermo dicebatur in veteri prouerbio. Qui interrogant, interrogent in Abela.

Prou. 22. Prouerbium est. Aduleſcēs iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea.

Ierem. 29 A quibus exijt prouerbiū maledictionis: Ponat te dominus sicut Achas & Sedechiā. Quos rex Babylonis frixit in igne.

Ezech. 12. Fili hominis, quod est hoc prouerbiū in terra Israel, dicentium In longum different dies, ideo peribit omnis visio.

Ezech. 18 Ecce omnis, qui dicit vulgo prouerbium, in te assumet illud, dicens. Sicut mater, ita & filia

filia eius.

Ezech.13. Patres comederunt vuam acerbam, & cæt. & dentes filiorum obstupuerunt.

Matth.11 Cecinimus vobis, & non saltastis.

Matth.23. Colantes culicem, glutientes camelū.

Luc.4 Medice, cura te ipsum.

2. Pet.2 Canis reuersus ad suum ipsius vomitum & sus lota reuersa ad volutabrum cæni.

IRONIAE

Ironia, illusio quæ non ex verbis, sed vel pronuntiatiōe, vel p̄sona, vel rei natura itelligitur. vt

Amos 4 Venite in Bethel, impie agite ad Galgalam, & multiplicate præuaricationem.

Mat.11 Et iustificata est sapientia a filijs hoīm.

Matth.26 Dormite iam, & requiescite.

Luc.22 Ecce duo gladij hic. Et respōdit. Satis est.

Iohan. 10. Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum?

Iohan.19. Ecce rex vester.

Act.23. Nesciebam fratres, quod pontifex esset.

SARCASMI

Sarcasmus, iocus amarulentus, atque hostilis irrisio, vt.

Psal.21 Sperauit in dño, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum.

Mat.27. Si filius dei est, descendat de cruce.

HYPERBOLES

Hyperbole, dementiens superiectio, vt quæ fidem non mereatur, vel augendi, vel minuendi gratia, vt.

Gen.11 Faciamus nobis turrim, cuius culmē p̄tingat vsq; ad cœlum.

Genes.41 Et congregauit Ioseph triticum sicut arenam

arenam maris.

Num.13. Ibi vidimus monstra quædam filiorũ Enach, de genere giganteo, quibus comparati ꝙsi locustæ videbamur.

Deuteron. 4. Ciuitates magnas atque muratas vsq; in cœlum.

Iudicum. 6. Instar locustarum vniuersa complebant. Et ibidem cap. septimo ad idem.

Iudicũ. 7. Cameli innumerabiles erant, sicut arena quæ iacet in littore maris.

Iudicũ. 7 Camelorum eorum non erat numerus.

Iudith. 2 Cooperuerunt faciẽ terræ sicut locustæ.

Psal. 106. Ascendunt vsq; ad cœlos, descendunt vsq; ad abyssos.

Ezech. 31. Abietes non adæquauerunt summitatem eius. Cedri non fuerunt altiores illo Paradiso dei. Omne lignum paradisi non est assimilatũ ei.

Abacuc. secundo. Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificatum est, respondebit.

Mat. 19 Facilius est camelum per foramen acus intrare, quam diuitem in regnum cœlorum.

Luc. 19. Si vos tacueritis, lapides clamabũt.

Iohan. vlt. Arbitror autem totum mundum nõ posse capere, qui scribendi sunt libros.

ASTISMI

¶ Astismus, vrbanitas, orationis quasi festiuitas, vt.

Ioh. 9. Si cæci essetis, non haberetis peccatum.

Simile Vergiliano. Atq; idem iungat vulpes, et mulgeat hircos.

GRADATIONES

¶ Gradatio, forma quædam exaggerandi est, qua præcedens verbum repetitur, vt.

Roma. 5

Rom.5. Gloriamur in afflictione, scientes, quod afflictio patientiã pariat, patientia vero probationem, probatio autem spem.

CONGERIES

¶ Congeries, vbi coaceruantur diuersæ res, vt.

Rom.1. Repleti omni iniustitia, scortatione, versutia, auaritia, malitia, pleni inuidia, cæde, contentione, dolo, & cæt.

2 ad Tim.4. Erunt homines sui amantes, auari, fastuosi, superbi, maledici, & cæt.

CONTENTIONES

¶ Contentio, vel Antithesis, cum per contraria amplificamus. vt:

Roman.8. Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt curãt, at qui secundum spiritum, quæ spiritus sunt.

Affectus carnis, mors est: affectus spiritus, vita & pax.

Litera occidit, spiritus viuificat.

Si secundũ carnẽ vixeritis, moriemini: si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

SVBIECTIONES.

Subiectio, cum ipsi respondemus nostræ interrogationi, vt cum dicitur.

Rom.7. Quid dicam? Lex peccatum? Absit, sed peccatum non, & cæt. Ergo quod bonum erat, mihi factum est mors? Absit. Quid igitur dicam ad hoc? Roman.8.

Num iniustitia est apud deum? Absit. Roma.9.

EXCLAMATIONES

Matth.23. Væ vobis Scribæ, Væ vobis Pharisæi hypocritæ.

Roman.7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Huiusmodi figuræ passim occurrunt, si quis cũ iudicio legerit. Habent enim & diuinæ literæ quã dam rhetoricen suam. Reliqua ipse vestiga diligens lector. Nobis satis fuerit, viam ipsam monstrasse.

De quibusdam alijs modis loquendi Scripturarum.

Eius farinæ sunt & quæ sequuntur, nimirũ tropice & figurate dicta. Veluti Gene. 3. Aperti sunt oculi amborum.

Lucæ. 24 Cognouerunt eum in fractione panis, & aperti sunt oculi eorum. Non enim cæci erant, quando ambulabant per viam.

Sic & illud Gen. 11. Et erat omnis terra labium vnum. Quod sic accipiendum est, omnes homines in terra erant linguæ vnius, nec̃ erat tum tãta linguarum varietas.

Cui simile est illud Prouer. 18. In manu linguæ, mors & vita, cum perspicuum sit, linguam manum non habere.

Et illud Isaiæ. 45. Omni militiæ cœli mandaui, Ionæ 4. Præcepit dominus spiritui comburenti, et vermi matutino.

Et Lu. 8. Christus increpat mare & ventos. In q̃ bus omnibus cum non sit sensus, iuxta proprietatem linguæ accipienda sunt.

Metonymiam habet, quod est apud Isa. cap. 46 Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini a meo vtero, qui gestamini a mea vulua. Cum non vterum habeat diuina maiestas, sed quod nos adfectum dei per nostra verba discamus. Quemadmodum & hic. Psalm. 107. Ante luciferum genuit. Psalm. 2. Ego hodie genui te.

Frequen-

Frequenter vbi de corde incidit sermo, aīa intelligitur. vt Isaiæ. 46. Audite me duro corde, quod LXX. verterunt, audite me qui perdidistis cor, id est, mentem. Et paulo ante. Redite prǫuaricatores ad cor.

Tritum prorsus est & hoc, & prophetis familiarissimum, sub inuolucro rerum corporalium, ea significare, quæ intus sunt in anima. Quomodo in Ezech. 26. sub figura nauis & instrumentorum eius ornatus Tyri exprimitur. Et propter aquarum abundantiam, rex Aegypti appellatur draco. Ierusalem propter idololatriam, lupanar.

Idem mysterium habent mutatio vasorum transmigrationis apud Ezechielem. Mulier sedens super plumbo in Zacharia, apud Amos vncinus pomorum, & trulla cǫmentarij, apud Ieremiā, virga vigilans, fractio lagunculæ in domo figuli.

A Ἀνθρωποπάθως est, quod hūanos affectus tribuimus deo, non quod illos habeat in se, sed quia nostro hoc more loquitur scriptura, neqꝫ aliter nos capere possumus, nisi signis & imaginibus nostro more vtamur. Eo sensu dicit: Iurauit dominus in dextera sua.

Iratus est dominus in populum suum. Et excitatus est, tanquam dormiens dominus. tanquam potens crapulatus a vino. Et huiusmodi sexcēta. Nusquam enim similes locutiones non sunt obuiæ.

Pleraqꝫ elata nūero singulari, re ipsa pluraliter exponuntur, & intelligūtur, vt Psal. 104. Dixit, et venit locusta, & brucus cuius non erat numerus.

Iohel. 2 Residuum bruci comedit locusta.

Psal. 77 Attendite populo meus.

Exo. 13 Omne masculinum adaperiens vuluam

Et econtrario, quæ pluraliter enuntiantur, singu-

lariter intelliguntur. Exod. 32. de vitulo. Fecerunt sibi deos aureos.

Item. Illi sunt dij tui qui eduxerunt te de terra Aegypti. Sic de latronibus dicitur Matthæi. 27. quod Domino insultauerint, cum tamen vnus solus id fecerit.

Multa. cum palam præse ferant rem sordidam ac turpem, ad allegoriam aliquam referuntur, vt cum Osee iubetur accipere vxorem fornicariam & adulterã. Et Ezechieli præcipit, vt comedat panẽ conspersum stercore hois. Et dormire sup vno latere diebus. 190. & in altero latere diebus. 40.

De Sexu hoc etiam non inusitatum est, mulierẽ vsurpari indifferenter pro quolibet statu femineí sexus, id est, pro corruptis, & incorruptis, virginibꝰ, et maritatis. Gen. 24. Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc. Et rursum. Si autem noluerit mulier sequi te.

In hac sententia quędam pura vocantur, cũ sint alioquí corruptissima. vt Ierem. 18. Quis facit talia horribilia, q̃ fecit nimis virgo Israel? Vbi virginem vocat, de qua ante dixerat. Filij Memphe os & Taphneos constuprauerunt te ad verticem. Et apud Ezechielem cap. 16. Diuaricasti pedes tuos omni transeunti.

Habet quoq; ταυτολογίας suas Scriptura, et eas quidem crebras. Ex quibus sunt Psa. 1. Non sic impij, non sic, Psalm. 2. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominus subsannabit eos. Quãuis plura huiuscemodi, aliter in Ebraicis, aliter in græcis leguntur.

In relationibus temporum præteritum effertur, quod futurum erat, tum in primis vsitatissimũ prophetis, Psal. 68. Dederunt in escam meã fel. 21.

Diuise-

Diuiserunt sibi vestimenta mea, et super vestē me am miserunt sortem. Isa. 53. Ecce vidimus eum, et non erat species, neq; decor. &c.

In tempor; supputatiōe, & hebdomadar;, interdum dierum, interdum vero annorum hebdomades supputantur, de quibus dicitur in Leuit. 23. Numerabitis igitur ab altero die sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, vsq; ad alterum diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies.

Hebdomades annorum, Leuit. 25. Numerabitis septē hebdomadas annor;, quæ faciunt annos. 99.

Et iter; Dan. 9. Vsq; ad Messiam ducem hebdomadas septem, & hebdomada. 72. Et post hebdomadas. 72. occidetur Christus.

In alijs autem numeris hoc sic habet, vt ante semper minorem, postea maiorem numerum supputet scriptura, verbi gratia. Nos iuxta proprietatē linguæ latinæ dicimus, Abraham vixit annos cē tum. 70. quinq;. Scriptura econuerso dicit. Vixit Abraham annis quinq;. 70. & centum.

Quædam iam facta fuisse intelliguntur, & p te capitalationem postmodum commemorantur. Sicut est illud Gen. 21. quod Abram dicitur iurasse circa puteum iuramenti, qui tamen eo tempore nō dum sic dicebatur, sed postmodum ab Abrahā sic nuncupatus est, cum inijsset fœdus cum Phicol & Abimelech. Qui igitur librum Geneseos scripsit, longe postquam acta sunt hæc, ex nomine putei coniurationis vocauit Bersabee. i. sic appellabatur puteus, cum liber scriberetur, nomen tenens antiquum, quod Abraham imposuerat.

Sic quoq; dictum & hoc Nu. 13. Venerunt vsq; in vallem Botri, Non quia iam hoc vocabatur no

mine quando transierunt, sed cum scriberetur hic liber, iam sic vocabatur. Et item illud Iud. 15. Idcirco appellatum est nomen loci illius, fons inuocantis de maxilla, & plura alia huiusmodi.

Quædam dicit se primum cognoscere deus, quę tamen haud dubie antea, & ab æterno cognouit, vt cum dicit Genes. 22. Nunc cognoui, quoniam times. Quod perinde est, ac si dicat. Nunc te feci cognoscere: vt significetur per efficientem, id quod efficitur. Quemadmodum frigus, pigrum vocamus, eo quod pigrum facit.

Sæpe obuiam sunt quoq; locutiones huiusmodi Vsq; in hodiernum diem. Vsque in præsentem diem. Quæ in hunc sensum accipiendæ sunt, quomodo nos dicimus, Relegatus est in ꝑpetuum exiliũ cum tamen nemo possit exulare vltra id quod viuit. Et proprie de his rebus dicitur, quæ non ita cõstitutæ sunt, vt postea mutarentur ab eis, qui constituerunt.

Vt enim nos numerum infinitũ vsurpamus pro finito, totum pro parte, partẽ pro toto, genus pro specie, speciem pro genere, ita & Hebræi.

Numerus infinitus pro finito. vt Ex. 12. Erit vob̃ in legitimum sempiternũ. Exo. 21. Seruiet ei in sempiternum, vbi non intelligitur æternitas illa, secundum quam nobis æterna promittuntur, neque em̃ seruus iste viuere in æternum potuit.

Numerus finitus pro infinito. Pro. 24. Septies in die cadit iustus. Matth. 18. Non dico tibi vsq; septies, sed septuagies septies.

Totum pro parte. Exod. 32. Consurrexit populus in Aaron. Neq; enim totus populus consurrexit in eum, sed pars, id quod & Apostolus testatur 1. Corinth. 10.

Partem

Pattem pro toto. Exod. 34, Deos conflatiles ne feceritis. Non enim quia fusiles tantum nominauit, ductiles, fictiles, ac ligneos permisit. Sic & illud. Primitiuum subiugalis redimes oue. Exo. 34: Panem non comedit, & aquam non bibit, omnẽ cibum & potum significans.

Genus pro genere. Gene. 23. Sepeliam mortuum meum, vbi masculinum ponitur pro fœminino.

Genus pro specie. Exo. 22. Si autem pignus acceperis vestem proximi tui, ante solis occasum reddes ei. Sic enim dictum est, ac si de oi veste pignus dederit, cum de illo specialiter dixerit: & ex consequentibus testatur, qui non habet nisi eam vestem. vnde se nocte comperiat.

¶ Quare quædam parum curiose retulerunt Euangelistæ

¶ Quod nobis interdum vsu venit, vt sententiã referamus Scripturarum, nihil adeo soliciti quibꝰ id faciamus verbis, id in Euangelistis quoqꝫ ẽ obseruandum, qui in adscribendis testimonijs Scripturarum, magis soliciti fuerunt, vt sensum redderent scripturæ, quam verba. Aut absque nomẽclatura referũt, aut plura testimonia in vnum conlata vni adscribunt prophetæ, quæ tamen ex diuersis sunt assuta. Quam licentiam pulchre excusat diuus Hieronymus commentarijs in Isaiam prophetam, libro tertio, capite sexto, cuius verba subscripsi.

Lucam inquit Euangelistam, tradunt veteris ecclesiæ tractatores, medicinæ artis fuisse scientissimũ, & magis græcas literas scisse q̃ Hebræas: vnde & sermo eius, tã in Euangelio, q̃ in Actis apostolorum, id est, in vtroqꝫ volumine comptior est, & secularem redolet eloquentiam, magisqꝫ testi-

monijs Græcis vtitur quam Hebræis. Matthæus autem & Iohannes, quorum alter Hebræo, alter Græco sermone euangelia texuerunt, testimonia de Hebraico proferunt. Pauli quoque ad Hebræos epistolæ contradicitur, quod ad Hebræos scribens, testimonijs vtitur, quæ in Hebraicis volumi nibus non habentur. Hæc Hieronymus.

¶Scripturas nemo potest adamussim explicare, & multa credere expedit magis, quam curiose scrutari.

¶Multa quoque sunt in scripturis quæ incredibilia videntur, & tamen vera sunt, multa indissolubilia, ad quæ magis expedit conniuere, quã hærere diu, & scrutari curiose, maxime, quia scriptũ est, Litera occidit, spiritꝰ viuificat. Quemadmodũ est hoc de Mathusalem, qui vixit 34. annis post diluuium. & tamen non est ingressus arcam Noha. Et alia multa, de quibus mihi videtur Apostolus Paulus præcepisse, vt missas faciamus curiosas quæstiones, quæ ad contentionem deseruiunt magis, quam ad eruditionem & pietatem. Et tamen in curiosis illis scrutandis, & exantlandis, interdũ maiorem operam ludimus, & negotium nobis facimus, quam in ijs, in quibus rerum summa consistit.

1. Corin. 3.
1. Tim. 3.
Titum. 3.

¶Discipuli, amici & consanguinei, quomodo aliquando in scriptura fratres nominantur.

¶Illud etiam operæprecium est nosse, quod qui cũq; sunt de vna tribu, de vno stemmate, fratres vocant, patres vero non solum carnales illi, sed & præceptores, tutores & nutritij. Sic intellige quod in euangelistis est de fratribus domini, de filijs Israel, & Moses, & Aaron, &c.

¶Deus

¶Deus quare tam obscure locutus est per prophetas.

¶Prophetæ quod perplexis sentẽtijs, parum sibi cohærentibus, scripserunt, mirisq; ænigmatibꝰ atq; meandris nunc huc, nunc illuc videtur torquere sese, ideo factum putemus, oportet ne si ordinẽ conseruet Scriptura, nõ sit iam vaticinium, sed pura narratio, quod dicitur. Est de hoc Origenis memoratu digna sententia, Commẽtarijs in Ezechielem, Semper inquit, Sacramenta dei propter paruulos auditores, velaminibus quibusdam operiũtur, quia legis & prophetarum deus abscondit mysteria non diligentibus se, sed timẽtibus, vt ait propheta. Quã magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timẽtibus te. Paruuli qppe sunt, nec possunt cum emolumento suo discere quod amentur a patre, ne dissoluantur, ne despiciãt bonitatem dei. Hæc Origenes. Verum de his alio tempore plura.

¶Tropi quidam & metaphoræ communes.

¶Ioh. 15. Ego sum vitis vera, & vos palmites. Pater meus agricola.

1. Cor. 10. Petra autem erat Christus.

Gene. 41. Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ, septem vbertatis anni sunt.

Matth. 25. Oportebat ergo te committere pecuniam nummularijs.

Matth. 4. Faciam vos piscatores hominum.

Luc. 8. Semen est verbum dei.

Exo. 12. Est enim phase, i. transitus domini.

Ager, est mundus.

Inimicus homo, est diabolus.

Ioh. 3. Destruite templum hoc.

1. Ioh. 1. Deus lux est. Neq; enim deus lux est ali

qua corporalis.

Luc.11.Confidite. Amen dico vobis, quicunque dixerit monti huic.etc. Nusquam legimus dominum, vel apostolos montes transtulisse.

Ioh.20.Hæc cum dixisset, flauit in eos, & dicit: Accipite spiritum sanctum. Neque enim halitu fuit spiritus sanctus, sed spiritus indicium.

Sic & alibi sæpe figuræ rerum, vocabulis rerū denotantur, vt per linguas igneas, quæ super discipulos apparuerunt, & per columbam, quæ dominum manifestauit vere vnctum.

Matth.11.Si vultis recipere, ipse est Helias ille q̄ venturus erat. Quod Lucæ primo explicacius dicit: Ipse præcedet ante illum cum spiritu & virtute Heliæ.

Gene.2.Lignum erat vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni & mali. Num arboribus tribuimus quod dei est solum, viuificare & illustrare?

Iohan.19. Mulier, Ecce filius tuus. Ecce mater tua.

Mat.11. Non exortus fuit inter eos qui nascūtur e mulieribus, maior Iohanne Baptista, &c.

Mat.25.Omni habenti dabitur, & ab eo q̄ non habet, etiam quod habet auferetur ab eo: quomodo quis habet, quod non habet, nisi quod figuram gerit habentis?

Ioh.7.Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Matt.5.Si oculus tuus dexter obstaculo fuerit tibi, erue illum.

Mat.7.Ne detis quod sanctum est canibus, &c.

Omnis arbor bona, fructus bonos facit.

Nullus immittit assumentū panni rudis, &cæ.

Ecce

Ecce ego mitto vos sicut oues.&c. Matt.10.
Matth.12.Aut facite arborem bonam.
Progenies viperarum.
Matth.16.Cauete a fermento pharisæorum.
Mat.18.Nisi efficiamini sicut pueri.
Lucæ.1.Suscitauit cornu salutis nostræ.
Psalm.43.Inter inimicos nostros ventilabimus cornu.
In Zacharia quoq; quatuor cornua, quatuor potentissima regna demonstrant.
Isa.48.Audite me domus Iacob, qui de aquis Iuda existis.i. de semine vel stirpe Iuda.
Isa.46.Simulachra contrita sunt, & contabuerunt simul, non potuerunt saluare portantem, anima eorum in captiuitatem ibit.
Breuiter, tota scriptura plena est tropis huiusmodi, figuris & locutionibus, & vt rem omnem vno (quod aiunt) fasce complectar, semper aliud præfert in cortice, aliud complectitur in medulla spiritus dei.
Sic terram accipit frequenter pro hominibus q̃ sunt in terra.i. continens pro contento.
Montes, pro his qui suut in montibus
Verbum, pro facto. Exo.2. Notum factum est verbum hoc.
Aridam, pro terra.
Aquas, pro luctu, vel semine.
Videre, pro intelligere.
Ducere, pro ferre.
Pueros, pro seruis.
Manum, pro potestate.
Panem, pro quolibet victu.
Testamentum, pro pacto.
Animam, pro vita. Genes. 37. Ne feriamus eum

eum in anima. Iob. 2. Animam eius non tangas. Matth. 10. Animam occidere non possunt.

Voces, pro tonitruis.

Fratrem, pro quolibet homine. Exod. 10.

Nemo vidit fratrem suum tribus diebus.

Canem, pro extremo hoim vel pecore. Exod. 11: Apud omnes autem filios Israel, non mutiet canis ab homine vsq; ad pecus.

Carnem, pro toto homine. Psal. 55. Non timebo quid faciat mihi caro.

Pctm̃, pro pœna pcti. Leu. 20. Portabit pctm̃ suũ

Sanctificari, pro sancto haberi. Leu. 22. Sanctificabor in eis. Matth. 6. Sanctificetur nomen tuum.

Mulierem, pro virgine.

Ferrum, pro tribulatione. Deut. 4. Eduxit ex fornace ferrea ex Aegypto. Psal. 104. Ferrum pertrãsijt animam eius.

Dormire, pro cõcumbere. Deut. 27. Maledictus qui dormierit, &c.

Dormire, pro mori.

Currus & castra, pro hís pui sunt in cutribus & in castris. Iud. 4.

Pauefecit Dominus cutrus eius.

Militiam cœli, pro stellis.

Inebriari, pro repleri & saturari. Psal. 64. Visitasti terram, & inebriasti eam.

Filias, pro neptibus. Genes. 46.

Intrauit Iacob in Aegyptum, & omne semẽ eius filiæ, & filiæ filiarum eius cum eo, cum constet tamen, non nisi vnam filiam habuisse Dinam.

Caput pro qualibet summitate.

Genes. 47. Adorauit super lectuli caput.

Lac & mel, pro omni affluentia.

Clamorem, pro oratione secreta. Exod. 14. Quid clamas

clamas ad me?

Digitum Dei, pro spiritu Dei sancto.

Lucæ. 11. Si ego in digito dei eiicio dæmonia. Quod Matthæus expressius dicit: Si ergo in spiritu Dei, &cæ.

Videre, pro audire. Exod. 18.

Omnis populus videbat vocem, & lapides.

Nomen vnius hominis, pro integra tribu.

Iudic. 1. Iudas ascendat. Et rursum: Dixit Iudas ad Symeon fratrẽ suum. Vtiq; tribus ad tribum.

Græcos, pro omnibus gentibus. Roma. 1.

Iudæo primum & Græco.

Argentum, pro pecunia. Isai. 52. Sine argento re dimimini.

Saluatorẽ, pro hoĩe per quẽ Deus salutẽ facit.

Benedicere, pro maledicere. 3. Reg. 21. Et benedixit regi.

Ligna, pro hominibus. Ezec. 17. Ego humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile, & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridũ. Capit. 31. ad idem: Omnia ligna agri cõcussa sunt capi. 20. Ecce ego succendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum.

Volucres, pro hominibus. Ezec. 17. Habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub vmbra frondium nidificabit.

Leones, pro Principibus. Ezec. 19. Quare matet tua Leæna, inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos suos.

Calicẽ, pro cruce. Eze. 23. Calicẽ sororis tuę bibes.

Brachiũ, pro potentia. Eze. 30. Et cõminuã brachium eius forte. Luc. 1. Fecit potentiã in brachio suo.

FINIS.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA W POZNANIU

o hm ich dir recht alsam

so muzen sie hm von dir gan

mit gotes helfe vbwant
r widerstūt im alle vrist

des schemet er also sere sich
das di trugenheit zur gat

